







Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHORI COSCI

PATRITII, ET J. C. CLUSINI

PROTHONOTARII APOSTOLICI, PLURIES VICARII GENERALIS EPISCOPORUM

ARCHIEPISCOPORUM, CARDINALIUM ETC.

DE SEPARATIONE TORI CONIUGALIS

TAM NULLO EXISTENTE SEU SOLUTO, QUAM SALVO VINCULO MATRIMONII,

EJUSQUE EFFECTIBUS.

OPUS

ARCHIEPISCOPIS, EPISCOPIS, JUDICIBUS ECCLESIASTICIS,

AC OMNIBUS JUS CAESAREUM, PONTIFICIUM,

SACRAMQUE THEOLOGIAM PROFITENTIBUS ET IN FORO VERSANTIBUS

UTILISSIMUM,

CUM SUMMARIIS ET INDICE LOCUPLETISSIMO





FLORENTIAE

EX TYPIS MAGNAE DUCALIS TYPOGRAPHIAE

MDCCCLVI.

Digitized by Google

B. 5 — 368

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CHRISTOPHORI COSCI

J. C. CLUSINI

DE SEPARATIONE TORI CONJUGALIS

LIBER PRIMUS

In sequenti Cap. I. hujus Primi Libri referuntur Causae in genere, et in subsequentibus, ultimo excepto, Causae in specie, in quibus nullum est Matrimonium, et Contrahentes nedum quoad Torum, et Cohabitationem, sed et quoad vinculum perpetuo sunt separandi.

CAP. I.

De causis Separationis Tori in genere quoad vinculum Matrimonii.

SUMMARIUM

1 Matrimonium est principium, et fundamentum immortalitatis humani generis.
2 Initium habuit, cum Altissimus mundum, et hominem creavit.
3 Unigenitus Dei Filius, ob infinitum ejus amorem erga genus humanum, in utero purissimo Immaculatae Virginis Mariae Homo fieri dignatus est.
4 Suique amoris pignora in Ecclesiae Sacramentis ab eo institutis nobis reliquit.
5 Matrimonium ad Sacramenti dignitatem elevavit.
6 Matrimonium est Sacramentum magnum.
7 Et sancta res.
8 Contrahentes matrimonium sunt ipsius subjectum, et ministri.

9 Digna corporis, et animae dispositione ad illud accedere debent.
10 Ecclesia potuit, et potest statuere impedimenta dirimentia.
11 Haec impedimenta nullum reddunt matrimonium, *et num.* 13.
12 Et contrahentes sunt separandi etiam quoad vinculum.
14 Referuntur carmina, in quibus restricta sunt impedimenta dirimentia.
15 Non semper cum malitia, sed aliquando accidentaliter, et ex ignorantia contrahentes cum impedimentis matrimonium ineunt.
16 Nullitas matrimonii coram Ecclesiastico Judice est examinanda.
17 Refertur Constitutio Benedicti XIV. circa processus in hac materia conficiendos.
18 Causa emanandi dictam Constitutionem, *et num.* 20., *et seqq.*
19 Matrimonium est perpetuum, et indissolubile.
20 Abusus Judicum in declarandis nullis matrimoniis, *et num. seqq.*
21 Causa praedicti abusus, *et num. seqq.*
23 Quibus Judicibus extra Curiam Romanam committi debeant hujusmodi causae matrimoniales.
24 Ordinarii pro hujusmodi causis eligere debent Defensorem matrimoniorum, ejusque qualitates.
25 Ejusdem defensoris munus, et officium, *et num.* 29.
26 Semper eligendus est in praedictis causis sub paena nullitatis judicii, *et num.* 28.
27 Juramenta per ipsum praestanda.
30 Si fuerit judicatum pro nullitate matrimonii debet interponere appellationem.
31 Conjuges transeuntes ad alias nuptias post primam sententiam emanatam pro invaliditate matrimonii, nequeunt simul cohabitare, et puniuntur poenis contra poligamos statutis.
32 In gradu appellationis servari debet quod servandum est in prima instantia.
33 Si Judex fuerit Metropolitanus, vel Nuncius, aut vicinior Episcopus, ad eum spectat deputare Defensorem — secus si fuerit Judex Commissarius, quia tunc spectat ad Ordinarium *num.* 34.
35 Post duas conformes pro nullitate conjuges liberi remanent, nisi praedictus Defensor novae appellationi locum esse putaverit.
36 Nunquam secunda sententia transit in rem judicatam, sed causa semper reassumi potest.
37 Etiam in tertia, et quarta instantia servari debet, quod servandum est in prima, et secunda.
38 Quaenam sit merces Defensoris.
39 Romae in prima instantia hujusmodi causae agitari debent coram Urbis Vicario, et omnia praedicta sunt servanda, et Defensor matrimoniorum ab eo deputatur.

Digitized by Google

40 Si de consensu partium agitentur Romae in prima instantia, vel in secunda per appellationem, vel in tertia, judicari debent a Sac. Congregat. Concilii, vel a Sacra Rota Romana.

41 Nisi Papa ad id Congregationem particularem Cardinalium, vel Praelatorum deputaverit.

42 Defensor matrimoniorum, si causa agitetur in Sac. Congregatione Concilii, deputari debet a Card. Praefecto ejusdem Congregat:

43 Si in Sac. Rota, deputatur ab ejusdem Rotae Decano.

44 Si coram Congregatione particulari, ab ejusdem Congregationis digniore.

45 Per unicam sententiam dictorum Judicum pro nullitate pronunciatam, non possunt conjuges alias contrahere nuptias.

46 Sed si in Congregatione Concilii causa introducta fuerit, iterum in eadem ad instantiam dicti Defensoris reproponi debet.

47 Si fuerit commissa Congregationi particulari, post dictam sententiam ad instantiam ejusdem Defensoris alia Congregatio particularis est deputanda.

48 Si judicata fuerit in Sac. Rota, ab eodem Defensore appellatio debet interponi, et ab aliis Auditoribus juxta turnum definiri, et si universo Tribunali Rotae prius commissa fuerit, ab omnibus Auditoribus iterum examinari.

49 Matrimonii vinculum solutum nunquam censeri debet, nisi emanaverint duo judicata, vel resolutiones, aut sententiae penitus similes, et conformes, a quibus neque pars, neque Defensor matrimoniorum appellandum esse putaverint.

50 Quomodo se gerere debeat, qui petit apostolicam dispensationem super matrimonio rato, et non consummato.

51 Praedicta in posterum debent in omnibus, et per omnia plenissime, et inviolabiliter observari.

52 Et quidem per quoscumque Judices qua vis praeeminentia, et potestate fungentes, et functuros sublata eis aliter judicandi, et interpretandi facultate.

Matrimoniale foedus, quod
est principium, et fundamentum 1
immortalitatis humani generis,
Auth. de Nuptiis in princ., ibique
gloss. verb. Immortalitatem, et verb.
Ampliori, *Rot. dec.* 360. *num.* 5.
par. 18. *tom.* 1. *Recen.;* Tunc primum initium habuit, cum Altissimus Creator coeli, et terrae, et omnium, quae in eis sunt, plasmavit hominem ad imaginem, et si-
militudinem suam, masculum, et 2
foeminam creavit eos, benedixitque illis, et ait: *Crescite, et multiplicamini, et replete Terram:* ut habetur in *Genes. cap.* 1. *vers.* 28.

Ubi vero Unigenitus Dei Filius pro suo infinito erga idem humanum genus amore in utero purissimo Sacratissimae, et Immaculatae Vir-

Digitized by Google

ginis Mariae sine labe conceptae, Spiritus Sancti opera carnem no-
3 stram sumere, et homo fieri dignatus est, ut pro redimenda anima nostra a servitute peccati suum sacratissimum Corpus, ac pretiosissimum Sanguinem in patibulo Crucis Deo Patri in holocaustum expiationis offerret, sui pariter immensi amoris pignora in Sanctissimis Ec-
4 clesiae Sacramentis ab eo institutis nobis relinquere voluit, inter quae
5 matrimonium etiam ad Sacramenti dignitatem elevavit, quod Aposto-
6 lus *Sacramentum Magnum* appellat in *Epist. ad Ephes. cap.* 5. *versic.* 32., ideoque *Sac. Concil. Tridentin. sess.* 24. *cap.* 10. *de Refor. Matrim.*, de illo ait; *Sancta enim*
7 *res est Matrimonium.*

Quo ergo magis est magnum, et sanctum hujusmodi Sacramentum,
8 eo magis illud contrahentes, qui, juxta magis receptam DD. Sententiam, sunt nedum subjectum, sed
9 et ipsius ministri, digna corporis, et animae dispositione ad illud accedere debent, ne quidquam praejudicii ejusdem sanctitati, et dignitati inferatur.

Atque utinam semper ita fieret, sed hominum malitia eo quoque pervenit, ut quamvis aliqui sint impedimentis dirimentibus implicati, fraudolenter nihilominus matrimonium audeant celebrare, cumque hujusmodi impedimenta sive sint de jure naturali, et divino statuta, sive statuta ab Ecclesia (quae a Spiritu Sancto edocta
10 ea semper constituere potuit, et potest *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *can.* 4. *de Matrim.*) nullum omnino reddant matrimonium sive temere, 11
et advertenter, sive ignoranter, iis non obstantibus, attentatum, inde fit, quod si etiam ausi fuerint contrahentes una simul cohabitare, illudque consummare non dubitaverint, sint perpetuo ad invicem separandi non solum quoad torum, et cohabitationem, verum etiam quoad vinculum matrimonii, non 12
quia vere, et proprie dissolvatur, nam, stante impedimento dirimente, nunquam tale vinculum contractum fuit, sed quia propter idem impedimentum ipso jure est irritum ma- 13
trimonium.

Plura sunt impedimenta dirimentia, quae ad memoriae commodum sex isce carminibus fuere restricta, videlicet

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen,
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas, 14
Si sis Affinis, si forte coire nequibis,
Si Parochi, et duplicis desit praesentia Testis;
Raptave sit Mulier, nec Parti reddita tutae.
Haec facienda vetant Connubia, facta retractant.

Non semper tamen contrahentes similibus detenti impedimentis voluntarie cum peccato inter se conjunguntur, sed quandoque etiam sine dolo, fraude, et malitia, solumque accidentaliter, et ex igno- 15
rantia, aut ex aliena culpa cum aliquo ex his impedimentis matrimonium ineunt, prout singula in sequentibus hujus *Primi Libri* capitibus expendendo apparebit.

Antequam tamen sermo de illis specialiter habeatur, quia quoties de valore matrimonii propter unum,

Digitized by Google

vel alterum impedimentum dirimens disputari contingint, causae ejus nullitatis coram Ecclesiastico Judice deducendae sunt, et ab ipso
16 (a quo super illis est ferendum
judicium) diligenter examinandae, idcirco opportunum existimo hic subnectere Pontificiam *Constitutionem* sanct. memor. Benedicti XIV. circa processus conficiendos super validitate, vel invaliditate disputabili matrimoniorum, et est quae sequitur, nempe

BENEDICTUS EPISCOPUS

Servus Servorum Dei

Ad perpetuam rei memoriam.

17 „ Dei miseratione, cujus ju-
„ dicia incomprehensibilia sunt, et
„ viae investigabiles, in suprema
„ Ecclesiae specula immerentes con-
18 „ stituti, ut super universum Do-
„ minicum gregem excubias sedulo
„ agamus, ad commissum Pastoralis officii munus pertinere dignoscimus, subnascentes ex infernalis hostis astutia, et hominum malitia abusus, quibus et animarum saluti pernicies, et Sacramentis Ecclesiae injuria infertur, radicitus evellere, et potestatis Nobis desuper traditae operam interponere, ut et humana cohibeatur temeritas, et veneranda divinae legis servetur authoritas.

„ Siquidem matrimonii foedus a Deo institutum, quod et quatenus naturae officium est, pro educandae prolis studio, aliisque matrimonii bonis servandis, perpetuum, et indissolubile esse convenit; et quatenus est Catholicae Ecclesiae Sacramentum, humana praesumptione dissolvi non posse, Salvator ipse ore suo pronunciavit dicens: *Quod Deus conjunxit, Homo non separet:* ad aures Apostolatus nostri pervenit, in quibusdam Ecclesiasticis Curiis inconsulta nimis Judicum facilitate infringi, et temere, atque inconsiderate de eorumdem matrimoniorum nullitate latis sententiis, potestatem conjugibus fieri transeundi ad alia vota. Quos sane improvidos Judices humanae naturae conditione, et voce ipsa quodammodo admoneri
„ oportebat, ne tam praecipiti au- 19
„ dacia sanctum matrimonii nexum frangerent, quem perpetuum, atque indissolubilem primus humani generis Parens praemonuit inquiens: *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea :* Et illud additum est : *Quamobrem relinquet homo patrem suum, et matrem, et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una.*

„ Hujusmodi autem abolendae pravitatis notitia diversis ex partibus nobis delata est, atque etiam indicata sunt exempla non-
„ nullorum virorum, qui post pri- 20
„ mam, et secundam, ac tertiam, quam duxerant, uxorem, ob nimiam Judicum praecipitantiam in nullitate matrimoniorum declaranda, adhuc illis primis uxoribus superstitibus, ad quartas contrahendas Nuptias devenerant, et similiter foeminarum, quae

„ post primum, secundum, et ter-
„ tium maritum, quarto etiam,
„ illis quoque viventibus, se junxe-
„ rant, non sine pusillorum scan-
„ dalo, et bonorum omnium dete-
„ statione, qui sacra matrimonii
„ vincula ita contemni, et temere
„ perfringi dolebant. Nos autem,
„ his intellectis, gravi affecti dolore
„ intimo animo ingemuimus, et
„ non praetermisimus Apostolicae
„ nostrae sollicitudinis partes in
„ Domino adimplere. Siquidem pri-
„ mo Pontificatus Nostri anno ad
„ Episcopos illarum partium, in
„ quibus praedicta acciderant, ple-
„ nissimis datis literis, graviter
„ conquesti sumus, de hujusmodi
„ pravitate quae in Ecclesia Dei
„ tolerabatur, et ad eam abolen-
„ dam eorum animos erigere, et
„ Pastoralem zelum accendere cu-
„ ravimus: quod etiam egimus cum
„ aliis aliarum Regionum Episco-
„ pis, ubi hujusmodi pravum diri-
„ mendorum matrimoniorum usum
„ irrepsisse, cognovimus.

„ Verum Nobis responsum est,
„ id saepe contingere partim ex
„ culpa illorum Judicum, quibus
„ vel in prima instantia, cum causa
„ coram Judice ordinario ex aliqua
„ legitima causa cognosci nequit,
„ vel in secunda, cum in partibus
21 „ nullus adest Judex, ad cujus Tri-
„ bunal causa in grado appellatio-
„ nis devolvatur, vel si adest,
„ justa de causa coram eo disceptari
„ nequit, causae matrimoniales hu-
„ jusmodi a Sede Apostolica com-
„ mittuntur, qui vel ob inscitiam,
„ vel ob malam voluntatem pro-
„ clives sunt ad matrimonia dissol-
„ venda, atque eadem matrimonia,
„ levi, vel etiam nullo habito exa-
„ mine, irrita, ac invalida decla-
„ rant; partim etiam ex facto co- 22
„ njugum super nullitate suorum
„ matrimoniorum litigantium, cum
„ frequenter unus tantum eorum,
„ qui dissolutionem matrimonii po-
„ stulat, in judicio compareat, et
„ sententia, nullo contradicente,
„ secundum sua vota obtenta, ad
„ alias nuptias convolat; vel ambo-
„ bus conjugibus in judicium ve-
„ nientibus, alter, qui pro matri-
„ monio, alter vero, qui contra
„ agit, sententia de nullitate ma-
„ trimonii prolata, nullus est, qui
„ ad superiorem Judicem appella-
„ tionem interponat, vel quia liti-
„ gantes in specie quidem discor-
„ des, re vera inter se concordes
„ sunt, et invicem colludentes con-
„ tractum matrimonium dissolvi
„ cupiunt; vel quia pars, quae pro
„ validitate matrimonii stabat, eju-
„ sque nullitatem acriter contra
„ adversarium impugnabat, lata a
„ Judice sententia contra matri-
„ monium, mutat voluntatem, vel
„ pecunia sibi a sumptus litis non
„ suppetente, vel aliis deficientibus
„ auxiliis ad litigandum necessariis,
„ et incoeptum opus, ac causam
„ post primam sententiam deserit:
„ Quo fit, ut deinde ambo conju-
„ ges, vel unus eorum ad aliud
„ contrahendum matrimonium se
„ conferat.

„ Quod autem ad Judices per-
„ tinet, quibus extra Romanam Cu-
„ riam pro litigantium commodo
„ causae matrimoniales committun-
„ tur, paterna illa vigilantia, qua

Digitized by Google

„ de justitia unicuique integre, sa-
„ pienterque administranda solli-
„ citi esse debemus, encyclicis li-
„ teris ad Venerabiles Fratres Pa-
„ triarchas, Primates, Archiepisco-
„ pos, et Episcopos scriptis vige-
„ sima sexta Augusti anno secundo
„ Pontificatus nostri, providere cu-
„ ravimus, in quibus ea praescri-
23 „ psimus, quae Sacris Canonibus,
„ et Concilii Tridentini decretis con-
„ sona, si diligenter, ut speramus,
„ serventur, in posterum causae
„ nonnisi personis congrua juris pe-
„ ritia et necessario probitatis, spe-
„ ctataeque fidei munitis praesidio
„ committentur. Insuper ad ea,
„ quae in iisdem encyclicis literis
„ constituta sunt, id etiam in prae-
„ senti adjungimus: Quod, quamvis
„ Concilii Tridentini decretum, quo
„ causae matrimoniales subtractae
„ fuerunt, Decani, Archidiaconi, et
„ aliorum inferiorum judicio, et
„ Episcoporum tantum examini,
„ et jurisdictioni reservatae, et
„ dumtaxat procedat de Archidia-
„ conis, Decanis, aliisque inferio-
„ ribus, qui in eadem Dioecesi con-
„ stituti, vel privilegio aliquo vel
„ praescriptione saltem in visita-
„ tione causarum matrimonialium
„ cognitionem sibi adrogabant; id-
„ circo minime obstet commissio-
„ nibus, quae pro iisdem causis
„ matrimonialibus definiendis a Se-
„ de Apostolica alicui eorum in
„ secunda instantia fierent; nihi-
„ lominus praecipimus, ac manda-
„ mus iis, ad quos hujusmodi com-
„ missionum, seu delegationum ex-
„ pediendarum cura pertinet, ut
„ in futurum causarum matrimo-
„ nialium cognitionem non com-
„ mittant nisi Episcopis praesertim
„ vicinioribus, vel si nullus sit
„ Episcopus, cui ex legitima causa
„ commode committi possit, tunc
„ commissio, et delegatio dirigatur
„ uni ex iis, qui secundum ordi-
„ nem, et modum a nobis in prae-
„ fatis encyclicis literis praescri-
„ ptum pro Judice idoneo ab Epi-
„ scopo cum consilio sui capituli
„ nominatus fuerit.

„ Quod vero ad ordinem, et
„ seriem judiciorum in causis ma-
„ trimoniorum pro debita, et con-
„ grua earum terminatione servan-
„ dum spectat, Motuproprio, certa
„ scientia, ac matura deliberatione
„ Nostris, deque Apostolicae pote-
„ statis plenitudine hac Nostra in
„ perpetuum valitura sanctione con-
„ stituimus, decernimus, ac jube-
„ mus, ut ab omnibus, et singulis
„ locorum Ordinariis in suis re-
„ spective Dioecesibus persona ali- 24
„ qua idonea eligatur, et si fieri
„ potest, ex Ecclesiastico Caetu,
„ juris scientia pariter, et vitae
„ probitate praedita, quae matri-
„ moniorum Defensor nominabitur,
„ cum facultate tamen eam suspen-
„ dendi, vel removendi, si justa
„ causa adfuerit, et substituendi
„ aliam aeque idoneam, et iisdem
„ qualitatibus ornatam, quod etiam
„ fieri poterit, quotiescumque per-
„ sona ad matrimoniorum defen-
„ sionem destinata, cum se occasio
„ agendi obtulerit, erit legitime
„ impedita.

„ Ad officium autem Defensoris
„ matrimoniorum hujusmodi, ut
„ supra electi, spectabit in judi-

Digitized by Google

„ cium venire, quotiescumque con-
„ tigerit matrimoniales causas su-
25 „ per validitate, vel nullitate coram
„ legitimo Judice disceptari, eum-
„ que oportebit in quolibet actu
„ judiciali citari, adesse examini
„ testium, voce, et scriptis matri-
„ monii validitatem tueri, eaque
„ omnia deducere, quae ad matri-
„ monium substinendum necessaria
„ censebit.

„ Et demum Defensoris huju-
„ smodi persona, tanquam pars
26 „ necessaria, ad judicii validitatem
„ et integritatem censeatur, sem-
„ perque adsit in judicio sive unus
„ ex conjugibus, qui pro nullitate
„ matrimonii agit, sive ambo, quo-
„ rum alter pro nullitate, alter
„ vero pro validitate in judicium
„ veniant. Defensor autem, cum
„ ei munus hujusmodi committetur,
27 „ juramentum praestabit fideliter
„ officium suum obeundi, et quo-
„ tiescumque contigerit, ut in ju-
„ dicio adesse debeat pro alicujus
„ matrimonii validitate tuenda,
„ rursus idem juramentum praebe-
„ bit: quaecumque vero, eo non
„ legitime citato, aut intimato, in
„ judicio peracta fuerint, nulla,
„ irrita, cassa declaramus, ac pro
„ nullis, cassis, ac irritis haberi
28 „ volumus, perinde ac si citata,
„ et intimata non esset ea pars,
„ cujus citari intererat, et quam
„ juxta legum, et canonum prae-
„ scripta ad legitimam judicii va-
„ liditatem citari, aut intimari
„ omnino necessarium erat.

„ Cum igitur coram Ordinario,
„ ad quem causas hujusmodi co-
„ gnoscere pertinet, controversia
„ aliqua proponetur, in qua de
„ matrimonii validitate dubitabitur, 29
„ et existentibus in judicio vel uno
„ ex conjugibus, qui pro nullitate
„ matrimonii, vel ambobus, quo-
„ rum alter pro validitate, alter
„ vero pro nullitate actionem in-
„ tendat, Defensor matrimonii par-
„ tes omnes officii sui diligenter
„ adimpleat. Itaque si a Judice pro
„ matrimonii validitate judicabitur,
„ et nullus sit, qui appellet, ipse
„ etiam ab appellatione se abstineat;
„ idque etiam servetur, si a Judice 30
„ secundae instantiae pro validi-
„ tate Matrimonii fuerit judicatum,
„ postquam Judex primae instantiae
„ de illius nullitate sententiam
„ pronunciaverat; sin autem con-
„ tra Matrimonii validitatem sen-
„ tentia feratur, Defensor inter le-
„ gitima tempora appellabit adhae-
„ rens parti, quae pro validitate
„ agebat; cum autem in judicio
„ nemo unus sit, qui pro matrimonii
„ validitate negotium insistat, vel
„ si adsit, lata contra eum senten-
„ tia, judicium deseruerit, ipse ex
„ officio ad superiorem Judicem
„ provocabit.

„ Appellatione a prima sen-
„ tentia pendente, vel etiam nulla
„ ob malitiam, vel oscitantiam,
„ vel collusionem Defensoris, et
„ partium interposita, si ambo,
„ vel unus ex conjugibus novas 31
„ nuptias celebrare ausus fuerit,
„ volumus, ac decernimus, ut non
„ solum serventur, quae adversus
„ eos, qui matrimonium contra in-
„ terdictum Ecclesiae contrahunt,
„ statuta sunt, praesertim ut invi-
„ cem a cohabitatione separentur,

Digitized by Google

„ quoadusque altera sententia su-
„ per nullitate emanaverit, a qua
„ intra decem dies non sit appel-
„ latum, vel appellatio interposita
„ deserta deinde fuerit; sed ulterius
„ ut contrahens, vel contrahentes
„ matrimonium hujusmodi omni-
„ bus poenis contra poligamos a
„ Sacr. Canonibus, et Constitut.
„ Apost. constitutis omnino subja-
„ ceant, quas in eos, quatenus opus
„ sit, motu, scientia, ac potestate
„ simili rursus statuimus, decerni-
„ mus, ac renovamus.

„ Posteaquam vero appellatio-
„ nis beneficio ad alterum Judicem
„ causa in secunda instantia delata
32 „ fuerit, omnia, et singula quae-
„ cumque coram Judice in prima
„ instantia servanda praefinita fue-
„ runt, etiam coram altero in se-
„ cunda exacte, ac diligenter cu-
„ stodientur, citato in quolibet
„ judicii actu Defensore matrimonii,
„ qui voce, et scripto matrimonii
„ validitatem strenue, ac pro vi-
„ ribus tuebitur, et si Judex in
„ secunda instantia fuerit Metro-
„ politanus, aut Sedis Apostolicae
33 „ Nuncius, aut Episcopus vicinior,
„ matrimonii Defensor sit, qui ab
„ ipsis fuerit deputatus, quemadmo-
„ dum ipsis deputare mandamus,
„ ut quae a Nobis superius con-
„ stituta sunt, peragere possit; si
„ autem Judex in secunda instantia
„ erit Judex Commissarius, cui a
„ Sede Apostolica causae cognitio
„ demandata sit, et qui tribunal,
„ et jurisdictionem ordinariam non
„ habeat, et propterea careat De-
„ fensore matrimonii; volumus, ut
„ illo Defensore matrimonii utatur,
„ qui constitutus fuerit ab Ordi- 34
„ nario, in cujus Dioecesi causam
„ cognoscet, etiamsi idem Ordina-
„ rius sit, qui primam Sententiam
„ in eadem causa pronunciaverit.

„ Instructo autem in hunc
„ modum judicio, si secunda Sen-
„ tentia alteri conformis fuerit,
„ hoc est, si in secunda aeque ac
„ in prima nullum, ac irritum ma-
„ trimonium judicatum fuerit, et
„ ab ea pars, vel Defensor pro sua 35
„ conscientia non crediderit appel-
„ landum, vel appellationem in-
„ terpositam prosequendam mini-
„ me censuerint, in potestate, et
„ arbitrio conjugum sit novas nu-
„ ptias contrahere, dummodo ali-
„ cui eorum ob aliquod impedi-
„ mentum, vel legitimam causam
„ id vetitum non sit, potestas ta-
„ men post alteram sententiam
„ conformem, ut supra, conjugi-
„ bus facta intelligatur, et locum
„ habeat, salvo semper, et firmo
„ remanente jure seu privilegio
„ causarum matrimonialium, quae
„ ob cujuscumque temporis lapsum 36
„ nunquam transeunt in rem ju-
„ dicatam — sed si nova res, quae
„ non deducta, vel ignorata fue-
„ rit, detegatur, resumi possunt,
„ et rursus in judicialem contro-
„ versiam revocari. Quod si a se-
„ cunda sententia super nullitate
„ vel altera pars appellaverit, vel
„ hujusmodi sit, ut ei salva con-
„ scientia, Defensor matrimonii ac-
„ quiescendum non putet, vel quia
„ sibi videtur manifeste injusta,
„ vel invalida, vel quia fuerit lata
„ in tertia instantia, et sit revo-
„ catoria alterius praecedentis su- 37

Digitized by Google

,, per validitate in secunda instan-
,, tia emanatae, volumus, ut firma
,, remanente utrique conjugi pro-
,, hibitione ad alias transeundi nu-
,, ptias, quas si contrahere ausi
,, fuerint, poenis, ut praefertur, a
,, Nobis constitutis subesse decer-
,, nimus, causa in tertia, vel
,, quarta instantia cognoscatur ser-
,, vatis diligenter omnibus, quae
,, a nobis in prima, et secunda in-
,, stantia demandata fuerunt, nem-
,, pe in quolibet judiciali actu ci-
,, tato, et audito Defensore matri-
,, monii, qui a Judice tertiae in-
,, stantiae deputatus fuerit. Defen-
,, sor autem matrimonii, quem ad
,, munus suum gratis obeundum
,, pro amore Dei, et proximi uti-
38 ,, litate, et Ecclesiae reverentia in
,, Domino exhortamur, si operam
,, suam sine mercede, aut salario
,, aliqua ex causa exhibere recusave-
,, rit, ab ipsius causae Judice ei
,, constituatur, et ab ea parte, quae
,, pro validitate matrimonii agit,
,, si ipsi facultas sit, solvatur; sin
,, minus a Judice primae, vel se-
,, cundae, vel tertiae instantiae
,, respective subministrabitur, qui
,, pecuniam ex mulctis suorum tri-
,, bunalium redactas, vel redigen-
,, das, et in opera pia erogandas
,, in hujusmodi sumptus insumere
,, poterunt. Cum vero Judices cau-
,, sae erunt Judices Commissarii,
,, qui neque forum habent, et con-
,, sequenter neque pecuniam ex
,, mulctis collectam, volumus, ac
,, mandamus, ut Defensori matri-
,, monii satisfiat ex pecunia mulcta-
,, rum illius Episcopi, in cujus
,, Dioecesi Judex Commissarius ju-
,, xta Sedis Apostolicae mandatum
,, judicium exercebit.

,, Hactenus quidem quoad cau-
,, sas matrimoniales, quae extra
,, Romanam Curiam pertractantur:
,, Quoad causas vero, quae Romae
,, disceptandae sunt, cum earum
,, cognitio in prima instantia ad S.
,, R. E. Cardinalem in praefata
,, Urbe, ejusque suburbiis, et di-
,, strictu Vicarium nostrum in spi- 39
,, ritualibus pro tempore spectet,
,, mandamus ac jubemus, ut omnia,
,, et singula, quae in aliis causis
,, extra Romanam Curiam pertra-
,, ctandis praescripta fuerunt, nem-
,, pe ut judicium peragatur citato,
,, et audito Defensore matrimonii
,, ab eodem Cardinali Vicario de-
,, putato, aliaque ut supra omnino
,, serventur, tum etiam in aliis
,, causis, quae in prima instantia 40
,, ex consensu partium, vel in se-
,, cunda per appellationem ad Se-
,, dem Apostolicam, omisso medio,
,, interpositam, vel in tertia Ro-
,, mam deferunt, quas omnes judi-
,, cari volumus, vel in Congrega-
,, tione S. R. E. Cardinalium super
,, interpretatione, et executione
,, Concilii Tridentini, vel in cau-
,, sarum Palatii nostri Auditorio,
,, dummodo Nobis, et Romano 41
,, Pontifici pro tempore justis ex
,, causis non videatur particularis
,, Congregatio S. R. E. Cardina-
,, lium, vel Romanae Curiae Prae-
,, latorum deputanda. Cum autem
,, causa super matrimonii nullitate
,, agitabitur in dicta Congregatione
,, S. R. E. Cardinalium Concilii
,, Tridentini interpretum, Defensor
,, matrimonii a Cardinali Praefecto 42

Digitized by Google

„ ejusdem Congregationis, si vero
„ in palatii Nostri auditorio, ab
43 „ Auditore Decano praefati tribu-
„ nalis, si demum in Congregatione
44 „ particulari, a Persona ejusdem
„ Congregationis digniore depute-
„ tur. Unica quidem resolutio pro
45 „ nullitate matrimonii emanata,
„ si causa in Congregatione Car-
„ dinalium Concilii Tridentini in-
„ terpretum, vel in Congregatione
„ particulari deputata cognoscatur,
„ et similiter in palatii Nostri au-
„ ditorio unica sententia super ea-
„ dem nullitate pronunciata mini-
„ me sufficiat ad tribuendam libe-
„ ram conjugibus facultatem novas
„ nuptias contrahendi, sed si causa
„ in praefata Congregatione Cardi-
„ nalium Tridentini Concilii inter-
46 „ pretum introducta fuerit, rursus
„ in eadem ad Defensoris matrimo-
„ nii instantiam repropouatur —
„ Si vero Congregationi particulari
„ commissa fuerit, ad petitionem
47 „ ejusdem Defensoris altera etiam
„ particularis Congregatio deputa-
„ bitur — Si vero in palatii Nostri
„ auditorio judicata sit, a praefato
„ Defensore appellatione interpo-
48 „ sita ab aliis Auditoribus juxta
„ ordinem in gyrum, seu turnum
„ definiatur, si autem causa uni-
„ verso tribunali commissa fuerit,
„ ab omnibus Auditoribus rursus
„ examinabitur, nolentes omnino,
49 „ ut nullo in casu matrimonii vin-
„ culum dissolutum censeatur, nisi
„ duo judicata, vel resolutiones,
„ aut sententiae penitus similes,
„ et conformes, a quibus neque
„ pars, neque Defensor matrimonii
„ crediderit appellandum, emana-
„ verit, quod si secus factum fue-
„ rit, et novum initum matrimo-
„ nium, nostrae voluntatis huju-
„ smodi transgressores poenis a
„ Nobis, ut supra statutis, submit-
„ tantur.

„ Et quoniam saepe apud Se-
„ dem Apostolicam preces porrigi
„ solent pro dispensatione matri-
„ monii rati, et non consummati,
„ quae ut plurimum pro voto con-
„ sultivo ad Congregationem S. R.
„ E. Cardinalium Concilii inter-
„ pretum, vel nonnumquam ad
„ aliquam Congregationem parti-
„ cularem deputatam a Romanis
„ Pontificibus pro tempore remitti
„ soleut, ut hujusmodi instantiae 50
„ ordine, ac rite procedant, volu-
„ mus, ac mandamus, ut supplex
„ libellus Nobis, vel Romano Pon-
„ tifici pro tempore exhibeatur, in
„ quo plena, et accurata totius
„ facti species contineatur, causae-
„ que omnes in eo exprimantur,
„ quae ad obtinendam petitam di-
„ spensationem conducere posse a
„ supplicante censentur, ut Ro-
„ manus Pontifex, eo lecto, et
„ mature considerato, secum deli-
„ berare possit, an petitionem reji-
„ ciat, vel ejus examen alicui ex
„ dictis Congregationibus commit-
„ tat, a qua posteaquam suum
„ votum consultivum editum fue-
„ rit, a Secretario ejusdem Congre-
„ gationis totius negotii series exa-
„ cte Romano Pontifici pro tempore
„ referatur, qui pro sua prudentia
„ judicabit, an Congregationis re-
„ solutio sit approbanda, vel po-
„ tius totius causae examen alteri
„ Congregationi, vel Tribunali,

Digitized by Google

„ prout eidem Pontifici videbitur
„ rursus committendum.

„ Demum volumus, ac decer-
„ nimus, easdem praesentes literas
„ semper firmas, validas, et effi-
51 „ caces existere, et fore, suosque
„ plenarios, et integros effectus
„ sortiri, et obtinere, ac ab illis,
„ ad quos spectat, et pro tempore
„ quandocumque spectabit, in om-
„ nibus, et per omnia plenissime,
„ et inviolabiliter observari. Sic-
„ que, et non aliter per quoscum-
„ que Judices Ordinarios, et Dele-
52 „ gatos, etiam causarum Palatii
„ Apostolici Auditores, ac eosdem
„ S. R. E. Cardinales, etiam de
„ latere Legatos, et Sedis Nuntios,
„ aliosve quoslibet quacumque prae-
„ minentia, et potestate fungentes,
„ et functuros, sublata eis, et eo-
„ rum cuilibet quavis aliter judi-
„ candi, et interpretandi facultate,
„ et auctoritate, ubique judicari,
„ et definiri debere, ac irritum,
„ et inane, si secus super his a
„ quoquam quavis auctoritate scien-
„ ter, vel ignoranter contigerit at-
„ tentari.

„ Non obstantibus praemissis,
„ ac Constitutionibus, et Ordina-
„ tionibus Apostolicis, necnon qui-
„ busvis etiam juramento, confir-
„ matione Apostolica, vel quavis fir-
„ mitate alia roboratis, statutis, et
„ consuetudinibus, privilegiis quo-
„ que, indultis, et literis Aposto-
„ licis sub quibuscumque tenoribus
„ verborum, et formis, ac cum
„ quibusvis etiam derogatoriarum
„ derogatoriis, aliisque efficaciori-
„ bus, et insolitis clausulis, irri-
„ tantibusque, et aliis decretis
„ etiam motu, scientia, et pote-
„ statis plenitudine paribus in ge-
„ nere, vel in specie, seu alias
„ quomodolibet concessis, confir-
„ matis, et innovatis. Quibus omni-
„ bus, et singulis etiamsi pro il-
„ lorum sufficienti derogatione de
„ illis, eorumque totis tenoribus
„ specialis, specifica, expressa, et
„ individua, ac de verbo ad ver-
„ bum, non autem per clausulas
„ generales idem importantes men-
„ tio, seu quaevis alia expressio
„ habenda, aut aliqua alia exquisita
„ forma in illis tradita observata
„ eisdem praesentibus pro expres-
„ sis, et insertis habentes, illis
„ alias in suo robore permansuris,
„ ad praemissorum effectum hac
„ vice dumtaxat expresse deroga-
„ mus, caeterisque contrariis qui-
„ buscumque.

„ Volumus autem, ut prae-
„ sentes literae in valvis Ecclesiae
„ Lateranensis, Principis Apostolo-
„ rum, necnon Cancellariae Aposto-
„ licae, ac in acie Campi Florae
„ de Urbe, ut moris est, publi-
„ centur, affigantur, sicque publi-
„ catae, et affixae omnes, et sin-
„ gulos, quos illae concernunt,
„ perinde arctent, et afficiant, ac
„ si uniquique eorum nominatim,
„ et personaliter intimatae fuissent;
„ quodque earumdem praesentium
„ transumptis, seu exemplis etiam
„ impressis manu alicujus Notarii
„ publici subscriptis, et sigillo ali-
„ cujus personae in dignitate eccle-
„ siastica constitutae munitis, ea-
„ dem prorsus fides tam in judicio,
„ quam extra illud ubique adhibea-
„ tur, quae ipsis praesentibus adhi-

Digitized by Google

„ berentur, si forent exhibitae, vel
„ ostensae.

„ Nulli ergo omnino hominum
„ liceat hanc paginam Nostri de-
„ creti, statuti, constitutionis, pro-
„ hibitionis, revocationis, annulla-
„ tionis, declarationis, mandati,
„ ac voluntatis infringere, vel ei
„ ausu temerario contraire: si quis
„ autem hoc attentare praesumpse-
„ rit indignationem Omnipotentis
„ Dei, ac BB. Petri, et Pauli Aposto-
„ lorum ejus se noverit incursurum.

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem tertio Nonas Novembris anno Incarnationis Dominicae millesimo septingentesimo quadragesimo primo, Pontificatus Nostri Anno secundo.

D. Card. Passioneus.
X. Sub Datarius.

Visa de Curia. N. Antonellus.
Loco ✠ Plumbi.
J. B. Eugenius.

Anno a Nativitate D. N. JESU CHRISTI 1741. *Indictione quarta, die vero 29. Novembris, Pontificatus autem SS.^mi in Christo Patris, et D. N. D. Benedicti Divina Providentia PP. XIV. anno secundo, supradicta Constitutio affixa, et publicata fuit ad valvas Basilicae Lateranensis, et Principis Apostolorum, necnon Cancellariae Apostolicae, Curiae Generalis in Monte Citatorio, in acie Campi Florae, ac in aliis locis solitis, et consuetis Urbis per me Joannem Trifelli Apost. Curs.*

Nicolaus Cappelli Mag. Curs.

CAP. II.

De perpetua Separatione Tori, quoad vinculum, ob errorem.

SUMMARIUM

1 Error, quo contractum fuit matrimonium, illud dissolvit, etiamsi sit consummatum, et contrahentes perpetuo separantur.

2 Error vel est personae, vel fortunae, vel conditionis, vel qualitatis.

3 Error fortunae, aut qualitatis non dirimit matrimonium.

4 Limita 1. in casu, quo qualitas, circa quam erratur, transit in errorem personae.

5 Limita 2. in casu, quo contrahens protestatur se non intelligere contrahere, nisi alter habeat qualitatem ab eo requisitam.

6 Contrahens matrimonium cum puella, si virgo sit, et virgo non fuerit, nullum est matrimonium.

Contrahens cum muliere sub conditione si sit legitima, matrimonium est nullum, si illegitima detegatur *ibid.*

7 Quilibet contractus sub honesta conditione de praesenti initus est nullus, si conditio non subsistat, ex defectu consensus.

8 Matrimonium a consensu in totum dependet, *et num.* 14.

9 Consensus in matrimonio requiritur non solum tamquam materia, sed etiam tamquam forma.
10 Error personae dirimit matrimonium.
11 Non solum de jure positivo, sed etiam de jure naturae.
12 Etiamsi ab infidelibus cum hoc errore contrahatur.
13 Errantis nullus est consensus.
15 Nuptias non concubitus, sed consensus facit.

ERROR.

Pro *prima* causa perpetuae separationis tori quoad vinculum in relatis supra carminibus ponitur *Error*, adeout, si contracto matrimonio, et etiam consummato detegatur *Error*, quia ob errorem nulliter fuit contractum, conjux errans ab altero quoad vinculum
1 perpetuo separari debet, quod et
procedit in singulis impedimentis dirimentibus in eisdem carminibus contentis, et infra recensendis, exceptis iis, quae prius indigent examine, et discussione.

Non quilibet tamen *Error* matrimonium dirimit, nam error quadruplex esse potest, videlicet Per-
2 sonae, Fortunae, Conditionis, et
Qualitatis, ut habetur ex Textu expresso in *Can. Quod autem* 1. *caus.* 29. *quaest.* 1. = ibi = „ *Error Personae est*, quando hic „ putatur esse Virgilius, et ipse „ est Plato; *Error Fortunae*, quan- „ do hic putatur esse dives, qui „ est pauper, vel *e* converso; *Er-* „ *ror Conditionis*, quando putatur „ esse liber, qui servus est; *Er-* „ *ror Qualitatis*, quando putatur „ bonus, qui malus est =; Error *Fortunae*, aut *Qualitatis*, veluti si quis credit desponsare divitem, et est pauper, sive pulchram, et pulchritudine caret, sive virginem, aut castam, et est vidua, vel me-
retrix, non dirimit matrimonium, 3
d. Can. Quod autem 1. *caus.* 29. *quaest.* 1. = ibi = *Error Fortunae, et Qualitatis consensum non excludit etc.; quae nubit pauperi putans illum esse divitem, non potest renunciare priori conditioni, quamvis erraverit etc.; similiter qui ducit in uxorem meretricem, vel corruptam, quam putabat esse castam, vel virginem, non potest eam dimittere, et aliam ducere* =

Limita tamen in casu, quo qualitas, circa quam erratur, transeat in errorem personae, *Sanch.*
de Matrimon. lib. 7. *disput.* 18. 4
num. 21., itemque in casu, quo contrahens protestetur se non intendere contrahere matrimonium, nisi alter contrahens talem habeat
in specie qualitatem, veluti si vir 5
consentiat ducere foeminam sub expressa conditione, quod non alias illam ducere intendit, quam si sit virgo, contractoque matrimonio, hanc qualitatem in ea deesse reperiatur ante copulam per modum licitum, veluti per inspectionem obstetricum, aut per accuratam vitae, et morum ejus inquisitionem, *Rot. in Posnanien., seu Varsavien. Matrimonii* 26. *Junii anni* 1747. §. *Plane, et seq. cor. Card. Bussio*, ex quibus concludenter appareat

Digitized by Google

6 florem amisisse virginitatis, quia ab alio fuerit jam deflorata. Accidere namque potest, quod hujusmodi conditio aliquando in contrahendo matrimonio apponatur per honestos viros, apud quos sponsae virginitas, et honor magnu, ut par est, habetur in pretio, illudque, si corrupta fuerit, jure optimo amittere existimant cum *Ariost.*, qui de illa sic cecinit.

La Verginella è simile alla rosa,
Che 'n bel giardin sù la nativa spina,
Mentre sola, e sicura si riposa,
Nè gregge, nè pastor se l' avvicina,
L' aura soave, e l' alba rugiadosa,
L' acqua, la terra al suo favor s' inchina,
Giovani vaghi, e donne innamorate
Amano averne e seno, e tempie ornate.
Ma non sì tosto dal materno stelo
Rimossa viene, o dal suo ceppo verde,
Che quanto avea dagli uomini, e dal cielo
Favor, grazia, bellezza tutto perde.

Eoque amisso amplius recuperare non valet, ut pulchre dixit Poeta:

Che l' onor, che le manca in un momento,
Non può in cent' anni riacquistar nè in cento.

Idemque dicendum, si vir contrahat cum muliere sub expressa conditione, quatenus sit legitima, alias contrahere non intendit, et matrimonio contracto, eoque etiam consummato, illegitima detegatur, quia in his casibus ob defectum consensus matrimonium est nullum, et subsistere nequit, quoties in altero contrahente *qualitas* expresse per alterum requisita non subsistit *Sac. Congregat. Concil.* apud *Barbos. in Summ. Apostolic. decis. collect.* 465. *num.* 21. et *in Summ. Bullar. verb. Matrimonium vers. Matrimonium coram Parocho, et Testibus.* Quilibet enim contractus sub honesta conditione de praesenti initus, conditione non subsistente,
ex defectu consensus est nullus, 7
Leg. Cum ad praesens 37. *ff. de reb. credit.*, *L. Cum in secundo* 16. *ff. de injust. rupt. D. Thom. in* 4. *dist.* 30. *quaest.* 1. *artic.* 2. *ad* 5., *D. Bonaven. in* 4. *dist.* 30. *in expositione literae n.* 4., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 18. *n.* 21.

Praesertim cum agitur de ma-
trimonio, quod in totum a consensu 8
dependet *Cap.* 1. *Cap. Cum locum* 14. *Cap. Tuae Cap. Cum apud* 22. *Cap. Tua nos* 26. *de Sponsal.*, *Can. Sufficiat*, *Can. Sic quippe* 27. *quaes.* 2. *L. Nuptias* 31. *ff. de reg. jur.*, *Concil. Colonien. de Matrim.* §. *Verbum itaque*, *Concil. Triden. sess.* 24. *cap.* 1. *de Reformat. Matrim.*, *D. Thom.*, *et D. Bonaventur. in* 4. *dist.* 27. *quaest.* 1., *Paris. cons.* 86. *num.* 39. *lib.* 3., *Gratian. Discept. forens. cap.* 754. *num.* 39. *Mantic. de tacit. lib.* 20. *tit.* 1. *num.* 8., *Rot. decis.* 189. *num.* 1. *par.* 8., *et decis.* 301. *n.* 2. *par.* 11., *et decis.* 405. *num.* 11., *et* 12. *par.* 18. *tom.* 2. *Recent.*, Non solum tamquam materia, sed
etiam tamquam forma, quod magis 9
convenit matrimonio tamquam Sacramento, *Rot. decis.* 124. *num.* 1. *et* 3. *par.* 7. *Rec.*; secus si conditio sit turpis, et matrimonii substantiae adversetur, ut notat doctissimus *P. Ubald. Girald. in Exposit. Jur. Pontific. etc. sect.* 681. *tom.* 2., *Rot. in d. Posnanien.*, *seu Varsavien. Matrimonii* 26. *Ju-*

Digitized by Google

nii 1747. § *Si igitur*, *et* § *Hac proinde cor. Card. Bussio.*

Dirimit proculdubio matrimo-
10 nium *Error Personae*, veluti si mulier cogitans, et intendens contrahere cum primogenito, contrahat cum alio, *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 32., cum caeteris ibi relatis; aut si quis putans illud contrahere cum Berta, contrahat cum Seja, non tantum de jure
11 positivo, *d. Cap. Tua nos* 26. *de Sponsal.*, *d. Can. Quod. autem* 1. *caus.* 29. *quaest.* 1., *D. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 82. *art.* 2.: verum etiam de jure naturae, quia persona est primarium, ac substantiale objectum matrimonii, quod proinde cum hoc errore contractum de jure naturae est nullum, etiamsi
12 ab infidelibus cum hoc eodem errore contrahatur, quia errantis nul-
13 lus est consensus, *L. Si per errorem* 15. *ff. de jurisdict. omn. Judic.*, *Leg. Si ex falsis* 42. *Cod. de transact. L.* 8. *et* 9. *Cod. de Jur.*, *et Fact. ignorant.*; nihilque tam contrarium consensui, quam error *d. L. Si per errorem* 15. *ff. de jurisdict.*,
14 *omn. Judic.* Deficiente autem consensu, deficit matrimonium, *d. Can. Sufficiat* 2. *caus.* 27. *quaest.* 2. *d. Cap. Cum locum* 14. *de Sponsal.* quia nuptias non concubitus, si intervenerit, sed consensus facit,
15 *Leg. Nuptias* 31. *ff. de reg. jur.*: Unde Lia tradita pro Rachele Jacobo, ut habetur in *Genes. Cap.* 29., vere non fuit ipsius uxor, nisi postquam fraudem ille detexit, eamdem in uxorem acceptavit.

De *Conditione* aliqua attingam in *seq. Cap.* 3., nam auctor eorumdem carminum illam in eo proprio vocabulo = *Conditio* = comprehendit.

CAP. III.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Conditionem.

SUMMARIUM.

1 Personae Conditio matrimonium irritat, si nempe persona libera contrahit cum serva, quam liberam esse credebat.
2 Quaenam sit persona serva.
3 Matrimonium hujusmodi est nullum si persona libera, post quam scivit conditionem servilem alterius, nec facto, nec verbo in eam consensit.
4 Limita 1. et tene matrimonium esse validum, si persona libera, antequam illud contraheret, servilem conditionem alterius contrahentis probe noverat:
5 Limita 2. si persona libera illud contraxerit cum persona non serva, sed famula, quam talem esse ignorabat.
6 Sed sponsalia de futuro cum hac contracta rescindi possunt.
7 Limita 3. si persona serva contraxerit cum alia serva, quam liberam esse putabat.
8 Limita 4. si persona libera contraxerit cum alia libera, quam servam esse credebat.

Digitized by Google

9 Limita 5. si persona serva contraxerit cum libera, quam putabat esse servam.

10 Validum est matrimonium contractum inter duas personas servilis conditionis, invitis earum dominis.

11. Licet olim fuerit invalidum.

12 Hodie enunciati errores circa servilem conditionem contingere nequeunt, et quare.

13 Conditio inter conjuges de nunquam simul cohabitando, seu cubando, sive ex parte unius, sive ex parte utriusque apposita, matrimonii nullitatem inducit, et quare.

14 An hujusmodi conditiones manifestari debeant in ipso actu contrahendi matrimonium, *et num. seq.*

CONDITIO

Personae conditio matrimonium irritat, et contrahentes perpetuo sunt separandi, quando persona libera, et ingenua credens contrahere cum altera persona libera pariter et ingenua, contrahit
1 cum alia servilis conditionis, *Cap. Proposuit* 2. *de Conjug. Servor. Can.* 1. *Can. Si quis ancillam* 3. *caus.* 29. *quaest.* 2. *D. Thom. in* 4. *dist.* 30. *quaest.* 1., *et in addit.* 3. *part.* 4. *quaest.* 52. *art.* 1., *Covarruv. in Epitom. ad* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 3. § 7. *n.* 1., *Navarr. in Manual. cap.* 22. *n.* 33. hoc est cum ea, quae jure belli facta est serva, seu ab homine
2 hujus generis servo descendit, si tamen postquam contraxerit matrimonium, ejusque servilem sciverit conditionem, nec facto, nec verbo
in eamdem consenserit *Cap. Ad nostram* 4. *de Conjug. Servor. Can. Si* 3
quis ingenuus 4. *caus.* 29. *quaest.* 2.

Secus tamen, si antequam matrimonium contraheret, illius ser-
vilem conditionem probe noverat 4
d. Cap. Proposuit 2. *Cap. Ad nostram* 4. *de Conjug. Servor. Can. Si quis liber* 2. *d. Can. Si quis ingenuus* 4. *Can. Si foemina* 5. *caus.* 29. *quaest.* 2. *S. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 83. *art.* 1.

Vel contraxerit cum persona, non ut supra, serva, sed famula, et ab aliquo, pacta mercede, ad sibi exhibendum famulatum et servitium, salva ejus nativa libertate, conducta, etiamsi illius conditio-
nem ignoraverit, licet sponsalia de 5
futuro cum eadem contracta, at-
tenta disparitate, rescindi possint 6
Rot. dec. 12. *n.* 13. *post mea Vota de Sponsal. Filiorumfamil.*

Vel si persona serva contraxerit cum alia similiter serva, licet
eam liberam esse putaverit, nec ei 7
nupsisset, si ejus servilem conditionem non ignorasset, quia tunc nihilominus, attenta inter contrahentes conditionis aequalitate, matrimonium subsistit *D. Bonaventur. in* 4. *dist.* 36. *art.* 2. *quaest.* 2. *in conclus. D. Thom. in* 4. *dist.* 36. *art.* 1. *ad* 1. *Scot. in* 4. *dist.* 36. *quaest.* 1. § *Dic ergo*, *Durand. ibid. quaest.* 1. *Petr. Paludan. ibid. quaest.* 1. *num.* 8., *Pontas verb. Impedimentum conditionis cas.* 2.

Aut si persona libera contra-
xerit cum alia libera, quam putabat 8
esse servam, quia propter hunc errorem nullum ejus conditio pati-

Digitized by Google

tur detrimentum *Hostiens. in d. Cap. Ad nostram* 4. *n.* 2. *de Conjug. Servor., Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 9. *n.* 10., *Scot. in* 4. *dist.* 36. *quaest.* 1., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 19. *n.* 23., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 3. *punct.* 3. *n.* 1., *et* 4.

Seu persona serva contraxerit
9 cum libera, quam servam esse putabat, quia per hunc errorem ejus conditio melioratur *Reiffenstuel.*, *et Scot. loc. cit. aliique communiter.*

Matrimonium est quoque validum, si contractum fuerit inter duas
10 personas servilis conditionis, invitis earum dominis *Cap.* 1. *de Conjug. Servor. Can.* 1. *caus.* 29. *quaest.* 2. quamvis similia servorum conjugia sine dominorum consensu
11 contracta, usque a Seculo VIII. Ecclesia dirimi permiserit, ut probat *Text. in Can. Dictum est nobis* 8. *caus.* 29. *quaest.* 2.

In his, inquam, casibus error circa conditionem nullam inducit invaliditatem, sed matrimonium totum robur firmitatis habet, neque ob hanc causam dissolvi potest.

Hodie tamen enunciati errores
12 circa servilem conditionem contingere nequeunt, quia propriae, et rigorosae servitutes inter Catholicos penitus sunt extinctae, ut notat praelaudatus *P. Girald. in Exposit. Jur. Pontific. etc. sect.* 130. *tom.* 1. *et sect.* 700., *et seq. tom.* 2.

Contingere vero potest, quod alter ex contrahentibus matrimonio consensum exhibeat sub conditione
13 nunquam cohabitandi, seu cubandi cum altero, qui hanc conditionem acceptet, et sub ea matrimonium perficiat. Hujusmodi autem conditio, utpote impeditiva generationis prolis, et maritalis conjunctionis, matrimonii nullitatem inducit, sive conditio ponatur ex parte unius, sive ex parte utriusque contrahentis, sive ex parte unius, et altero tam sciente, quam ignorante ex juribus, et rationibus, de quibus infra *Cap.* 16. *n.* 271., *et seqq. hoc eod. lib.* 1.

Hoc unum addere juvat, quod in eodem *Cap.* 16. cum auctoritate *Sacrae Rotae*, ejusque *Decis. in Januen. Professionis* 3. *Julii* 1702. *coram Molines* probatur, quod etsi
baec conditio in actu conjugii non 14
manifestetur, probare sufficit, quod conjugium praecesserit, nec ante illud fuerit retractata. At eadem *Rot.* inter *decis.* impressas penes *Ursajam tom.* 1. *Miscell. dec.* 37. *n.* 10. *in Posnanien., seu Varsavien. Matrimonii* 26. *Junii* 1747. § *Si igitur et seq. coram Buss.* aliter sensisse videtur, nam ibi firmat, quod si contrahentes ante matrimonium manifestaverint se velle contrahere sub hac, vel illa conditione, neque deinde coram Parocho, et testibus in actu contrahendi matrimonium eamdem conditionem expresserint, matrimonium pro puro haberi debeat.

In hac *Decisionum* varietate censeo, quod haec posterior opinio procedat, quando concurrunt circumstantiae veram, absolutam, perfectamque conditionem excludentes, et limitationem recipiat in
casu, quo conditio talis sit, ut st- 15
tentis circumstantiis, et concludentibus probationibus de illa matri-

Digitized by Google

monium praecedente dubitari non possit; quibus concurrentibus non conveniat aut honestati viri, aut pudori mulieris, nec loci sanctitati coram quoque numeroso populo, qui non semel celebrationi matrimonii interesse solet, praedictam publice in eodem actu pandere conditionem, sed tunc eam praecessisse probare sufficiat, ne, si nulla habita ratione de simili conditione in actu matrimonii non confirmata, pro puro matrimonium habeatur, saepe ipsum matrimonium propter defectum liberi consensus in abominabile scortum degeneret.

CAP. IV.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Votum.

SUMMARIUM.

1 Votum simplex castitatis impedit, sed non dirimit matrimonium, *et num.* 17. *et seq.*
2 Illud vero dirimit votum solemne in professione approbatae Religionis emissum, *et num.* 4. 6. 14.
3 Sicuti susceptio Sacri Ordinis, *et num.* 5. *et seq.*
7 Votum solemne Professionis Religiosae dirimit etiam matrimonium ratum ante professionem contractum.
8 Secus Ordo Sacer.
9 Potest conjux de consensu alterius, matrimonio etiam consummato, ingredi Religionem ibique profiteri, sed matrimonium non dirimitur.
10 Votum solemne quodnam sit.
11 Nullum est votum emissum ante legitimam aetatem.
12 Seu per vim, et metum.
13 Non dirimit matrimonium, si non sit emissum in Religione approbata, aut emissum fuerit in tertia Regula S. Francisci, et S. Dominici.
15 Professus, seu Professa contrahens matrimonium, illicite, et invalide contrahit, graviter peccat, et eo ipso majorem excommunicationem incurrit.
16 Votum simplex quodnam sit.
18 Illud frangens graviter peccat, sed excommunicationem non incurrit.
19 Ita vovens, si deinde contrahit matrimonium, votum servare tenetur, et quomodo.
20 Ante consummationem potest ingredi Religionem.
21 Si alter conjux praemoriatur, votum servare debet.

VOTUM.

Votum castitatis, quod, si
est *simplex*, impedit tantummodo
matrimonium, si tamen *solemne* 1
fuerit in professione approbatae Re-
ligionis emissum, sicut et susceptio 2
Sacri Ordinis ex sola lege eccle-
siastica, non tantum illud impedit,
sed etiam dirimit, si fuerit contra- 3
ctum, quemadmodum de Professo
in Religione approbata habetur 4
Text. in Cap. Meminimus 3., *et*
in Cap. Insinuante 7. *Qui Cleric.*
vel Vovent. ubi etiamsi esset votum
aliquantisper coactum, in quo vo-
vens perseveraverit. De altero vero, 5

Digitized by Google

qui suscepit Sacrum Ordinem in
Cap. 1. *in Cap. Ex literarum* 2.
Qui Cleric. vel Voven. in *Cap.* 1.
de Cleric. Conjugat. Can. Presby-
teris 8. *dist.* 27. *Can. Presbyterum*
6 16. *dist.* 28. et de utroque *Cap.*
unic. de Vot. in 6. et definivit *Con-*
cil. Lateranen. I. cap. 2. *Lateranen.*
II. cap. 7., *et Tridentin. Sess.* 24.
de Sacrament. Matrimonii Can. 9.
= ibi = *Si quis dixerit Clericos*
in Sacris Ordinibus constitutos,
vel Regulares castitatem solemni-
ter professos posse matrimonium
contrahere, contractumque validum
esse non obstante lege ecclesiastica,
vel voto etc. Anathema sit. =

Differt tamen unum ab altero,
nam votum solemne Professionis
Religiosae, non solum eo emisso, di-
rimit subsequens matrimonium, sed
dirimit etiam matrimonium ante
professionem contractum, dummo-
7 do fuerit tantummodo ratum, et
non consummatum ad Text. expres-
sum in *Cap. Verum* 2., *et Cap.*
Ex parte 14. *de Convers. Conjugat.*
Sac. Concil. Tridentin. d. Sess. 24.
de Matrim. Can. 6. = ibi = *Si*
quis dixerit matrimonium ratum
non consummatum per solemnem
Religionis professionem alterius
conjugum non dirimi, Anathema
sit =

At si Clericus secularis prius ma-
trimonium contraxerit, et deinde ad
Sacros Ordines promotus fuerit, ma-
trimonium per eum jam contractum
in suo robore manet, etiamsi con-
summatum non fuerit ut expresse de-
8 claravit Joannes xxii. in *Extra-*
vag. Antiquae De Voto = ibi =
Quod licet votum solemnizatum
per Sacri susceptionem Ordinis,
quantum ad impediendum matri-
monium contrahendum, ac ad di-
rimendum, si post contractum fue-
rit, secundum statuta Canonum,
sit efficax reputandum; ad dissol-
vendum tamen prius contractum,
etiamsi per carnis copulam non
fuerit consummatum, (cum nec
Jure Divino, nec per Sacros re-
periamus Canones hoc statutum)
invalidum est censendum =

Potest tamen post matrimonium
etiam consummatum alter conjux
de consensu alterius ingredi Reli-
gionem, et professionem emittere, 9
sed non dirimitur matrimonium,
nec alteri licet ad alias transire
nuptias, nec ambo valent iterum
inter se copulari, quia juri suo ces-
serunt, ut alibi dicam.

Votum autem solemne fit ab
eo, qui Deo promittit perpetuo ser- 10
vare castitatem cum reali traditione
personae in alterius potestatem,
quando nempe novitius, vel novi-
tia in manu sui superioris, et sub
illius obedientia professionem emit-
tit *D. Thom.* et omnes *in* 4. *dist.*
38. *Covarruv. in Epitom. ad* 4. *De-*
cretal. par. 2. *tit. de Matrim. cap.* 7.
§ 4. *n* 7., *Navarr. in Manual cap.*
12. *fere per tot.* quae, si facta non
fuerit ante legitimam aetatem sex- 11
decim annorum, quia tunc est nulla
Sac. Concil. Trident. sess. 25. *cap.*
15., seu per vim, et metum ca-
dentem in constantem virum, quia 12
pariter tunc non obligat *Navarr.*
in Manual. cap. 22. *num.* 51., vel
in aliqua Religione non approbata;
aut etiam in tertia Regula S. Fran-
cisci, et S. Dominici, quia tunc pro- 13

Digitized by Google

ducit solum impedimentum impediens, quamvis vovens contrahendo deinde nuptias plus scandali praebeat, quam aliae virgines *Cajet. in Summ. verba Matrimonium impedim.* 3. sed emittatur in aetate legitima, cum plena libertate, et in
14 Religione approbata, sive talis professio tacita sit, vel expressa, ut satis declarat *Gloss. in Cap. Rursus* 6. *verb. Apud Deum Qui Cleric. vel vovent. D. Thom.* 4. *dist.* 38., *et in addit.* 3 *par. quaest.* 83. *art.* 1., *Navarr. loco cit. n.* 35. ita impedit, et dirimit subsequens matrimonium, ut si Professus, vel Professa millies illud contrahat, nunquam licite, nec valide contrahit *Can. Presbyteris* 7. *Can. seq. distint.* 27. *Can. Viduas a proposito* 2. *caus.* 27. *quaest.* 1. *Cap. Insinuante* 7. *Qui Cleric. vel Voven. D. Thom.* 4. *dist.* 38. *et in addit.* 3. *par. quaest.* 53. *art.* 2. neque
15 solum gravissimum committit peccatum *Cap. unic. de vot. in* 6. sed incurrit etiam excommunicationem majorem latae sententiae *Clement. unic. de Consang. et Affinit.*

Praeter hoc, et alterum in susceptione Sacri Ordinis, omne aliud est votum simplex sive sit occultum, sive publicum *Navar. in Ma-*
16 *nual. cap.* 12. *num.* 32. quod fit ab illo, qui animo deliberato, corde, vel verbis mediate B.^mae^ Virgini Mariae, aut alteri Sancto, vel immediate ipsi Deo castitatem, vel ingredi Religionem promittit *D. Thom. in* 4. *dist.* 38., *Navarr. in Manual. dicto cap.* 12. *per tot. Covarruv. loc. cit. par.* 2. *cap.* 7. § 4. *n.* 7. quodque impedit, ut dixi,
matrimonium, sed si nihilominus 17
sine Pontificia dispensatione contrahatur, licet contrahens scelus gravissimum, atque mortale peccatum committat frangendo fidem Deo datam, attamen excommunicationem non incurrit, et contractum 18
matrimonium est validum *Cap. Consuluit* 4., *Cap. Rursus* 6. *Qui Cleric. vel Vovent. Cap. unic. de Vot. in* 6.

At contracto sine Apostolica dispensatione matrimonio, tenetur servare votum, et quamvis *Soto de Just., et Jur. lib.* 7. *quaest.* 2. *art.* 1.
§. *Tertium argumentum vers. Hactenus de illo*, et alii teneant, quod 19
ab alio conjuge debitum petere possit, nihilominus, praesertim apud Jurisconsultos sententia communis est, et tutior, quod illud alteri sive tacite, sive signis, aut ingenio, et conditione petenti reddere teneatur, sed ipse nisi ad id obtinuerit ab Episcopo dispensationem concedendam ob grave peccandi periculum, et continendi difficultatem, quoties debitum petit, toties mortaliter peccet juxta *Gloss. in Cap. Quidam* 3. *de convers. Conjugat., Navarr. in Manual. cap.* 16. *num.* 30.

Post ratum vero tantummodo matrimonium, et non consummatum, nec ad reddendum debitum est obligatus, quia ante consummationem fas est ei Religionem ingredi
si hoc in voto promisit, ibique il- 20
lud intactum servare tenetur *Cap. Ex publico* 7. *de Convers. Conjugat., Navarr. in Manual. dicto cap.* 22. *num.* 73. Quam etiam ingredi, ibique votum servare tenetur, si alter
conjux ei praemoriatur, neque ad 21

Digitized by Google

secundas nuptias convolare potest, nisi accedat Apostolica dispensatio *dicto Cap. Quidam* 3. *de convers. Conjugat.*, *Navarr. d. cap.* 22. *num.* 73.

CAP. V.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Cognationem.

SUMMARIUM.

1 Cognatio triplex est, Naturalis, Spiritualis, et Legalis.

2 Cognatio naturalis, quae Consanguinitas dicitur, quaenam sit.

3 Consanguinitatis linea duplex est, recta, et transversalis, seu collateralis.

4 Quaenam sit linea recta consanguinitatis.

5 In hac linea impedimentum consanguinitatis dirimit matrimonium quoad primum gradum tam de jure humano, quam divino, et naturali, *et num.* 8.

6 Probabilissimum est dirimere matrimonium etiam quoad quoscumque gradus in infinitum de jure naturali.

Contrarium, quod dirimat tantum de jure naturae in primo gradu *num.* 8.

7 De jure gentium nuptiae in gradu ascendentium, et descendentium incestuosae dicuntur.

8 Super primo gradu Sedes Apostolica ex quacumque causa nunquam dispensavit.

9 In linea recta omnes conveniunt dirimere matrimonium de jure ecclesiastico infra quartum gradum.

10 Linea consanguinitatis transversalis, seu collateralis quaenam sit.

11 Haec etiam duplex est, aequalis, et inaequalis, et quaenam sit aequalis.

12 Quaenam vero inaequalis.

13 In hac linea tam aequali, quam inaequali consanguinitatis impedimentum de jure naturae, et divino dirimit matrimonium quoad primum gradum.

14 Excepto casu propagandi genus humanum.

15 De jure ecclesiastico hoc consanguinitatis impedimentum dirimit matrimonium usque ad quartum gradum inclusive.

16 Etiam apud Graecos.

17 Sed si alteruter contrahentium distet ultra quartum gradum, matrimonium inter eos admittitur.

18 Hoc impedimentum olim tam in linea recta, quam transversali usque ad septimum gradum extendebatur.

19 Cognatio spiritualis quaenam sit.

20 Inter quas personas contrahatur, et dirimat matrimonium.

21 Non contrahitur in Confirmatione a patrino, qui et ipse prius confirmatus non fuerit.

Nec inter conjuges si alter eorum in casu necessitatis propriam prolem baptizaverit.

22 Cognatio legalis triplex est, Paternitas, Fraternitas, et Affinitas.

23 Paternitas provenit ex adoptione inventa a Jure Civili.

24 Et deinde per Sacros Canones recepta.

25 De Jure Canonico in linea recta inducit impedimentum dirimens usque ad quartum gradum inclusive.

26 De Jure Civili in infinitum.

27 De Jure Canonico durat usque ad quartum gradum, etiamsi adoptio soluta fuerit.

28 Fraternitas legalis inducit impedimentum dirimens in linea transversali.

29 Quod cessat, cessante adoptione.

30 Nec extenditur ad filios adoptantis, et adoptati, qui libere inter se matrimonium contrahere possunt.

31 Affinitas legalis inter quas personas dirimat matrimonium.

32 Illius impedimentum continuat etiam adoptione soluta.

33 Promissio matrimonialis facta inter sanguine conjunctos sub conditione si Papa dispenset, in casu tamen, in quo dispensare soleat, est valida, et obligatoria.
Contrarium *num.* 60. *et seqq.*

34 Resignatio Beneficii cum pensione sine conditione Beneplaciti Apostolici est invalida, secus accedente conditione, quia a Papa concedi solet.

35 Promissio matrimonialis facta inter sanguine conjunctos sine conditione, si Papa dispensaverit, non est valida, nec obligatoria, si impedimentum ignorabant.

36 Secus si illud eis cognitum erat, *et num.* 41.

37 Maxime si post promissionem a promissore procuretur dispensatio, vel fuerit obtenta.

38 Quia tunc hanc conditionem praecessisse praesumitur.
Contrarium *n.* 60. *e seqq.*

39 Actus sequens censetur factus in executionem praecedentis tractatus.

40 Et ostendit quid prius inter partes factum, vel tractatum fuerit.

42 Si promissio matrimonialis inter sanguine conjunctos facta fuerit sub conditione si Papa dispensaverit, obtenta dispensatione, non est necessaria renovatio consensus, et quare *et num.* 45.
Contrarium *num.* 62. *et teqq.*

43 Sponsalia contracta sub conditione, ea purificata, non indigent renovatione consensus.

44 Obtenta dispensatione post contractum matrimonium, ad ejus validitatem requiritur renovatio consensus.

46 Porrecta supplicatione pro dispensatione, et habita per contrahentes scientia signaturae supplicationis, consensus renovatus dicitur.
Contrarium *num.* 62. *et seqq.*

47 Supplicatio manu Papae signata habet vim scripturae plusquam publicae.

48 Gratia non oritur a Bullae expeditione, sed in signatura supplicationis perficitur.

Digitized by Google

49 Secuta dispensatione, consensus pro contrahendo matrimonio negari non potest.
Contrarium *num.* 62. *et seqq.*

50 Obtenta dispensatione, Ordinario praesentata, et reportato decreto de exequendo, ex hoc novus sponsalium consensus resultat.
Contrarium *num.* 62. *et seqq.*

51 Declaratur *Text. in Cap. Ex literis* 8. *de Cognat. Spirit.*

52 Tempore Gregorii IX. dispensatio matrimonialis, super cognatione spirituali, non erat in usu.

53 Contractis inter sanguine conjunctos sponsalibus sub conditione, si Papa dispenset, vir tenetur procurare dispensationem.

54 Promissio matrimonialis inter prohibitos, censetur facta mediantibus omnibus praeambulis, sine quibus matrimonium contrahi non potest.

55 Qui promittit finem censetur promittere media, sine quibus finis haberi non potest.

56 Obligatus ex conventione ad aliquid faciendum, obligatur etiam ad curandum, ut actus non sit invalidus.

57 Qui matrimonium promisit, tenetur petere dispensationem, si adest impedimentum, propriis expensis, *et num. seqq.*

58 Stuprator ad omnes expensas, damna, et interesse tenetur.

61 Papa, concedendo dispensationem, dat contrahendi facultatem, sed non validat actum illicite gestum.

66 Cognatio spiritualis magis est reverenda, magisque impedit matrimonium, quam cognatio carnalis.

67 Praestito novo consensu post obtentam dispensationem sive ante illius praesentationem pro executione, sive etiam ante notitiam ejusdem dispensationis, non est amplius locus poenitentiae, et matrimonium est validum.

68 Sponsus, qui post obtentam dispensationem novum consensum denegat, ad omnes expensas tenetur.
Limita *ut num. seqq.*

70 Filius contrahens matrimonium, contradicente patre, potest ab illo exhaeredari.

71 Et mortaliter peccat.

COGNATIO

1 Triplex est Cognatio, Naturalis videlicet, Spiritualis, et Legalis. Cognatio *Naturalis*, sive carnalis, quae Consanguinitas dicitur, est vinculum personarum ab eodem stipite, carnali propagatione, descendentium, seu quarum una descendit ab altera. Linea Consanguinitatis duplex est, recta scilicet, et transversalis, seu collateralis. 1 2 3

Linea recta est earum personarum, quarum una procedit ab altera, quae fit descendendo a patre in filium, suosque nepotes in infinitum, aut ascendendo a filio ad patrem, a nepote ad avum, proavum, abavum, atavum, tritavum, et sic deinceps in infinitum usque ad Adam, et in hac linea impedi- 4

Digitized by Google

mentum consanguinitatis dirimit
matrimonii vinculum quoad pri-
mum gradum tam de jure humano,
5 quam divino, et naturali, quia
instinctus ipse naturalis a matri-
monio inter parentes, et liberos
abhorret propter pudorem, *L. Ado-
ptivus* 14. *verb. Unde nec vult. ff. de
rit. nupt.* = ivi = *In contrahendis
matrimoniis naturale jus, et pudor
inspiciendum est, contra pudorem
est autem filiam suam uxorem
ducere.* =

Quinimo probabilissimum est
dirimere matrimonium jure natu-
rae quoad quoscumque gradus in in-
finitum, adeout si Adam hodie vi-
veret, nullam ex universo mundo
ducere posset uxorem, quia omnes
foeminae per lineam rectam ab eo
6 descendunt, nec Eva ullum ducere
maritum, quia omnes viri per li-
neam pariter rectam sunt ab ea
descendentes, *Scot. in* 4. *dist.* 4.
§. *De secundo*, *Fagnan. in Cap.
Vir qui* 9. *num.* 25. *de Consang.,
et Affinit.*, *Reiffenstuel. in Jus Can.
lib.* 4. *Decretal. tit.* 14. *num.* 27.
Pirhing. ibid. num. 9. *Henno tom.* 2.
disput. ult. de Matrim. quaest. 3.
conclus. 2., *Rosignol. contract.* 15.
de Matrim. 11. *praenot.* 10. *sect.* 2.
num. 3. *Sporer. tom.* 3. *par.* 4.
cap. 1. *sect.* 1. *num.* 68., *Koninch.
de Sacram. disput.* 32. *num.* 16.,
Layman. Theolog. Moral. lib. 5.
tract. 10. *part.* 4. *cap.* 4. *num.* 1.,
Busemb. lib. 6. *par.* 3. *cap.* 3.
dub. 2. *num.* 4.; Et hinc est, quod
de jure gentium nuptiae in gradu
7 ascendentium, et descendentium
incestuosae dicuntur, *L. ult. ff. de
rit. nupt.* = ivi = *Jure gentium
incestum committit, qui ex gradu
ascendentium, vel descendentium
uxorem duxerit* = consonat *Text.
in Leg. Nuptiae* 53. *ff. eod.*, = ibi =
*Nuptia consistere non possunt inter
eas personas, quae in numero pa-
rentum, liberorumve sunt, sive
proximi, sive ulterioris gradus
usque ad infinitum.*

Verum, quod de jure naturae
dirimat vinculum matrimonii quoad
primum tantummodo gradum (su- 8
per quo nullibi legitur quacumque
urgente ratione, et necessitate Se-
dem Apostolicam dispensasse, ut
observant *Reiffenstuel., et Henno
loc. cit.*) non vero quoad alios,
est sententia probabilis, quam do-
cent *D. Thom. in* 4. *dist.* 40.
quaest. 1. *art.* 3., ibique *D. Bona-
vent., et Ricard. quaest.* 2., *Ro-
fensis de Matrim. Regis Angliae
pag.* 3., *Alexander de Ales. in*
2. *parte quaest.* 169., *Augustin
Triumph. in Summ. de Potest. Ec-
cles. quaest.* 53. *art.* 5. *et* 6., *Fagnan.
in Cap. Vir, qui* 9. *num.* 35. *de
Consang. et Affinit.*, *Sanch. de Ma-
trim. lib.* 7. *disput.* 51. *num.* 19.,
Felix Potestas tom. 1. *part.* 4.
num. 4042., aliique apud *La Croix
lib.* 6. *part.* 3. *num.* 608. — concors
tamen est omnium sententia saltem
jure ecclesiastico matrimonium in
linea recta infra quartum gradum 9
esse prohibitum per *Text. in Cap.
Non debet* 8. *de Consanguinit. et
Affinit.*, ut testatur *Fagnan. in d.
Cap. Vir qui* 9. *num.* 23. *eod. tit.*

Linea autem transversalis, seu
collateralis consanguinitatis est ea-
rum personarum, quarum una non 10
procedit ab altera, licet omnes pro-

cedant ab eodem stipite, prout sunt
fratres, consobrini, et hujusmodi,
et haec pariter duplex est, scilicet
aequalis, quae est habitudo inter
personas ab eodem communi stipite
aequaliter distantes, ut inter fra-
11 tres, et sorores, patrueles, et con-
sobrinas — et inaequalis, quae est
12 habitudo inter personas inaequaliter
a communi stipite distantes, ut
fratres, et filii sororis, quorum
gradus ita computantur, ut quoto
gradu distant personae a communi
stipite, toto gradu distent inter se,
itaque fratres, et sorores sunt in
primo gradu, quia *uno* tantum gradu
a patre distant: quando vero inae-
qualiter distant a communi stipite,
quoto gradu remotior distat a com-
muni stipite toto gradu distant inter
se, veluti Cajus distat a Titio *duo-
bus* gradibus, et Sejus distat ab
eodem Titio *tribus*, Cajus ergo di-
stat a Sejo in *tertio* gradu, *Cap.
fin. de Consang.*, *et Affinit.*

In hac linea sive aequali, sive
inaequali impedimentum Consangui-
nitatis de jure naturae, et divino
dirimit matrimonii vinculum quoad
primum gradum, nimirum inter
13 fratres, et sorores, excepto casu
absolutae necessitatis propagandi
14 genus humanum, ut accidit in
principio mundi inter Adae, ed
Evae filios, et filias, *Reiffenstuel.
in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.*
14. *num.* 28. *et.* 30. *Scot. in* 4.
dist. 40. *quaest. unic.*, *Gutierrez
de Matrim. cap.* 98. *num.* 20. *Sanch.
de Matrim. lib.* 7. *disput.* 52. *num.*
11., *Layman. Theol. Moral. lib.* 5.
tract. 10. *par.* 4. *cap.* 6. *num.* 3.
Rosignol. contract. 15. *de Matrim.*
11. *praenot.* 10. *sect.* 3. *num.* 2.,
et 5. — unde cavendum est ab eis,
qui scripserunt, quod Martinus v.
dispensaverit cum quodam, qui
suam germanam sororem in uxo-
rem duxerat, et hoc ad multa evi-
tanda scandala probabiliter oritura,
allegantes *D. Antonin. in* 3. *part.
tit.* 1. *cap.* 11. § 1. qui nunquam
id affirmare somniavit, sed tantum-
modo narrat praefatum Summum
Pontificem dispensasse cum quo-
dam, qui carnaliter cognoverat
quamdam mulierem, et deinde con-
traxerat, et consummaverat matri-
monium cum sorore germana eju-
sdem mulieris, cumque ille ante-
cedens fornicarius actus esset oc-
cultus, nec ille juvenis contrahens
aptus esset ad religionem, et ex
divortio, si factum fuisset, oriri
posse scandalum timeretur, Papa
habita prius collatione cum Theo-
logis, et Canonistis dispensavit in
matrimonio jam contracto non in
primo gradu consaguinitatis inter
germanum, et germanam contra
jus naturale, et divinum, sed in
primo gradu affinitatis, ut observat
*Albertin. de agnosc. assert. Catho-
lic.*, *et Haeretic. quaest.* 21. *n.* 47.

De jure vero ecclesiastico hoc
consanguinitatis impedimentum in-
ter collaterales dirimit hodie ma-
trimonium usque ad quartum gra-
dum inclusive, *d. Cap. Non debet* 15
8. *de Consanguinit. Clementin. unic.
eod. tit. Concil. Valentin. anni*
1565. *can.* 24. *D. Thom.* 3. *par.
de Sacram. quaest.* 85. *artic.* 4.,
etiam apud Graecos, Innocentius 16
iv. *Constit.* 14. incipien. = *Sub
Catholicae* = sed si alteruter con-

Digitized by Google

trahentium distet ultra quartum
17 gradum, connubium inter illos
admittitur, *Cap. Vir 9. de Consanguin.;* olim tamen hoc impedimentum extendebatur usque ad
septimum gradum, tam in linea
recta, quam in transversali, sive
aequali, sive inaequali, ut colligi-
18 tur ex Text. in *Can. Nullum 7. Can. De Consanguinit. 17. caus. 35. quaest. 3.* — Papa tamen, quamvis in primo gradu consanguinitatis, ut jam dixi, dispensare non possit, naturali, et divina prohibitione obsistente, in aliis vero gradibus ex justis causis dispensare non prohibetur, veluti inter patruum, et neptem ex fratre, necnon inter avunculum, et neptem ex sorore, quia ad hanc prohibitionem jus divinum nequaquam extenditur, ut, rejectis contrariis, solide probat *Albertin. de agnosc. assert. Cathol., et Haeretic. d. quaest. 21. num. 45. et seq.*

Cognatio *spiritualis* provenit
19 ex dispensatione Sacramenti solius Baptismi, et Confirmationis, *Cap. Veniens 6. de Cognat. Spiritual. Can. 1. caus. 30. quaest. 1., D. Thom. 4. dist. 42., et in addit. 3. par. quaest. 36. art. 1. et 2. Navar. in Manual. cap. 22. num. 36., Scot. in 4. dist. 42. quaest. 1. art. 2. conclus. 1., Sac. Concil. Trident. Sess. 24. de Reform. Matrim. cap. 2.*, non autem aliorum Sacramentorum, *Cap. Quamvis. 3. de Cognat. Spiritual. in 6.*, ejusque impedimentum solo jure ecclesiastico introductum, *Can. Vos ante omnia 103. dist. 4. de Consecrat.;*
20 dirimit matrimonii vinculum inter baptizatum, vel confirmatum, et patrinum, et matrinam, et patrem, et matrem baptizati, vel confirmati, a quibus talis cognatio contrahitur; prout etiam contrahitur a Baptizante, vel Confirmante cum baptizato, vel confirmato, et a patre, et matre baptizati, vel confirmati cum ipso Baptizante, vel Confirmante, *Sac. Concil. Trident. cap. 2. sess. 24. de Reformat. Matrim.;* haec tamen cognatio spiritualis non contrahitur in Confirmatione a patrino, qui et
ipse prius confirmatus non fuerit, 21
Sanch. de Matrim. lib. 7 disput. 60. num. 20., et habetur in *Synod. Fulginaten. ann. 1722. cap. 7. n. 28.* juxta Decretum *Sac. Congregat. Concil. in Lycien. 13. Junii 1654. lib. 19. Decretor. pag. 358.*, quod allegat *D. Archiep. Brasch. in promptuar. Synodal. cap. 22. num. 32.*, illudque per extensum prius ab eo recognitum refert doctissimus *P. Girald. in Exposit. Jur. Pontific. tom. 2. sect. 710. vers. Haesitaveram* hujus tenoris = *Paulus Russus etc. mature etc. censuit non confirmatum, si susceperit aliquem in Sacramento Confirmationis non contrahere cognationem spiritualem* = et antea notaverat *Ferrar. in sua Bibliotheca verb. Confirmatio art. 3. num. 19.* erronee ibidem a censoribus redargutus. Bene tamen verum est, quod eamdem cognationem contrahi in administratione Sacramenti Baptismatis per patrinos, etiamsi nondum Sacro Chrismate delibutos, tenet *Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 60. num. 18.*, quem refert, et se-

Digitized by Google

quitur *D. Archiep. Brasch. loc.*
mox cit. cap. 18. *n.* 29.; non vero
per conjuges, si alter eorum *in casu*
necessitatis propriam prolem e Sa-
cro Fonte levaverit, seu etiam ba-
ptizaverit, *Can. Ad limina* 7. *caus.*
30. *quaest.* 1. — secus tamen si pro-
les fuerit fornicarie suscepta, *Fa-*
gnan. in Cap. Si vir 2. *de Cognat.*
Spiritual., et fusius advertit prae-
laudatus *P. Girald. loc. citat. sect.*
703. *vers. Cum in hac. et seqq.*

Triplex est Cognatio *legalis*
videlicet Paternitas, Fraternitas et
22 Affinitas. Paternitas *legalis*, quae
23 provenit ex adoptione prius a jure
civili inventa *leg. Adoptivus* 14.
ff. de rit. nupt. et deinde per sa-
24 cros canones recepta *Cap. unic. de*
Cognat. legal. Can. 1. *Can. Per*
Adoptionem 6. *caus.* 30. *quaest.* 3.
inducit impedimentum dirimens in
linea recta inter adoptantem, et
adoptatum, et adoptati descenden-
25 tes de jure canonico usque ad
quartum gradum inclusive *Cap.*
Non debet 8. *de Consanguin. et af-*
finit., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.*
1. *tit. de Matrim. quaest.* 3. *punct.*
5. § 3. *n.* 4. *et* 5. (De jure vero
26 civili in infinitum § 1. *Instit. tit.*
de nupt. leg. Quin etiam 55. *ff.*
de rit. nupt.) semperque durat,
27 etsi adoptio per emancipationem
soluta fuerit *d. Can.* 1. *caus.* 30.
quaest. 3. *d. leg. Quin etiam* 55.
ff. de rit. nupt. D. Thom. 3. *par.*
de Sacram. quaest. 89. *artic.* 2.,
et 3., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.*
1. *tit. de Matrim. quaest.* 3. *punct.*
5. § 3. *d. n.* 5. *vers. Primo.*

Fraternitas *legalis* inducit im-
pedimentum dirimens in linea tran-
sversali, hoc est inter liberos na-
turales legitimos adoptantis, et
adoptatum tamquam fratres, et
sorores legales *Cap. unic. de Co-* 28
gnat. legal. leg. Qui in Adoptionem
23. *ff. de Adoption.* quod non sem-
per durat, sed cessat, cessante ado- 29
ptione *leg. Per Adoptionem* 17. *ff.*
de rit. nupt. d. Cap. unic. de Co-
gnat. legal. Can. Per Adoptionem
6. *caus.* 30. Filii vero, et filiae
adoptantis, et adoptati libere inter
se matrimonium contrahere possunt 30
nisi aliud eis obstet canonicum im-
pedimentum *Bonacc. loc. cit. n.* 6.
et 7.

Affinitas *legalis* dirimit vin-
culum matrimonii inter adoptan-
tem, et uxorem adoptati, et inter 31
adoptatum, et uxorem adoptan-
tis, et hoc impedimentum conti-
nuat etiam adoptione soluta *d. leg.*
Adoptivus 14. *ff. de rit. nupt.*, 32
Bonaccin. loc. cit. sub n. 5. *vers.*
Secundo.

Hinc oritur dubium an, con-
tractis sponsalibus inter cognatos
et affines in gradu, super quo Papa
dispensare solet, sponsus a fide
data recedere possit, seu potius
Apostolicam dispensationem petere,
eaque, ex justa causa, obtenta,
matrimonium contrahere teneatur.

Doctores, qui affirmativam
tuentur, ita distinguunt; aut pro-
missio facta fuit supposita dispen-
satione concedi solita et sub ejus
conditione; aut absolute nulla con-
ditione adjecta.

Si primo modo facta fuerit, tutio-
rem dicunt sententiam, quae tenet
promissionem esse validam, et obli-
gatoriam, quia quod promittitur, est

Digitized by Google

licitum, et possibile procurare, videlicet dispensationem, eaque obtenta, celebrare matrimonium in faciem Ecclesiae, ideoque talem promissionem eam obligationem inducere tradunt, ut neutri altero invito, a promis-
33 sis recedere liceat, inter quos *P. Anton. a Spiritu Sancto de Matrim. tract.* 11. *disput.* 76. *sect.* 5. *n.* 298., *Castropal. Oper. Moral. tit. de Sponsal. tract.* 28. *disput.* 1. *punct.* 16. *n.* 10., *Koninch. de Matrim. disput.* 29. *dub.* 2. *n.* 34. ubi adducit paritatem, seu exemplum resignationis beneficii cum pensione, quae sine conditione Beneplaciti Apostolici est invalida, sed hac conditione accedente, est valida, et licita, nec dicitur im-
34 possibilis, quia Papa illud concedere solet *Ricc. in prax. par.* 5. *prax. libert. Matrimon. resol.* 5. *Sanch. de Matrim. lib.* 5. *disput.* 5. *n.* 12. Eamdemque sententiam veriorem credit *Card. de Lug. de Just. et Jur. disput.* 12. *sect.* 4. *n.* 53. § *Verior.*, et conferunt animadversa per *Spad. cons.* 206. *n.* 6. *et seqq.*, *lib.* 2., *Franch. dec.* 677. *n.* 7., *Card. de Luc. de Dot. disc.* 23. *n.* 3. *et disc.* 24. *n.* 10., *et disc.* 143. *n.* 21., *et disc.* 211. *n.* 9. *et seqq.*

Si vero promissum fuit matrimonium absolute, non expressa conditione, *si Papa dispensaverit*, ita subdistinguunt; aut impedimentum contrahentibus ignotum erat, aut notum; si primum, pro-
35 missio juxta nonnullorum sententiam est nulla; si vero impedimen-
36 tum contrahentibus cognitum erat, promissio est valida, et obligatoria, uti facta sub tacita conditione Apostolicae dispensationis, et secum fert onus expectandi eventum conditionis, quin interim alteri ex contrahentibus licitum sit a contractu recedere, ut de tutiori opinione testatur *Card. de Lug. de Just. et Jur. disput.* 12. *sect.* 4. *num.* 54., maxime si post promissionem a promissore procuretur dispensatio, vel
jam fuerit obtenta, quia tunc hanc 37
conditionem praecessisse praesumi- 38
tur, nam actus sequens censetur 39
factus in executionem praecedentis tractatus argumento *Tex. in L. Is qui* 4. § *Unde quaeri ff. de Manumiss. Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesump.* 49. *n.* 2., et actus paulo post subsequens ostendit quid prius inter partes factum, vel tractatum
fuerit, *Altograd. cons.* 5. *num.* 27. 40
lib. 1. in puncto *Tancred. de Matrim. lib.* 5. *de consensu conditionato quaest.* 2., cui adhaeret *Sanch. de Matrim. lib.* 5. *disput.* 5. *n.* 27. nec potest interim alter altero invito a promissione recedere eadem tacita conditione pendente, prout recedere non posset pendente con-
ditione expressa *Sanch. loc. cit.* 41
disput. 6. *n.* 8.

Nec obstare contendunt, quod talis promissio valida non sit, nec obligatoria, nisi constet de renovatione consensus post expeditionem dispensationis; hanc enim consen-
sus renovationem necessariam non 42
esse opinantur, quia contrahentes sub ea conditione, *si Pontifex dispensaverit*, non contrahunt *pro nunc*, sed *pro tunc*, nempe pro tempore advenientis dispensationis: ea est autem conditionis natura,

Digitized by Google

ut interim actus non sit obligatorius, nisi conditionate, et suspendat absolutam obligationem in tempus supervenientis dispensationis, qua adveniente, tunc erunt spon-
43 salia absolute obligatoria absque novo consensu, ad tradita in his terminis per *Pont. de Matrim. lib.* 3. *de consensu conditionato cap.* 14. *num.* 16., *et cap.* 15. *num.* 6. *et lib.* 12. *cap.* 7. *num.* 1., *Sanch. de Matrim. lib.* 5. *disput.* 8. *num.* 11., *Castropal. Opera Moral. tit. de Sponsal. disput.* 1. *punct.* 16. *num.* 11., *Koninch. de Juram. disput.* 29. *num.* 21.

Hinc inferunt, quod Doctores contrarium tenentes non bene distinguunt a matrimonio sponsalia. Licet enim ad validitatem matrimonii requiratur iste novus consensus, quia sic provisum fuit *per Reformationem Tridentinam*, quae vult non esse validum matrimo-
44 nium, nisi praestito coram Parocho, duobusque testibus per contrahentes consensu *sess.* 24. *cap.* 1. *de Reformat. Matrim.*: secus tamen est in sponsalibus contractis sub conditione *si Papa dispenset*, cum nullibi videatur dispositum, quod
45 ad eorum validitatem, purificata conditione, novus requiratur consensus, ut, rejecta contraria opinione quam inter alios tenuit *Ricc. in prax. dec.* 248. *et Rot. coram Seraphin. dec.* 1156. *n.* 4., cum hac distinctione loquitur *Pont. de Matrim. lib.* 12. *de Sponsal. num.* 1. *circ. med.*

Et quatenus necessaria foret ad valorem sponsalium renovatio
46 consensus, illum satis renovatum esse supponunt statim ac, porrecta Summo Pontifici supplicatione pro dispensatione, contrahentes scientiam habuerint signaturae ejusdem supplicationis, consensus enim tunc renovatus censetur, et etiam non expectata Bullae expeditione suum operatur effectum, quia supplicatio manu Papae signata habet vim scripturae plusquam publicae *Cas-* 47
sad. dec. 8. *de restit. Spoliat. numer.* 3. 4. 8. *et* 9., *Mandos. quaest.* 10. *num.* 2. *et* 3., *Garz. de Benefic. par.* 4. *cap.* 2. *n.* 10. *et seqq. Corrad. in prax. dispensat. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 39. qui omnes conveniunt, quod Gratia non oritur a Bullae expeditione, sed in signatura sup- 48
plicationis perficitur, ut etiam tradit *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *disput.* 29. *n.* 9. aliisque relatis *Soccin. cons.* 41. *n.* 3. *vol.* 3., *Ludovic. Gomez. quaest.* 6. *par.* 1., *Molin. lib.* 2. *de Primogenit. cap.* 7. *num.* 56. *alter Molin. tom.* 3. *Inst. dispensat.* 399. *num.* 1., *Gonzalez ad reg.* 8. *Cancell. glos.* 12. *num.* 45., *et glos.* 15. § 2. *num.* 32., *Tamburin. de Jur. Abbat. tom.* 1. *disput.* 16. *quaest.* 2. *n* 1. *et. seqq. Rot. dec.* 306. *part.* 3. *divers. et in Asculana Beneficii*, *seu Abbatiae* 9. *Aprilis* 1669. § *At non omnia cor. Ansald.* — secuta vero dispensatione, consensum negari non posse docent *Sanch. de Matrim. lib.* 5. 49
disput. 5. *num.* 12. *et seqq.*, *Covarruv. de Sponsal. par.* 2. *cap.* 3. *in princ. n.* 7. *et seqq.* pluribusque concordantibus relatis *P. Anton. a Spiritu Sancto in Director. tit. de Matrim. tract.* 11. *disput.* 6. *sect.* 1. *n.* 293.

Si vero obtenta fuerit dispensatio, eaque praesentata coram Ordinario, et reportatum decretum de exequendo, multo minus post hujusmodi actus expressam consensus renovationem requiri tuentur, quia ex illis novus consensus novorum sponsalium inductivus resultet, ut inter alios scripsit *Card. de Luc. de Dot. d. disc.* 79. *n.* 9. *vers. Replicabam.*
50

51 Quoad *Text. in Cap Ex litteris* 8. *de Cognat. Spiritual.* respondet nullum obicem facere quia tempore Gregorii ix. auctoris ejusdem textus non erant in usu Apostolicae Dispensationes Matrimoniales, de quibus in *Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. *de reformat*, ideoque praelaudatus Pontifex recte definivit, non posse matrimonium contrahere, qui mulierem Martam affidaverat, eamque carnaliter cognoverat, cum matrimonium esse non posset inter conjunctos, ita ut promissio non valeret, tamquam impossibilis, et prohibita, ut sonat litera textus = ibi = *Excipiendo proposuit, quod eam habere non poterat in uxorem pro eo; quod ipsum pater mulieris ejusdem, qui Sacerdos extitit, baptizavit* = Ratio igitur textus stetit in eo, quod non poterat vir mulierem stupratam habere in uxorem ob impedimentum cognationis, super quo dispensatio tunc non erat in usu,

52 ideoque impossibilis, ut notant Canonistae super eodem textu, et praecaeteris *Hostiens. n.* 5. *in fin.*, *Jo. Andr. n.* 5., *Fagnan. n.* 6, *et seqq.*, et signanter *num.* 16., ubi tractat de dispensatione, quae super cognatione spirituali postea concedi cousuevit.

Porro conveniunt, quod contractis inter conjunctos sponsalibus sub saepedicta conditione, *si Papa dispenset*, vir teneatur eamdem procurare dispensationem *Ledesm.* 53
de Matrim. quaest. 47. *art.* 5. *dub.* 2., *Azzor. Instit. Moral. tom.* 3. *par.* 3. *lib.* 5. *cap.* 5. *diffic.* 14. Quando enim promittitur matrimonium inter prohibitos, semper promissio intelligitur facta modo licito, et sic mediantibus omnibus illis praeambulis, sine quibus matrimonium contrahi non potest *Pas-* 54
serin. de elect. cap. 25. *sub n.* 340. *vers. Sed etsi*, *Soot. in* 4. *Sentent. dist.* 29. *quaest.* 2. *art.* 1. *vers. Revera fateor*, *Tabien. in Summ. verb. Sponsalia n.* 9. *vers. Sed quaeritur*, *et vers. Ad secundum*, *Mantic. de tacit. lib.* 3. *tit.* 16. *n.* 26. *et seqq.*, *et lib.* 12. *tit.* 13. *n.* 18., *Balducc. ad Ramon. tom.* 4. *decis.* 78 *n.* 27, *Altograd. Controv. Foren. Controv.* 70. *n. fin.*, *Rot. dec.* 68. *n.* 23. *cor. Ansald.*, *et dec.* 310. *n.* 22. *par.* 18. *rec. et in Melevitana Beneficiorum* 10. *Junii* 1712. §. *Nec dicatur*, *et seqq.*, *cor. Aldrovand.*, et generaliter qui promittit finem, is etiam censetur promittere media, sine quibus finis obtineri nequit, quique ex aliqua conventione obligatur ad faciendum, obligatur 55
etiam ad curandum, ut actus non sit invalidus *Navarr. cons.* 5. *de Consanguinit. et Affinit. lib.* 4. *num.* 7. 9. *Ricc. in prax. part.* 5. *tit. prax. libert. matrim. resol.* 1. *versic. Contrarium*, et consequenter sponsus qui matrimonium

Digitized by Google

56 promisit, ne actus corruat, tenetur petere dispensationem, quan-
57 do adest impedimentum, et propriis quidem expensis, potissimum si copula intercesserit, nam stuprator ad omnes expensas, damna, et in-
58 teresse tenetur, et in praecisis terminis probat in *cons.* 5. *Navarr. loc. cit. d. n.* 7. = ibi = *Cum autem teneatur dictus juvenis eamdem ducere, utique tenetur necessariam dispensationem pro posse obtinere, nam, ut singulariter inquit Jason, qui ex Statuto tenetur aliquid facere, tenetur facere ut actus valeat etc., non videtur dubium, quin juvenis, qui tenetur eam ducere, teneatur etiam procurare dispensationem ad hoc necessariam etc. hoc autem totum debet dictus juvenis suis expensis procurare* = et deinde *num.* 9. = ibi = *Arbitror partes Rever.*mi *Episcopi esse declarare quidem nullum extare matrimonium inter praefatum juvenem, et praefatam puellam etc. teneri autem eum ad contrahendum Matrimonium cum illa, si SS.*mo *D. N. placuerit dispensare super praefato impedimento consanguinitatis gradus secundi, tenerique ad procurandam dispensationem, et ad acceptandum etc.* =

Tandem ad probandam etiam praxim Tribunalium cogendi stupratorem tum ad contrahendum matrimonium cum stuprata sibi sanguine conjuncta, obtenta dispen-
59 satione, tum ad ipsam dispensationem procurandam, allegare solent Resolutionem Tribunalis A. C., qui *in Hydruntina Stupri die* 9. *Februarii* 1719. decrevit *Clericum Joannem Donatum Mescia teneri, et obligatum esse ad contrahendum matrimonium cum Catharina Affrime, obtenta prius Apostolica dispensatione, et quatenus intra terminum bene visum non contraxerit cum illa, procedendum esse ad paenas legitimas, salvo jure ejusdem Catharinae pro praetensa dote.*

His tamen juribus, fundamentis et auctoritatibus non obstantibus, contraria invaluit sententia, quae firmat nulla esse sponsalia, quae tempore, quo fuerunt inita, stante impedimento, subsistere non poterant, nec superveniente dispensatione convalidari, etiamsi contracta fuerint sub expressa condi- 60
tione, *si Papa dispensaverit* — Jus enim perpetuo prohibet similia sponsalia, et propterea sub conditione contrahi nequeunt, quia Papa concedendo deinde dispensationem, dat tantummodo contrahendi facultatem, non autem validat actum, nec approbat, aut ratificat, quod illicite, et invalide gestum est, unde stante gradu prohibito, cum 61
deficiat materia, et forma, obtenta propterea dispensatione, eaque ordinario pro executione praesentata, necesse est, ut novus interveniat consensus *Scot. in* 4. *dist.* 29. *quaest.* 62
2. *art.* 1., *Covarruv. in Epitom. ad* 4. *Decretal. par.* 2. *tit. de Matrim. cap.* 3. *num.* 7., *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit.* de *Matrim. num.* 55., quam sententiam amplexa est, et constantissime tenuit, et tenet *Sac. Rota Romana*, et signanter *dec.* 201. *n.* 3. et 4. *coram Mantic.* = ibi = *Similiter non obstat, quod*

si matrimonium sit contractum sub
beneplacito Summi Pontifici, ante
beneplacitum quilibet ex contra-
hentibus possit dissentire etc. quia
cum matrimonium inter prohibitos
non possit absque dispensatione Ro-
mani Pontificis consistere, legiti-
mum dici non potest antequam di-
spensatio sequatur etc., et ideo post
obtentam dispensationem, novus con-
63 *sensus requiritur* = et pariter *dec.*
203. num. 7. coram Buratt. = ibi =
Novus consensus praestandus est in
64 *executione dispensationis facienda*
ab ipso executore = et similiter
dec. 605. num. 2. par. 1. divers.,
et dec. 1156. n. 4. coram Seraphin.,
et dec. 778. n. 4. et seqq. par. 3.,
et dec. 603. n. 20. 21. 40. 43. 44.
45. 57. par. 5. tom. 2., et dec. 107.
num. 21. par. 8. recent. = ibi =
Respondetur, quod novus consensus
praestandus est in executione di-
spensationis facienda ab ipso exe-
cutore, non accedente etiam, quod
fuerit obtenta dispensatio, cum in-
terim sit locus poenitentiae = et
65 post mea *Vota de Sponsal. filiorum-*
fam. dec. 15. ibique *adden. sub*
n. 12. et seq , et dec. 40. num. 12.
et seqq., ubi notatur etiam quod
cognatio spiritualis magis est re-
66 verenda, magisque impedit matri-
monium quam cognatio carnalis,
et *dec. 41. sub n. 8. et seqq.,* et
dixit etiam *Fagnan. in d. Cap. Ex*
literis 8. n. 14. de Cognat. Spiri-
tual. Quamvis mulieris stuprum
intercesserit *Rot. in Oriolen. Spon-*
salium 26. Februarii 1755. § Deficit
quoque et seqq., cor. Card. Buss.,
et in Nebien. Sponsalium 28. Junii
1756. coram R. P. D. Canilliac.

Si tamen novus consensus prae-
stitus fuerit post obtentam dispen-
sationem, sed ante illius praesen-
tationem pro executione, imo et
ante notitiam ejusdem dispensatio-
nis, non est amplius locus poeni-
tentiae, et matrimonium est vali- 67
dum, *Rot. dec. 166. num. 10. par. 1,*
et dec. 280. n. 5. par. 2. Rec.

Si vero, obtenta dispensatione,
alter ex contrahentibus novum con-
sensum praestare noluerit, is ad
omnes expensas tenetur, *Rot. dec.* 68
382. n. 8. et 9. par. 4. tom. 2. Rec.:
— multoque magis, si pro petenda
dispensatione consensum dederit,
et post illius impetrationem ipsum
poenituerit, quamvis enim, ex jam
dictis, ante dispensationis executio-
nem id facere possit, cum tamen
hoc faciat cum damno alterius con-
trahentis, huic hujusmodi damnum
reficere debet; *Sanch. de Matrim.*
lib. 5. disput. 5. n. 34. et lib. 8.
disp. 36. num. 6.

Ab hoc tamen onere eximen-
dus mihi videtur filiusfamilias, si 69
inscio patre, similia sponsalia con-
traxerit, quatenus adsit statutum
prohibens, quod ipse ex nullo con-
tractu sine consensu patris obligare
se valeat, tunc enim quamvis ex-
presse promiserit se velle praedictis
succumbere expensis, nihilominus
ad id cogi nequit, quia similis statu-
taria prohibitio quamcumque obli-
gationem, seu promissionem, om-
nesque casus excludere dixit *Rot.*
in Romana Dotis 26. Junii 1709.
§ Nec obstare cor. Card. Priolo.

Si vero statutum filiisfamilias
prohiberet etiam contrahere nuptias
sine consensu patris sub expressa

Digitized by Google

poena exhaeredationis, non solum ad praedictas expensas non tenetur, sed quamvis, obtenta dispensatione, paratus sit renovare consensum, adhuc, ex justis causis contradicente patre, illi obedire debet tum propter jacturam boni temporalis, quia, si matrimonium contrahat, a patre
70 potest exhaeredari absque ulla laesione libertatis matrimonii, *Surd. dec.* 30. *num.* 27. *et seqq.*, *Rot. cor. Cavaler. dec.* 447. *num.* 5., *et cor. Seraphin dec.* 1258. *num.* 2. *et seq. et in Constantien. Sponsalium* 26. *Junii* 1748. § *Accedit cor. Eminentiss. Elephantutio, et in Caesaraugustana Sponsalium* 29. *Martii* 1754. § *Nil opitulante coram R. P. D. Vicecomite* = ibi = *Quandoquidem cum Joseph pater per hanc exhaeredationem matrimonium filio simpliciter non prohibuerit, nec eumdem coegerit ad hanc, vel illam mulierem in uxorem ducendam, sed unice filium retrahere curavit ab effectuatione sponsalium, quae, ipso reclamante, cum persona sibi invisa contraxerat, libera coeteroquin relicta filio facultate quamlibet sibi benevisam ducendi uxorem, in hisce circumstantiis, nec libertas matrimonii impedita, nec
71 ulla violentia filio illata dici potest* =: tum propter jacturam boni spiritualis, et animae, quia, invito patre matrimonium contrahens, lethale peccatum committit; *Cap.* 1. *de Dispensat. impub.*, *Navarr. in Manual. cap.* 14. *num.* 15, *Rot. coram Kaunitz decis.* 77. *num.* 4., relat. post mea *Vot. De Sponsal. Filiorumfam. decis.* 5., *et in Calaritana, seu Arboren.* 15. *Maii* 1767. § *Gravior cor. R. P. D. Veri* = ibi = *Unde receptum est, immunes a lethali culpa non esse filios, qui in gravissimo matrimonii negocio paternae resistunt voluntati, et propterea posse eos ex patris dissensu recte a Sponsalibus recedere.* =

CAP. VI.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum. ob impedimentum Criminis.

SUMMARIUM.

1 Impedimentum Criminis inductum est a jure ecclesiastico non autem naturali, vel divino.
2 Alias David Bethsabeam non duxisset.
3 Hujusmodi Crimen quomodo committatur.
4 Quotuplex sit.
5 Impedimentum Criminis inducit solum homicidium conjugis, si in illud alter conjux, et amasius, vel amasia simul concurrant.
6 Et mors cum effectu sequatur.
7 Simulque mortis machinatio, si, non cum alia intentione quam contrahendi inter se matrimonium, facta fuerit.
8 Idem impedimentum inducit homicidium conjugis una cum adulterio.
9 Quamvis, uterque adulterii complex, in eamdem mortem non concurrat.

Digitized by Google

10 Sed sufficit, quod alter eorum, altero etiam inscio, homicidium committat.

11 Cum intentione tamen contrahendi matrimonium cum altero.

12 Si alio fine commissum fuerit, cessat impedimentum dirimens.

13 Et est tantum impedimentum impediens.

14 Requiritur etiam, ut mors sequatur, cujus causa sit unus ex complicibus adulterii.

15 Alias impedimentum non incurritur.

16 Sola ratihabitio necis, ab alio factae, hoc non inducit impedimentum.

17 Incurritur quoque impedimentum dirimens, si concurrat copula cum sorore, vel nepte, seu filia adulterae.

18 Impedimentum Criminis inducit etiam adulterium solum cum promissione matrimonii de futuro post mortem naturalem alterius conjugis ineundi.

19 Sive promissio praecedat, aut subsequatur adulterium.

20 Sive fuerit jurata, seu nuda, vel ficta.

21 Sive reciproca, aut ab uno tantum emissa, et ab altero tacendo acceptata.

22 Dummodo acceptata fuerit ante, non vero post mortem conjugis.

23 Et adulterii complex sciat alterum esse conjugatum.

24 Ac adulterium sit perfectum, et consummatum.

25 Nec ante copulam a promissione recesserint.

26 Solum adulterium hoc impedimentum dirimens non inducit.

27 Sed illud inducit adulterium cum matrimonio contracto cum alio, licet non consummato, quando alter conjux adhuc vivet.

28 Et durat etiam post expletam a conjuge delinquente poenam.

29 Modo primum matrimonium fuerit validum.

30 Et uterque contrahens sit conscius de matrimonio consistente alterius.

31 Secus hac scientia in uno ex contrahentibus deficiente.

32 Et iste de conjugio anteriori certior factus cum altero maritaliter vivere non continuaverit.

33 Ex solo adulterio cum subsequenti matrimonio post obitum conjugis inter adulteros contracto, non praesumitur inter eos praecessisse fidem de matrimonio ineundo post mortem naturalem praedicti conjugis.

34 Neque ad dirimendum matrimonium jam contractum ipsis adulteris id affirmantibus est adhibenda fides.

35 Neque id probant testes singulares, aut plures contestes, si sint viles, et non omni exceptione majores.

36 Ad dirimendum matrimonium jam contractum plenissima impedimenti probatio requiritur.

37 Ad impediendum matrimonium contrahendum levis probatio impedimenti sufficit. Confessio conjugum de impedimento dirimente emissa ante matrimo-

Digitized by Google

nium deinde secutum satis non est ad illud dissolvendum, *et num.* 39. *et* 43.

38 Rotae decisiones non sunt attendendae circa ea, quae, praeter causae necessitatem, tangunt.

40 Confessio conjugum de impedimento dirimente non attenditur tum ob periculum collusionis,

41 Tum quia nemo potest esse testis in causa propria,

42 Tum ob praejudicium inde obveniens proli, aliisque matrimonii bonis.

CRIMEN.

Crimen, quod matrimonii
1 vinculum dissolvit, non inductum jure naturae vel divino, alias David
2 post adulterium, occiso Uria, Bethsabeam ejus viduam in uxorem non duxisset, neque ducere potuisset, sed tantum jure ecclesiastico *Can. Si quis vivente* 5. *caus.* 31. *quaest.* 1. *cap.* 1. *Cap. Significavit* 2. *Cap. Super hoc* 3. *Cap. Cum haberet* 5. *Cap. Significasti* 6. *Cap. Veniens* 7. *Cap. Si quis* 8. *de eo, qui dux. in matrim.* committitur ab eo conjuge, qui, vivente altero
3 conjuge, cum alio matrimonii nexu se conjungere audet, seu ante mortem naturalem, vel violentam alterius conjugis promittit, ea secuta modis, de quibus infra, cum alio contrahere matrimonium sive accedat, sive aliquando cum homicidio conjugis mutuo consensu contrahere volentium commisso non concurrat adulterium.

Hoc igitur impedimentum quadruplex est, videlicet 1. Solum homicidium, quod proprie *Mariticidium*, 4
et respective *Uxoricidium* nuncupatur. 2. Homicidium cum adulterio. 3. Adulterium solum cum promissione futuri matrimonii. 4. Adulterium solum cum poligamia, hoc est cum matrimonio contracto cum alio, consistente priori matrimonio legitime jam contracto cum proprio conjuge.

Solum homicidium conjugis matrimonii vinculum dissolvit, seu irritum, invalidumque reddit, modo non unus tantum, sed tam alter conjux, quam ejus amasius, vel amasia inter se post mortem alterius conjugis contrahere volentes, moraliter, vel physice, et cum reciproco consensu ad illius homici- 5
dium concurrant, argumento *Text. in cap.* 1. *de Convers. infidel. cap.* 3. *Cap.* 7. *de eo, qui dux. in matrim. D. Thom.* 3. *par. de Sacrament. quaest.* 91. *art.* 4. — sed non sufficit haec sola eorum machinatio, nisi mors quoque violenta cum effectu 6
sequatur *d. Can. Si quis vivente* 5. *caus.* 31. *quaest.* 1. *d. cap.* 1. *de convers. infidel.* — nec pariter sufficit talis eorum conspiratio in mortem conjugis innocentis, et mortis machinatio, si facta non fuerit cum intentione contrahendi inter se matrimonium illius morte secuta, sed ex odio, vel vindicta, aut alio 7
diverso fine *d. cap.* 1. *de Convers. infidel, et Can. Si quis vivente* 5. ibique *gloss. verb. Occidisse caus.* 31. *quaest.* 1. = ibi = *Occidisse hoc ipso, ut conjugerentur, aliud si casu, quia forte inimici sunt,*

Digitized by Google

*vel ex alia causa, tunc ducere po-
terit uxorem ejus.* —

*Homicidium Conjugis cum a-
dulterio* est impedimentum diri-
8 mens, si tam maritus, qui commisso
adulterio suam uxorem occiderit,
vel eidem venenum propinaverit,
ex quo uxor obierit, ut cum adul-
tera deinde matrimonium contra-
here posset, quam uxor quae com-
misso adulterio pariter viri mortem
gladio, seu veneno ad eumdem ef-
fectum procuraverit, seu alio modo
unus, vel alter alteri necem ad
hunc finem intulerit, tunc enim
praemeditatum matrimonium ab
adultero viro cum adultera, vel
ab adultera uxore cum adultero
celebrari non potest, et celebratum
est nullum *d. Can. Si quis vivente
5. caus.* 31. *quaest.* 1. *Cap. Super
hoc* 3. *De eo, qui dux. in matrim.
quam poll. per adulter., Navarr.
in Manual. cap.* 22. *n.* 46. — etiamsi
ambo adulterii complices in eam-
9 dem mortem una simul non con-
currant, sufficit enim, quod unus
eorum, altero etiam inscio, cum
10 praedicta intentione homicidium
committat *Can. Si quis vivente 5.
caus.* 31. *quaest.* 1. — ibi — *Nisi
forte idem vir, aut mulier* — et
consonat *Text. in Cap. Significasti
6. De eo qui dux. in Matrim.* — ibi —
*Nisi alter eorum in mortem uxoris
defunctae fuerit machinatus* —
quae intentio omnino requiritur
11 *d. Can. Si quis vivente* 5. ibique
gloss. verb. Occidisse caus. 31.
quaest. 1. *cap.* 1. *de Convers. infidel.
Cap. Super hoc* 3. *Cap. Significasti
6. De eo, qui dux., Boemer. ad
lib.* 4. *Decretal. tit.* 7. § 4. Si enim
commissum fuerit alio fine, vel alia
causa, veluti ut adulter occidens
liberius libidini vacare posset, im- 12
pedimentum dirimens non induce-
ret juxta doctrinam *D. Thom. in* 4.
sentent. dist. 38. *quaest.* 1. *art.* 2.
quam communiter sequuntur *Sanch.
de Matrim. lib.* 7. *disput.* 78. *n.* 13.,
*Pirhing. in Jus Can. tit. De eo,
qui dux. in matrim.* § 3. *n.* 25.,
Salmaticens. in Curs. Moral. tom. 2.
tract. 9. *cap.* 12. *n.* 53. cum aliis
penes *Rot. dec.* 316. *n.* 28. *et seqq.
par.* 5. *rec.* itaque sensit *Sac. Con-
gregat. Concil. in Ulixbonen.* 28.
Septembris 1726. sed tamen indu-
ceret impedimentum impediens ma- 13
trimonium contrahendum *D. Thom.
in* 4. *Sententiarum dist.* 38. *quaest.*
1. *art.* 2. — ibi — *Uxoricidium ex
statuto Ecclesiae matrimonium im-
pedit, sed quandoque impedit con-
trahendum, et non contractum,
quando scilicet vir propter adul-
terium, aut propter odium occidit
uxorem* — et declaravit *Rot. loc.
mox cit. n.* 29.

Praeterea, ut hoc impedimen-
tum dirimens oriatur, et homici-
dii causa physica vel moralis sit
unus tantum ex complicibus adul-
terii, requiritur ut mors in effectu
sequatur, per solam enim machi- 14
nationem impedimentum non in-
curritur, quatenus mors non suc- 15
cedat, argumento *Text. in d. Can.
Si quis vivente 5. Caus.* 31. *quaest.*
1. *cap.* 1. *de Convers. infidel.*

Si vero conjux innocens occi-
sus fuerit ab alio, quam ab uno,
vel altero adulterii complice, et
sine illorum mandato, seu consen-
su, sed tamen occisione secuta

Digitized by Google

illam approbaverint, haec sola ratihabitio necis ab alio jam perpetratae ad inducendum hoc dirimens impedimentum non sufficiat *d. Can.*
16 *Si quis vivente* 5. ibique *gloss. verb. Occidisse in fin. caus.* 31. *quaest.* 1. *Cap. Significasti* 6. *De eo, qui dux. in matrim. cap.* 1. *de Convers. infidel.*

Nec solum impedimentum dirimens incurritur in casu, quo cum adulterio concurrat machinatio in necem conjugis innocentis, sed etiam
17 si concurrat copula cum sorore, vel nepte, seu filia adulterae *Rot. dec.* 264. *n.* 24. *par.* 5. *tom.* 1. *rec.* propter affinitatem, de qua *in seq. cap.* 13.

Ethnicus autem, qui propriam occisit uxorem, animo, et intentione desponsandi deinde suam adulteram pariter infidelem, si postea cum adultera baptizetur, non sit inhabilis ad contrahendum cum ipsa legitime matrimonium, ei quippe non obstat impedimentum criminis; cum enim tam adulter, quam adultera tempore patrati delicti tamquam infideles essent extra Ecclesiam, neuter proinde tunc erat Ecclesiae legibus obstrictus, ideoque simile impedimentum ab illis contrahi non potuit *Sanch. de matrim. lib.* 7. *disput.* 78. *num.* 3. *et* 4.

Adulterium solum cum promissione matrimonii de futuro,
18 absque homicidio, tunc matrimonii deinde contracti vinculum dissolvit, cum conjux adulter, et adulterii complex ante, vel post adulterium ab ipsis commissum sibi invicem promittunt contrahere matrimonium post mortem naturalem alterius conjugis, etiamsi videlicet in eam ipsi non cospiraverint *Can. Relatum* 4. *caus.* 31. *quaest.* 1. *Cap.* 1. *Cap. Ex literarum* 4. *Cap. Significasti* 6. *Cap. Veniens* 7. *De eo, qui dux. in matrim., Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 3. *punct.* 6. *num.* 8. *vers.*
Tertium, et num. seq., sive pro- 19
missio, ut dixi, praecedat, aut subsequatur adulterium *Cap. Si quis* 8. *De eo, qui dux. in matrim.*, sive fuerit jurata, seu nuda, vel ficta
Gonzal. ad lib. 4. *Decretal. tit.* 7. 20
cap. 8., sive reciproca, aut ab uno tantum emissa, et ab altero tacendo
acceptata *Pont. de Matrim. lib.* 7. 21
cap. 45.

Quae tamen acceptatio, ut dirimens inducat impedimentum, requiritur — primo ut facta sit in vita, non vero post mortem conjugis
innocentis *Cap. Significasti* 6. *Cap.* 22
Veniens 7. *Cap. Si quis* 8. *De eo, qui dux. in matrim.* — secundo, quod adulterii complex dum acceptat,
sciat alterum esse conjugatum *Cap.* 23
1. *De eo, qui dux. in matrim.* — tertio, quod adulterium sit per-
fectum et consummatum *Gloss. in* 24
d. Cap. Si quis. 8. *verb. Cognovit* ibique *Jo. Andr. n.* 4., *Abb. n.* 6. *Barbos. n.* 4. *De eo, qui dux. in matrim.*—quarto demum, quod ante copulam ambo ab hujusmodi pro-
missione non recesserint *Trullench.* 25
de Matrim. disput. 11. *dub.* 6.

Seclusa tamen machinatione, et fide futuri conjugii, solum praecedens adulterium impedimentum
dirimens non inducit *Cap. fin. de* 26
eo, qui dux. in matrim., Gonzal.

Digitized by Google

ad lib. 4. Decretal. loc. cit., Rot. dec. 201. n. 23. par. 5. tom. 1., et dec. 430. n. 81. par. 5. tom. 2. rec. et declaravit. sac. mem. Benedictus xiv. *in Constit.* incipien. = *Redditae* = § 12. in ordine *Constit.* 113. *tom. 1. ejus Bullar.*

Adulterium solum cum poligamia est impedimentum dirimens
27 matrimonii vinculum, quando vir post initum valide matrimonium etiamsi tantummodo ratum, vivente uxore, cum alia muliere — vel uxor, vivente marito, cum alio viro matrimonium per verba de praesenti contrahere audent, veluti si *Franciscus* Neapoli valide, et licite nupserit *Domitillae*, et deinde Florentiam sine uxore profectus, probato per falsos testes statu libero, nupserit *Apolloniae* (quo casu hoc secundum matrimonium ob impedimentum *Ligaminis*, de quo infra *Cap. 10. hujus lib. 1.* est nullum, et omne subsequens carnale commercium inter hos infelices contrahentes habitum est adulterium) non potest post obitum *Domitillae* praedictam *Apolloniam*, cum qua secundum matrimonium licet nulliter, ut supra, contraxit et consummavit, iterum desponsare, et si desponsaverit, matrimonium eadem nullitate laborat, quia propter crimen adulterii, quod antea, vivente *Domitilla*, ducendo *Apolloniam*, eamque carnaliter cognoscendo commisit, perpetuo inhabilis evasit ad eidem *Apolloniae* nubendum *Cap. 1. Cap. Cum haberet 5. Cap. Si quis 8. De eo, qui dux. in matrim. Cap. Accepisti 2. de Spons. duorum* et recte advertit *D. Canonic. Honorante in prax. Secretar. Urb. Vicar. cap. 28. § 3. vers. Quartum* ita ut illam ducere nequeat nec etiam post expletam poenam triremium, si in illam fuerit condemnatus, ut respondit *Sac. Congregat.* 28
Concil. in una S. Severini 19. Julii 1704.

Declara tamen hoc procedere, si matrimonium prius cum *Domitilla* contractum, fuerit validum 29
Cap. Significavit 2. De eo, qui dux. in matrim., et si uterque contrahens sit conscius de matrimonio 30
consistente alterius *d. Cap. 1. Cap. Veniens 7. Cap. ult. eod. tit.*, qua scientia in uno ex contrahentibus deficiente, si alter conscius post obitum conjugis opponeret ob hoc impedimentum non subsistere matrimonium, non esset audiendus, sed cogendus ad servandum matri- 31
monium jam initum *d. Cap. 1. De eo, qui dux. in matrim.*, quatenus conjux, ut dixi, jam obiisset, nam si adhuc viveret, et post matrimonium bona fide contractum alter adulter de alterius anteriori conjugio certior factus, cum eodem nihilominus maritaliter vivere continuasset, tunc ipse quoque hoc 32
impedimentum incurreret, ut distinguit *Reverendiss. P. Ubaldus Giraldi ad Thesaur. de poen. Eccles. par. 2. verb. Adulterium cap. 1. vers. Nota quod, et in exposit. Jur. Pontific. par. 1. tom. 2. sect. 692.*

An autem ex solo adulterio cum subsequenti matrimonio post obitum conjugis contracto inter adulteros etiam cum prolis susceptione praesumatur, data praecedenter inter eosdem adulteros fides

de matrimonio contrahendo in casu
obitus naturalis ejusdem conjugis,
33 est dubium, quod alias negative in
contradictorio judicio resolvit *Rot.*
decis. 64. in collect. Farinacc. de
contr., et crimin., ubi etiam addit,
quod ad dirimendum matrimonium
jam contractum, ut supra, inter
adulteros, non sufficit eorumdem
34 confessio, qui concorditer affirment
reciprocam inter se fidei praecessisse
dationem in casu obitus conjugis,
eoque secuto, cum subsequenti matrimonio
illam adimplevisse, quinimo
hanc conventionem nec etiam
per plures testes singulares, aut
per plures contestes, sed viles, et
35 non omni exceptione majores remanere
probatam subjungit.

Quando enim agitur de matrimonio,
jam contracto, dirimendo ple-
36 nissima impedimenti probatio requiritur,
et quamvis cum agitur de
impediendo matrimonio, nondum
contracto, levis probatio sufficiat,
et ipsa confessio sponsorum sufficere
posset, adhuc si matrimonium fuerit
deinde contractum, talis eorum confessio
etiam ante matrimonium emis-
37 sa, ad illud dissolvendum, utpote
praesumibilis collusiva, non sufficit,
non obstante, quod *Rot. coram Pen.*
dec. 211., sentire videatur, quod
confessio conjugum de impedimento
emissa ante matrimonium, pro eo
deinde secuto dirimendo probationem
faciat, quia tunc cessat periculum
collusionis.

Etenim in casu ejusdem *Decisionis*
talis confessio non concurrebat,
ut patet ex *num.* 16., et propterea
quidquid eadem *Decisio* circa
hujusmodi confessionem dicat, habendum
non est in consideratione
pro formanda certa et indubia conclusione,
seu sententia ex ea notissima
ratione, quod *Rotae Decisiones*
attendi nequeunt circa ea, quae
praeter causae necessitatem tangunt
Card. de Luc. de Dot. disc. 37. *n.* 5., 38
et de Praeeminent. disc. 7. *n.* 13.,
Rocc. Select. cap. 100. *num.* 30.
tom. 2., *Spad. consil.* 131. *num.* 8.
lib. 3., *Constant. ad Stat. Urb.*
annot. 63. *art.* 2. *num.* 293., *Rot.*
dec. 892. *num.* 4. *coram Seraphin.*,
et dec. 497. *num.* 78. *par.* 5., *et*
dec. 17. *num.* 9. *par.* 7., *et dec.* 285.
num. 12. *par.* 9., *et dec.* 196. *n.* 38.
par. 11. *Rec.*; et propterea hac *decisione*
nullatenus refragante, confessio
conjugum de impedimento
emissa, etiam ante matrimonium,
satis non est ad dissolvendum matrimonium
postea contractum, quia
per se sola nullius est roboris, semperque
rejicienda, nam *Sacri Canones*
disponentes, ne stetur con- 39
fessioni conjugum de impedimento,
hoc non solum prohibent ob periculum
collusionis, et conventionis
inter conjuges de se invicem separando,
ut hoc praetextu unus, vel
alter, aut ambo ad alias nuptias 40
convolare possint — verum etiam
quia testibus in causa propria deponentibus
nequaquam est deferendum, 41
ut notat in proposito *Gloss. in Cap.*
Super eo 5. *verb. Confessionem de*
eo, qui cognov. consanguin., et ob
praejudicium inde obveniens proli,
aliisque matrimonii bonis, ut ponderat
Barbos. in d. Cap. Super eo 42
num. 3. *De eo qui cognov. Consanguin.*,
Wagnereck in Comment.
exeget. Sac. Can. lib. 4. *tit.* 13.

Digitized by Google

d. Cap. Super eo not. 1., *Pirhing. in Jus Can. lib.* 4. *tit.* 13. § 3. *num.* 17., *Schmalzgrueb. Jur. Eccles. Univers. lib.* 4. *par.* 3. *tit.* 13. *n.* 33. *Picler. Jus. Can. lib.* 4. *tit.* 13. *n.* 17. *Molin. de Rit. Nupt. comparat.* 15. *num.* 41. *in fin.* — quod praejudicium cum immineat sive conjugum confessio ante contractum matrimonium sive eo contracto emissa fuerit, in utroque proinde casu est rejicienda, eamque rejiciendam
43 esse dixit etiam *Rota*, et signanter in *Compostellana* 10. *Januar.* 1757. § *Praeterea cor. Canilliac.*, et 27. *Novemb.* 1758. § *Hanc autem*, et § *Idque cor. Card. Bussio.*

C A P. VII.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Cultus disparitatem.

SUMMARIUM.

1 Cultus disparitas dirimit matrimonium inter fidelem, et infidelem seu baptizatum, et non baptizatum.

2 Catholici contrahere nequeunt matrimonium cum haebreis, et contractum est nullum.

3 Quibus permittendum nec etiam est esse mediatores in matrimoniis catholicorum pro ipsa concordanda quantitate dotis.

4 Catholici contrahere nequeunt matrimonium cum Turcis, Saracenis, aut Idololatris etiam Cathecumenis.

5 D. Thomas admittit sponsalia de futuro cum infideli sub conditione futurae conversionis.

6 Impedimentum dirimens ob cultus disparitatem inductum non est jurae naturae, aut divino:

7 Alias tempore legis naturae ducere non potuisset Esau uxores Chananaeas.

8 Nec Joseph Asceneth Ægyptiacam.

9 Nec, tempore legis scriptae, Moyses Sephoram Æthiopem.

10 Nec Salomon plures uxores Idololatras.

11 Nec Esther Assuerum Chaldaeum.

12 Sed inductum est jure ecclesiastico saltem consuetudinario.

13 Conjux infidelis conversus ad fidem, matrimonium quoad vinculum solvere nequit, si alter infidelis, sine injuria Creatoris, cum eo cohabitare velit.

14 Sed si converti nolit, nec ita cohabitare, matrimonium, etsi consummatum, dissolvitur.

15 Si alter ex conjugibus fidelibus fiat infidelis, aut labatur in haeresim, matrimonii vinculum non dirimitur, *et num.* 16.

17 Valida sunt matrimonia catholicorum cum haereticis ritu catholico celebrata.

18 Sed sunt illicita, et peccaminosa, nisi accedat Apostolica dispensatio.

19 Nam propter pericula, quae inde manere possunt, sunt prohibita.

20 Et specialiter Italis sub gravibus poenis.

21 Ubi mixtim vivunt catholici cum haereticis, et ubi viget consuetudo, tolleratur, si cesset periculum subversionis catholici, et quare.

22 Sed citra positivam Apostolicae Sedis approbationem.

23 Sac. Congregatio S. Officii decrevit posse tolerari arbitrio Ordinariorum, ubi sunt inita.

24 Ubi Tridentinum est publicatum Episcopi curare debent, ut servata ejus forma, haeretici matrimonia contrahant.

25 Maxime, si accedente dispensatione per eos illa contrahantur.

26 Pater judaeus, vel alterius sectae praestare tenetur alimenta filiis, et filiabus ad Fidem conversis:

27 Necnon congrue dotare filias orthodoxas.

28 Et donationem propter nuptias filiis constituere.

29 Filii, parentibus invitis et contradicentibus, neque sponsalia neque matrimonium licite contrahere possunt.

30 Sed parentibus obedire tenentur, eorumque sequi consilium ratione patriae potestatis.

31 Sed hoc servare non obligantur filii ad Fidem conversi erga parentes judaeos.

32 Parentes judaei liberorum nuptiis cum catholicis consensum denegant, ut ab amplectenda Catholica Fide retrahantur.

33 Filii parentibus obedire non debent, si obediendo sibi damnationem acquirunt.

34 Parentes judaei patriam potestatem in filios amittunt, si isti baptizentur.

35 In favorabilibus tamen ipsis filiis, non in odiosis.

36 Filia judaei baptizata, nuptias non contrahit cum indigno, si nubat catholico.

37 Catholici, etiam infimae colluviei, judaeis in conditione praecellunt.

38 Judaei pro servis habentur.

39 Infidelis per absolutam violentiam compelli nequit ad suscipiendum Baptismum, quia non remaneret baptizatus:

40 Nec reciperet characterem.

41 Infidelis, qui sponte postulavit Baptismum, et pervenit ad actum, si ipsum poeniteat, adhuc est compellendus, *et num.* 44.

42 Non est tolerandum, quod judaei quidquam faciant, quod nostrae Fidei confusionem inducat, vel in contumeliam et derisionem Creatoris converti possit.

43 Qui sponte Votum Religionis emisit, illud cogitur adimplere.

CULTUS DISPARITAS.

Cultus disparitas ea est, quae dirimit matrimonium inter fidelem, et infidelem, seu baptizatum, 1
et non baptizatum, *Can. Cave* 15. *caus.* 28. *quaest.* 1. — quapropter catholicus, seu catholica contrahere nequit sine magno sacrilegio matrimonium tum cum hebraeis, et contractum est nullum, *d. Can. Cave* 2
15. *Can. Si quis* 17. *caus.* 28.

Digitized by Google

quaest. 1., *Concil. Aurelian. II.*
Can. 535. *cap.* 19., *et Aurelian. III.*
anni 540. *cap.* 6., *Concil. Arvernens.*
ann. 541. *cap.* 6., *Concil. Aurelian.*
IV. ann. 545. *cap.* 31., *Concil. Roman. ann.* 743. *cap.* 10., *S. Thom. in Addit.* 3. *part. quaest.* 59. *art.* 2., *Navarr. in Manual. cap.* 22. *n.* 48., *Covarruv. in Epitom. ad* 4., *Decretal. par.* 2. *cap.* 6. § 11. *n.* 1., *et seqq.* — imo judaeis permitti non debet fungi officio mediatoris ad tractandum matrimonium inter ca-
3 tholicos etiam pro concordanda sola quantitate dotis, ne hoc perfidum hominum genus in hujusmodi Sacramento ullo modo se ingerat, *Concil. Provinc. Mediolan. I. par.* 3. *tit. de Judaei § Ne in.*

Tum cum Turcis, Saracenis, et Idolatris, donec tam illi, quam isti aqua Baptismatis regenerati non fuerint, etiamsi sint in numero Cathecumenorum adscripti, *Conc.*
4 *Toletan. III. cap.* 14., *Concil. Nicaen. I. ex Arabic. cap.* 53., *Navarr. in Manual. d. cap.* 22. *num.* 48., *D. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 90. *art.* 1. *ad* 5., qui tamen *ibid. ad* 3. admittit sponsalia de futuro
5 cum infideli sub conditione futurae conversionis.

Verum quia hujusmodi impe-
6 dimentum inductum non est jure naturae, aut divino, alias nec tempore legis naturae Esau ducere po-
7 tuisset uxores Chananaeas *Genes. cap.* 28. *versic.* 9. — nec Joseph Asce-
8 neth Ægyptiacam filiam Phutifare Sacerdotis, qui erat paganus, *Genes. cap.* 41. *vers.* 45. — nec tempore legis
9 scriptae Moyses Sephoram Aethiopissam filiam Gentilis *Exod. cap.* 2.
vers 21. (quae tamen amplexae sunt 10
virorum suorum Religionem) — nec Salomon plures uxores Idololatras *Reg. lib.* 2. *cap.* 11. *vers.* 1. 2. 3. —
nec Esther Assuerum Chaldaeum, 11
Esther. cap. 2. *vers* 17., *et* 18.; sed dumtaxat jure ecclesiastico, si non scripto, saltem consuetudinario post sextum seculum perpetuo usu Ec-
clesiae approbato, *Scot. in* 4. *dist.* 12
39. *quaes unic. art.* 2. ibique *D. Bonaventur. art.* 1. *quaest.* 1., *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4., *Decretal. tit.* 1. *num.* 355., *Perez de Matrim. disp.* 36. *sect.* 1. *num.* 4. *Koninch. de Sacram. tit. de Matrim. disput.* 31. *dub.* 3. *num.* 41. *et* 43., *Sporer. Theolog. Moral. tom.* 3. *par.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *n.* 115. *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 71. *num.* 7.: nam ante dictum seculum Sancta Clotildes nupsit Clodovaeo Regi nondum baptizato, et Sancta Monica viro infideli, teste *D. August. lib.* 19. *Confess. cap.* 19.

Hinc evenit, quod si ex duobus conjugibus infidelibus unus convertatur ad fidem, et alter infidelis, etsi converti nolit, adhuc sine injuria Creatoris vult cum eo cohabitare, fidelis conversus matrimonium
solvere nequit, *Can. Si infidelis* 2. 13
caus. 28. *quaest.* 2. *Cap. Quando* 7. *Cap. Gaudemus* 8. *de Divort. S. Thom. in* 4. *dist.* 39. *quaest. unic. art.* 5., ibique *D. Bonaventur. art.* 2. *quaest.* 1., *D. Antonin.* 3. *part. tit.* 2. *cap.* 6. *not.* 3., et colligitur ex 1. *ad Corinth. cap.* 7. *vers.* 12. 13. = ibi = *Si quis frater uxorem habet infidelem, et haec consentit habitare cum illo, non dimittat illam; et si qua mulier fidelis habet*

Digitized by Google

virum infidelem, et hic consentit habitare cum illa, non dimittat virum =

Secus autem si infidelis monitus, et rogatus converti nolit, nec sine injuria Creatoris cum fideli converso cohabitare velit, tunc enim
14 matrimonium, etsi fuerit consummatum, dissolvitur, et conjux fidelis aliud matrimonium cum fideli contrahere potest, ut patet ex praecit. 1. *ad Corinth. cap.* 7. *vers.* 15. = ibi = *Quod si infidelis discedit, discedat, non enim servituti* (hoc est vinculo conjugali) *subjectus est frater, aut soror in hujusmodi* =; idemque habetur expressum in *d. Can. Si infidelis* 2. *caus.* 28. *quaest.* 2. = ibi = *Contumelia quippe Creatoris solvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur; infidelis autem discedens, et in Deum peccat, et in matrimonium, nec est ei fides servanda conjugii* = et pariter in *d. Cap. Quanto* 7. *De Divort.* = ibi = *Si enim alter infidelium conjugum ad Fidem Catholicam convertatur, altero vel nullo modo, vel non sine blasphemia Divini Nominis, vel ut eum pertrahat ad mortale peccatum, ei cohabitare volente, qui relinquitur, ad secunda, si voluerit, vota transibit, et in hoc casu intelligimus, quod ait Apostolus: si infidelis discedit, discedat; frater enim, vel soror non est servituti subjectus in hujusmodi: et canonem etiam, in quo dicitur contumelia Creatoris solvit jus matrimonii circa eum, qui relinquitur* =; in tribus ergo casibus solvitur ipso jure matrimonii vinculum inter conjuges judaeos, quando eorum alter ad fidem convertitur, ne cum contumelia creatoris in illo permaneant, nimirum si infidelis cum fideli cohabitare repugnat, vel si cohabitans blasphemat, vel si cohabitando conjugem fidelem trahit ad mortale peccatum, qui tres casus in his etiam versibus comprehenduntur:

Desere spernentem, vel blasphemare volentem,
Vel te credentem scelus ad mortale trahentem,
Nam sunt absque mora sic vincula rupta priora.

In his addendus est quoque quartus casus, si nempe frater, et soror judaei contraxerint inter se matrimonium, et deinde alter eorum convertatur ad fidem, hic enim tunc est a judaeo protinus separandus et in libero statu ponendus, quia eorum matrimonium fuit nullum, et illegitimum ob divinam prohibitionem, ut ex *D. Bonavent. in* 4. *dist.* 39. *art.* 2. *quaest.* 4., advertit *Albertin. de agnosc. Assert. Cathol., et Haeret. q.* 21. *sub n.* 49.

Si vero alter ex fidelibus conjugibus fiat infidelis, aut labatur in haeresim, matrimonium jam contractum consistit, ejusque vinculum non dissolvitur ad *Text. in d.* 15
Cap. Quanto 7. *De Divort.* = ibi = *Si vero alter fidelium conjugum vel labatur in haeresim, vel transeat ad Gentilitatis errorem, non credimus, quod in hoc casu, is qui relinquitur, vivente altero, possit ad secundas nuptias convolare* =, et prae caeteris docet *D. Thom. in* 4. *dist.* 39. *artic.* 1. *in corp.* = ibi = *Si vero infidelitas conjugis matrimonium sequatur, non propter hoc vinculum matrimoniale dirimitur,*

Digitized by Google

sed potest fieri separatio a toro, et
cohabitatione, sicut et propter for-
nicationem carnalem =; et quoad
consistentiam vinculi, non obstante
lapsu unius conjugis in haeresim,
16 definivit *Sac. Concil. Triden. sess.*
24. de Matrim. can. 5. = ibi =
Si quis dixerit propter haeresim,
aut molestam cohabitationem etc.
a conjuge dissolvi posse matrimonii
vinculum, anathema sit =

Matrimonia vero a catholicis
cum haereticis valide contrahuntur,
17 si ritu catholico celebrata fuerint,
Cap. Decrevit 14. de Haeretic. in
6., D. Thom. in 4. dist. 39. quaest.
unic. artic. 1. ad 5., D. Bonaven-
tur. ibidem *quaest. 1, art. 1., Abb.*
in Cap. Si conditiones 7. numer. 5.,
ibique *Card. num. 3., Jo. Andr.*
num. 8. de condit. apposit., Sanch.
de Matrim. lib. 7. disput. 72. num. 2.

Sed nisi accedat apostolica di-
spensatio, sunt illicita, et cum pec-
18 cato ineuntur *D. Thom. 3. par. de*
Sacrament. quaest. 90. art. 1. ad
5., et prohibita sunt propter peri-
cula, quae inde manare possunt,
19 *d. Can. Cave 15. Can. Non potest*
16. caus. 28. quaest. 1., Concil.
Eliberitan. ann. 305. cap. 16. Con-
cil. Laodicens. ann. 320. cap. 31.
Concil. Trullan. cap. 72. Concil.
Toletan. ann. 694. cap. 20., Concil.
Narbonens. ann. 1609. cap. 72., ac
20 specialiter sub gravibus poenis Italis
interdicta per Clementem viii. in
sua *Constitut. 42.* incipien. = *Cum*
sicut =

In iis tamen locis, ubi mixtim
vivunt catholici cum haereticis, et
ubi consuetudo viget, ut hinc inde
contrahant matrimonia, dummodo
cesset periculum perversionis ca-
tholici, tolerari posse dicit *Sanch.* 21
de Matrim. lib. 7. disput. 72. num.
6. vers. Hinc tamen, ob commune
bonum pacis, ob tranquilliorem sta-
tum catholicorum, et ob alias causas
a prudentia regulatas, sed citra ta-
men positivam Apostolicae Sedis ap- 22
probationem, ut notat *Pignatell.*
consult. 188. num. 2. tom. 4., imo
contra ejusdem Sanctae Sedis inten-
tionem, ut in seq. *Cap. 16. num. 77.*
et seqq. hujus Lib. 1., ubi tamen
sunt inita, quod tolerari possint or-
dinariorum arbitrio decrevit *Sac.* 23
Congreg. S. Officii 14. Martii 1630.

Ubi vero Concilium Tridenti-
num est publicatum Episcopi curare
debent, ut haeretici haec matri-
monia contrahant servata forma 24
ipsius concilii *Sac. Congreg. Episc.*
in Antuerpien. 18. Julii 1602., et
accedente necessaria Apostolica di- 25
spensatione *Sac. Congreg. Concil. 6.*
Martii 1694. in respons. ad 6., et 7.;
sed de his matrimoniis catholicorum
cum haereticis fusius in *seq. Cap.*
16. hujus Lib. 1.

Catholicus autem, qui, ut dixi,
in uxorem ducere nequit judaeam,
potest tamen desponsare judaeam Sa-
cro Fonte regeneratam, et quidem
cum congrua dote; pater enim ju-
daeus, vel alterius sectae, postquam
ejus filius, vel filia catholicam am-
plexi sunt fidem, non eximitur ab 26
obligatione tum praestandi illis de-
centia alimenta, tum congrue do-
tandi pro matrimonio tam carnali, 27
quam spirituali filiam orthodoxam,
tum donationem propter nuptias
filio constituendi, *L. Cognovimus 10.* 28
Cod. de Haeretic.

Digitized by Google

Neque his adversantur ea, quae
scripsi in meis *Votis De Sponsal.*
Filiorumfam., quod nempe filii pa-
rentibus invitis et contradicenti-
29 bus (quae contradictio, et quidem
acerrima parentum judaeorum in
conversione suorum filiorum, et in
subsequentibus nuptiis cum catho-
licis, nunquam deficit) neque spon-
salia, neque matrimonium licite con-
trahere possunt, maxime cum in-
30 dignis, sed ratione potestatis, qua
parentes supra filios potiuntur, iidem
filii, ex IV. *Decalogi praecepto*,
illis obedire tenentur, eorumque se-
qui consilium, alioquin eos exhae-
redare, et rebelles praesertim filias
dote privare non prohibentur.

Siquidem in casu, de quo agi-
tur, parentes judaei similibus ra-
tionibus a praedicto onere non excu-
31 santur; tum quia nec justum, nec
rationabile est consilium, quod du-
cit ad perditionem, nam eo fine
liberorum nuptiis cum catholicis
consensum denegant, ut filii ab
32 amplectenda catholica religione re-
trahantur.

Tum quia cessat obligatio exhi-
bendi parentibus obedientiam in
filiis, qui illis obediendo suas in
33 statu damnationis constituunt ani-
mas, quemadmodum in hoc statu
eam constituerent, seu ipsa in illo
maneret, si aqua Baptismi non re-
generaretur, *nisi quis* enim *rege-
neratus fuerit ex aqua, et Spiritu
Sancto, non potest introire in re-
gnum Dei.*

Tum quia pater judaeus, si ejus
filius, vel filia baptizetur, patriam
potestatem, quam in illos habebat,
34 statim amittit, *Can. Judaeorum* 11.,
ibique *Gloss. caus.* 28. *quaest.* 1.
Cap. Judaei 5., ibique *Felin. num.*
6. *De Judaeis DD.* in *Cap.* 2. *De
Convers. Infidel. Alex. cons.* 71. *num.*
2. *lib.* 2., in favorabilibus tamen
ipsis filiis, secus in odiosis, et in-
commodis *Gloss. in d. Can. Ju-* 35
daeorum 11. *caus.* 28. *quaest.* 1. *Fe-
lin. in d. Cap. Judaei* 5. *num.* 6.
circ. fin. De Judaeis, *Bartol. in L.
Item in potestate* 3. *sub numer.* 5.
*in fin. ff. de iis, qui sunt sui, vel
alien. jur.*

Tum demum quia nunquam
dici potest filiam judaei contrahere
nuptias cum indigno, si illas con-
trahat cum catholico, qui non sit 36
pravis moribus christiano indignis
imbutus, nam catholici etiam in-
fimae colluviei semper judaeos in
conditione praecellunt, quia judaei 37
pro servis habentur, *Can. Dispar.* 38
10. *caus.* 23. *quaest.* 8., *Archidiac.
in Can. Qui sincera* 3. *dist.* 45.,
eis etenim tamquam in sua caeci-
tate, seu potius malitia, et errore
perfidis, et obstinatis convenit ma-
ledictio, de qua *Genes. Cap.* 9. *vers.*
25. — ibi — *Maledictus Chanaam;
servus servorum erit fratrum suo-
rum* —

Attentis tamen hisce parentum,
consanguineorum, affinium, et ami-
corum contradictionibus, potest dari
quandoque casus, quod filius, vel
filia ad catholicam fidem conversi,
antequam baptizentur, a suo re-
cedant proposito, et amplius bapti-
zari nolint, unde dubitari contin-
gat, an isti cogi debeant ad susci-
piendum baptismum, vel in sua in-
constantia sint deserendi, et cogendi
esse videntur.

Digitized by Google

Quamvis enim verum sit, quod judaeus, seu alius infidelis per praecisam, et absolutam violentiam compelli nequeat ad Baptismi Sacramentum suscipiendum, quia sic
39 violenter compulsus aqua remaneret aspersus, sed Sacramento minime regeneratus, *Can. De Judaeis dist.* 45. *Can. Ad fidem* 32. *caus.* 23. *quaest.* 5. *Cap. Majores* 3. § *Item quaeritur De Baptism. Cap. Sicut* 9. *De Judaeis*, ut quando quis manibus, pedibusque ligatis deduceretur ad Baptismum, et reclamans violenter in aquam immergeretur, tunc enim non reciperet
40 characterem, *d. Cap. Majores* 3. § *Item quaeritur*, ibique *Gloss. verb. Non suscipiunt de Baptism.*

Attamen judaeus, seu alius infidelis, qui sponte Baptismum postulavit, si ad actum quoque perve-
41 niat, et antequam baptizetur ipsum poeniteat, et amplius baptizari recuset, ad id est cogendus per ea, quae firmat *Felin. in Cap. final. sub num.* 5. *vers. Ultimo vide De Judaeis*, ubi quod judaeus per fictionem baptizatus, ad observantiam fidei est compellendus, et ad hoc comprobandum ibidem allegat *Card. in Clement.* 1. *in* 1. *notab. de Renunciat, et Hostiens. in Cap. Debitum* 4. *De Baptism.*, qui arguendo ad partes concludit talem infidelem ad actum Baptismi perventum, mutatoque proposito se baptizari renuentem, esse in favorem fidei cogendum ad servandam fidem, et recipiendum Baptismum, tum quia bona voluntas pro facto quandoque reputatur, tum quia non est per nos tolerandum, quod judaei quidquam faciant, quod nostrae fidei confusionem inducat, vel in contumeliam, aut derisionem creatoris verti 42
possit, *Cap. Sicut Judaei* 9. ibique *Gloss. verb. Bonas De Judaeis*, tum quia, si is, qui sponte votum religionis emisit, vel etiam propositum intrandi religionem habuit, id cogitur adimplere, *Cap. Consulti* 43
20. cum ibi not. *De Regular*, et faciunt not. in *L. Illud* 17. *Cod. De Sacros. Eccles.*, ita judaeus ad actum Baptismi sponte perventus propositum se baptizandi mutare nequit, sed illud adimplere tenetur, et ad adimplendum est com- 44
pellendus.

CAP. VIII.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Vim, et Metum.

SUMMARIUM.

1 Nullum est matrimonium contractum per vim, et metum.
2 Dummodo metus sit gravis, et injuste incussus.
3 Et cadens in constantem virum.
4 Matrimonium, non libero consensu contractum, est nullum,
5 Jure naturae.
6 Licet voluntaria sponsalia de futuro praecesserint.
7 Aut metus ex propria culpa dissentientis intervenerit.
8 Requiritur enim plenus consensus, et libertas, ne quis

Digitized by Google

propter metum dicat amare, quod odit.
9 Infelix exitus ex invitis nuptiis provenire solet.
10 A matrimonio abesse debet metus poenae, seu amissionis magni lucri.
11 Ac consanguineorum minae.
12 Et quaecumque coactio.
13 Metus tamen in ipso actu matrimonii concurrere debet.
14 Nec sufficiat, quod ante intervenerit.
15 Et considerari debet ex parte inferentis, et patientis.
16 Quamvis secundum qualitatem patientis metiendum sit.
17 Ad hunc effectum inspici debet sexus, aetas, et personarum conditio, quibus incutitur, *et num.* 20., *et seq.*
18 In viro talis esse debet, ut cadere possit in constantem virum.
19 Sed distingui debet vir a viro, an fortis sit, vel pusillanimis, *et num.* 22.
23 Item a viro mulier, in qua minor metus, quam in viro coactionem operatur.
24 Maxime si sit tenerae aetatis 12., seu 13. annorum, nec in libertate posita.
25 Causae justi metus non solum sunt periculum vitae, et corporis cruciatus, *et num.* 29.
26 Sed etiam amissio bonorum.
27 Timor ex verecundia.
28 Periculum infamiae.
29 Metus mortis, perdendae sanitatis, vulnerum, stupri, servitutis, vinculorum, carceris illiciti, et privati.
30 Probatur per testes.
31 Leviores probationes, indicia, et conjecturae sufficiunt.
32 Admittuntur testes consanguinei.
33 Et etiam mater plene informata, et de nobilissimo genere.
34 Testes depouentes de metu praeferuntur testibus illum negantibus.
35 Magis creditur duobus testibus de metu, quam mille de spontanea voluntate affirmantibus.
36 Probant testes viri metum deponentes de inimicitia orta inter virum, et consanguineos mulieris,
37 De omissa salutatione inter eos ante praestari solita,
38 De suspicione offensionis, si vir coactus fuerit inire matrimonium in actu, quo in lecto cum muliere repertus fuit,
39 De illius carceratione propter stuprum, ejusque excarceratione tantum, ut stupratam duceret,
40 De praecedenti tractatu eumdem compellendi ad contrahendum matrimonium,
41 De petita ab ipso dilatione ad illud ineundum.
42 De assistentia consanguinei praestita matrimonio cum ense, et archibusio
43 Licet non dicatur sufficiens metus ex assistentia unius tantum cum ense armati,
44 De coacta retentione Parochi discedere volentis,
45 De coactione adhibita verbis imperiosis a consanguineis ar-

matis, et immediata desponsatione,

46 De interrogatione facta post matrimonium conjugibus a Parocho an sint contenti, cui vir vel nihil, vel extra propositum responderit,

47 De interrogatione facta, post matrimonium, a consanguineis uxoris Parocho, an validum sit matrimonium,

48 De conquestione viri coram Judice facta summo mane de vi sibi illata,

49 De recessu viri a domo uxoris, qui semper matrimonium impugnaverit,

50 De confessione extrajudiciali consanguineorum de metu per eos illato,

51 De praecedentibus publicationibus pro suscipiendo Subdiaconatu per virum pensiones et redditus ecclesiasticos habentem,

52 De spretis praecedenter per virum nuptiis cum aliis ditissimis, et nobilissimis foeminis,

53 De matrimonio celebrato festinanter, et clandestine absque denunciationibus, et sine interventu alicujus consanguinei, seu familiaris ipsius viri.

54 Probant autem testes metum mulieris deponentes de ipsius lacrymis, et querelis praecedentibus, et concomitantibus matrimonium,

55 De lacrymis, suspiriis, lamentationibus, aversione, protestationibus, tristitia, et pallore matrimonium subsequentibus,

56 De protestatione contrahendi matrimonium ob metum carceris, aut mortis,

57 De revocatione mandati procurae ad nuptias contrahendas,

58 De illius coacta traductione ad Ecclesiam, ejusque contraditione coram Parocho, et testibus,

59 De ipsius aversione erga conjugem ante, et post matrimonium,

60 De ejusdem repugnantia dormiendi cum sponso, a quo se cognosci non permiserit, et tandem aufugerit.

61 Testes non probant metum, si non concludunt de circumstantiis minarum.

62 Non relevant, nisi deponant de metu, de quo in specie agitur,

63 Et de minis illatis ab eo, qui illas exequi solet.

64 Nihilque probant, si sint nulliter examinati.

65 Excluditur metus, si pro matrimonii validitate praesumptiones, et conjecturae concurrant.

66 Recensentur aliquae conjecturae, *et num. seqq.*

71 Regulariter metus in matrimonio non intervenisse praesumitur.

72 Quando metus reverentialis ad annullandum matrimonium non sufficiat, *et num. seqq.*

76 Sola persuasio parentum non irritat filiorum connubium.

77 Nec solae minae patris suavis ingenii.

Digitized by Google

78 Testes, deponentes generice jussu patris nuptias fuisse coactas, metum non probant.
79 Si Judex cogit adimplere sponsalia, matrimonium subsequens non dicitur metu contractum.
80 Justa causa ab illis adimplendis excusat, prout est indignatio parentum, odium inter sponsos, periculum scandali, timor sinistri exitus, sponsae inhonesta vita.
81 Metus continuat donec metuens non est in libertate repositus.
82 Durante causa metus, per oscula, amplexus, aliosque actus voluntarios subsequentes purgatus non censetur.
83 Neque ex eo, quod vir per duas horas post matrimonium in uxoris cubiculo remanserit, aut cum ea copulam habuerit.
84 Nullo existente matrimonio ex defectu consensus non revalidatur, nisi in faciem Ecclesiae renovetur.
85 In muliere purgatio metus excluditur, si semper conquesta sit, et a viro aufugerit.
86 Matrimonium contractum per aliquem in carcere existentem potest esse nullum, et quid observandum ad evitandam nullitatem.
87 Metus cadens in constantem virum, est metus comminatae perpetuae carcerationis,
88 Excommunicationis,
89 Amissionis honoris,
90 Et status, seu officii, quod speratur.
91 Timor jacturae honoris praesertim in viro nobili, est morte gravior,
92 Et sufficit instantis periculi probabilis suspicio.
93 Ad irritandum matrimonium sufficit minor metus, quam in caeteris contractibus, et quare,
94 Quod procedit in terminis etiam matrimonii spiritualis.
95 De matrimonio carnali ad spirituale valet argumentum.
96 Metus operatur, ut consensus cum eo praestitus, sit simulatus, et matrimonium nullum.
97 Matrimonium simulatum dicitur pictum seu coloratum, spiritu carens et umbra, ac sine ulla substantia.
98 Solus consensus est causa efficiens, et substantialis matrimonii.
99 Ejus defectus suppleri nequit a Principe, ab Ecclesia, a Papa, nec a Deo.
100 Data causa simulandi, duae conjecturae leviores simulationem concludunt.
101 Nec semper desumuntur a metu, sine quo etiam matrimonium esse potest simulatum.
102 Simulatio in viro consentiente resultat, si nunquam habuit in animo ducendi mulierem, quam desponsavit, sed continuo votum ducendi aliam.
103 Si pluries antea promisit, et cum juramento ratificavit se velle ducere aliam mulierem, et non eam, quam desponsavit.
104 Velle quis non praesumitur id, quod facere non potest.

105 Viri nobiles semper cordi habent adimplendi promissa, et pro ipsis semper praesumitur.

106 Simulatio resultat, si vir, ante matrimonium cum muliere contractum, aliam puellam sub promissione futuri conjugii defloraverit, et quare.

107 Quod non est verisimile, non est credibile.

108 Simulatio resultat, si adolescens duxerit mulierem nec juvenem, nec pulchram, sed annosam, quando ducere poterat puellam juvenem, satis formosam, suamque dilectam;

109 Si puellae, cui pluries promiserit se illam ducturum, protestatus fuerit se cum alia muliere matrimonium simulate contracturum,

Potissimum si cum protestatione concurrat juramentum *n.* 111.

110 Animus, ex verbis ante actum prolatis, semper declaratur.

112 Antequam matrimonium contrahatur denunciationes requiruntur.

113 Ex quarum omissione, matrimonium dicitur clandestinum,

114 Et arguitur matrimonii simulatio.

115 Eadem simulatio resultat, si matrimonium celebratum fuerit non in Ecclesia Parochiali, nec coram proprio Parocho, sed alio Sacerdote, et de nocte contra solitum.

116 Si nec intervenerint, nec vocati fuerint consanguinei, propinqui, et amici.

117 Si sponsus nec ad Ecclesiam, nec ad domum sponsam associaverit.

118 Si sponsa sine nuptialibus vestibus comparuerit.

119 Si nullum intervenerit laetitiae signum, nulla lauta coena, nullum convivium, nulla refectio.

120 Nobilium propria, et peculiaris est munificentia, et liberalitas.

121 Simulatio resultat, si vir, inito matrimonio, incontinenti adversus sponsam suum odium patefecerit.

122 Non facile quis contemnit, nec odio habet id, quod diligit.

123 Matrimonium ob benevolentiam, et amorem contrahitur.

124 Simulatio resultat, si vir impediat, ne matrimonium in libro matrimoniorum describatur contra dispositionem Tridentini.

125 Hujusmodi, aliaeve conjecturae simul uniri debent.

126 Declaratur text. in *Cap. Per tuas de Probat.*, ubi quod indignum est proprium dictum infirmare.

VIS.

Contracto matrimonio per
vim, et metum, non possunt con- 1
trahentes una simul cohabitare, sed
perpetuo separari debent, quia hoc
impedimentum matrimonii vinculum dirimit, et ejusdem nullitatem
inducit, dummodo vis, seu metus 2
sit gravis, et injuste incussus ad
cogendum virum, seu mulierem ad
contrahendum matrimonium, sine

Digitized by Google

quo illud non contraxisset. *Cap.*
Abbas 2. *Cap. Ad audientiam* 4.
Cap. Cum dilectus 6. *de his, quae*
vi, metusv. caus. — L. Metum au-
tem 9. *ff. de eo quod met. caus.*
Qui proinde metus non debet esse
levis, qui, etsi injustus, non irri-
3 tat matrimonium *Cap. De Muliere*
6. *De Sponsal.*, sed gravis, hoc
est cadens in constantem virum,
itaut ad coutrahendum compulsus
omnino invitus contrahat, et non
libero consensu, sine quo matrimo-
4 nium est nullum, *Cap. Cum locum*
14. *Cap. Veniens* 15. *Cap. Consul-*
tationi 28. *De Sponsal. Cap. Signi-*
ficavit 2. *de eo, qui dux. in ma-*
trim. quam poll. Rebuff. de Bene-
fic. par. 2. *reg.* 46. *De dispensat.*
in grad. prohibit. gloss. 5. *num.* 35.
pag. mihi 377. *Paschal. de patr.*
potest. part. 3. *cap.* 2. *n.* 1. *et seqq.*
Card. Tolet. in Instruct. Sacerd.
lib. 7. *cap.* 8. *num.* 1. *et seqq. D.*
Thom. 3. *part. de Sacram. quaest.*
5 78. *art.* 3. *et* 4., et quidem jure
naturae *Reiffenstuel. in Jus. Can.*
lib. 1. *Decretal. tit.* 40. *num.* 48.
et seq., D. Thom. in 4. *dist.* 29.
quaest. 1. *artic.* 3. *D. Bonavent.*
ibid. num. 5. *Scot. ibid. quaest.*
unic. § *De secundo Covarruv. par.*
1. *De Sponsal. cap.* 4. *n.* 6., *Rot.*
decis. 779. *n.* 10. *par.* 3. *et decis.*
279. *num.* 23. *par.* 9. *tom.* 1. *et*
decis. 23. *num.* 18. *par.* 12. *et de-*
cis. 405. *num.* 1., *et seqq. par.* 18.
6 *tom.* 2. *rec.*, etiamsi voluntaria spon-
salia de futuro praecesserint, aut
7 metus ex propria culpa dissentien-
tis intervenerit, *Rot. dec.* 643. *n.*
29. *in fin. par.* 1. *et dec.* 784. *n.* 5.
par. 3. *rec.*

Plenus etenim requiritur con-
sensus, totalis libertas, et securi-
tas, et major in matrimonio, quam
in sponsalibus, *Dian. in summ.*
verb. Matrimonium sub num. 8., ne
quis propter timorem dicat amare
quod odit, et idcirco exinde sequa- 8
tur infelix exitus, qui, ex invitis 9
nuptiis, provenire solet, *Cap. Cum*
locum. 14. *Cap. Requisivit* 17. *De*
Sponsal. Rot. decis. 246. *num.* 7.
par. 3. *et dec.* 38. *num.* 1. *par.* 16.
rec. — deficit autem consensus ubi
adest metus *Rot. dec.* 204. *num.* 1.
par. 4. *tom.* 1., *et dec.* 405. *n.* 11.
et 12. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Hinc procul ab eo abesse debet
metus poenae etiam favore piae 10
causae, seu metus amissionis magni
lucri, *Rot. dec.* 493. *num.* 30. *et*
seqq. par. 4. *tom.* 2., *et decis.* 93.
num. 11. *et* 13. *par.* 10., *et decis.*
23. *num.* 6. *par.* 12. *rec.*, sive con- 11
sanguineorum minae, *Rot. decis.*
300. *num.* 56. *et* 57. *par.* 10. *et*
dec. 312. *num.* 3. *par.* 14. *recen.*, 12
et quaecumque coactio *Rot. dec.*
493. *n.* 1. *par.* 4. *tom.* 2. *et dec.*
242. *num.* 13. *et dec.* 346. *num.* 7.
par. 14. *rec.* — ad annullandum ta-
men matrimonium metus concur-
rere et continuare debet in ipso
actu matrimonii, nec sufficit quod 13
ante tantum intervenerit, *L.* 1. § 14
Metus, *L. Metum* 9. *in princip. ff.*
de eo, quod met. caus., *Rot. de-*
cis. 600. *num.* 1. *et* 2. *par.* 4. *tom.*
1. *et decis.* 301. *num.* 28. *et decis.*
334. *num.* 12. *par.* 11. *rec.*, et con-
siderari debet tam ex parte inferen-
tis, quam ex parte patientis *Rot.* 15
decis. 23. *num.* 12. *par.* 12. *et dec.*
38. *num.* 5. *par.* 16. *rec.*; quamvis

16 potissimum secundum qualitatem
patientis metiendum sit *Rot. dec.*
301. *numer.* 24. *par.* 11. *recen.*

Ut autem juste metiri possit,
inspici omnino debet sexus, aetas,
17 et personarum conditio, quibus incutitur
Voet. ad Pandect. lib. 4.
tit. 2. *num.* 11. = ibi = *Ut tamen
pro ratione aetatis, ac sexus, conditionisve
personarum existimandum
sit quis satis gravis metus dici
debeat* = In viro namque debet
18 esse talis, ut cadere possit in constantem
virum *Rot. decis.* 600. *num.*
1. *et decis.* 605. *num.* 1. *par.* 4.
tom. 1. *et decis.* 301. *n.* 21. *par.* 11.
recen.; — sed distingui debet tum
19 vir a viro, an fortis sit, vel pusillanimis,
ut advertit text. in *L.* 3.
ff. ex quib. caus. major. = ibi =
*Metus autem causa abesse videtur,
qui justo timore mortis, vel cruciatu
corporis conterritus abest, et
hoc ex affectu ejus intelligitur* =
et bene declarat *Farinacc. in Fragment.
par.* 2. *verb. Metus num.* 69.,
Sanch. de Matrim. lib. 4. *disput.*
3. *num.* 4. = ibi = *Idem dicendum
est eadem ratione non tantum
in foemina respectu viri, sed etiam
inter ipsos viros, ut enim discernatur
quis sit metus cadens in virum
20 constantem, attendenda est
aetas, ut si senex, vel puer sit,
21 cui metus incutitur: similiterque
ejus fortitudo, innataque animi
22 magnitudo, aut parvitas, et fragilitas,
quare dum dicitur metus
cadens in virum constantem, intelligitur
nomine viri animi robur pro
cujusque conditione etc. Et major
metus exigitur in milite, et constante,
quam in pusillanimi, et
vili* =; tum a viro mulier, in qua
minor metus, quam in viro vim
et coactionem operatur, *Gloss. in* 23
Cap. Cum locum 14. *verb. Metus
de Sponsal.* = ibi = *Minor tamen
metus magis excusat foeminam,
quam virum* = et notat *Farinacc.
in Fragment. par.* 2. *verb. Metus
num.* 73. *Coccejus in Comment. ad
Grot. lib.* 2. *Cap.* 11. § 7. *num.* 1.
= ibi = *Metus enim gravis aliquando
esse potest in foemina, qui
talis non foret in masculo* =, et
similiter *Sanchez loc. cit. num.* 2.
= ibi = *Sit ergo conclusio, tamquam
certum statuendum est, ut
minor metus desideretur in foemina,
quam in viro. Et ratio est,
quia licet foemina habeat virtutem
constantiae, propter constitutionem
tamen corporis illi sexui naturalem,
minus potest resistere metui,
quam vir: ergo minor metus sufficiet,
ut opprimat, cogatque foeminam
constantem succumbere, quam
virum eadem constantia praeditum*
=, et dixit *Rot. decis.* 23.
num. 16. *par.* 12. *recen.*, praecipue
si illa fuerit tenerae aetatis, nec 24
in sua libertate posita reperiatur
Rot. dec. 323. *numer.* 26. *par.* 9.
tom. 1. *et dec.* 23. *n.* 14. *et* 15.
par. 12. *recen.*, ubi de puella annorum
tredecim, *et dec.* 38. *n.* 8.
et seqq. par. 16. *rec.*, ubi de alia
annorum duodecim.

Praeterea quamvis Diocletianus
et Maximianus Imperatores in
leg. Interpositas 13. *Cod. de Transact.*,
et Summus Pontifex Innocentius
III. *in Cap. Cum dilectus* 6.
De his, quae vi, metusve caus. pro
causis justi metus expresserint pe-

Digitized by Google

25 riculum mortis, et corporis cruciatum, has tamen pro unicis habendas esse non intellexerunt decernere, sed ut observat *Farinacc. in fragment. par.* 2. *verb. Metus n.* 86. *in fin.*, hanc hypothesim efformarunt, ut ex ea aliarum etiam causarum idea concipi posset, inter
26 quas proinde enumerantur amissio bonorum *Cap. Super eo* 7. *De his,*
27 *quae vi metusv. caus.;* timor ex verecundia *Farinacc. in fragment.*
28 *par.* 2. *verb. Metus num.* 90.; periculum infamiae *leg. Justa* 9. *ff. de manumiss. vindict.* aliaeque similes, ac illae quas recenset, *Voet. ad Pandect. lib.* 4. *tit.* 2. *d. n.* 11. = ibi = *Sane ut nulli dubium, quin metus mortis, perdendae sa-*
29 *nitatis, vulnerum, stupri, servitutis, vinculorum, carceris illiciti, et privati sufficiens sit* =.

Metus autem probatur per testes; et, cum agatur de materia dif-
30 ficilis probationis, tam ex parte patientis quam ex parte inferentis, leviores probationes, imo indicia, et conjecturae sufficiunt, tota nam-
31 que materia est conjecturalis *Rot. dec.* 643. *num.* 23. *par.* 1. *rec.*, et propterea admittuntur testes etiam
32 consanguinei, qui alias non admitterentur *Rot. dec.* 147. *n.* 3. *et* 4. *par.* 1., *et dec.* 155. *num.* 53. *par.* 6. *rec.* non exclusa matre, si plene
33 sit informata, et de nobilissimo genere *Rot. dec.* 155. *n.* 5. *et* 6. *par.* 6. *rec.*: et testes deponentes de metu praeferuntur testibus de spontanea voluntate attestantibus, praesertim
34 concurrente actu de sui natura metum inducente *Rot. dec.* 212. *n.* 9. *et* 11. *par.* 16. *rec.:* magisque creditur duobus de metu, quam mille de spontanea voluntate affirmantibus
Innoc. in Cap. Super hoc De re- 35
nunciat., *Rot. dec.* 301. *n.* 31. *par.* 11. *rec.*

Probant vero testes viri me-
tum, si deponant de inimicitia orta 36
inter eumdem virum et consanguineos mulieris resultante ex omissa salutatione, quae antea praestari
solebat, juncta etiam verisimili su- 37
spicione offensionis ex eo, quod matrimonium celebratum fuerit in lecto in ipso actu, quo vir fuerit in eodem lecto cum muliere repertus
Cap. Veniens 15. *de Sponsal.*, *Vi-* 38
vald. in Candelabr. aur. par. 1. *tit. de Matrim. num.* 64., *Rot. dec.* 643. *n.* 1. *et* 2. *par.* 1., *et dec.* 784. *n.* 3. *par.* 3., *et dec.* 605. *n.* 2. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.*, quod non valere respondit *Sac. Congregat. Concil. in Aquilana Matrimonii* 2. *Junii* 1715. — si vir carceratus fuerit propter stuprum, et excarceratus
tantum, ut stupratam ducat *Rot.* 39
d. dec. 288. *n.* 4. *par.* 10. *rec. Sac. Congregat. Concil. in Vintimilien. Matrimonii* 24. *Aprilis* 1700., *et in S. Agathae Gothorum Matrimonii*, *ejusdem diei*, *et anni* ubi matrimonium contractum ex metu resultante ex praeceptis poenalibus, et carceratione de mandato judicis executa, est nullum — si praecesserit tractatus compellendi virum ad
contrahendum matrimonium *Rot.* 40
dec. 643. *n.* 3. *par.* 1. *rec.* — si vir petierit dilationem ad nuptias ineun-
das *Rot. dec.* 643. *n.* 9. *par.* 1. *rec.* — 41
si assisterint consanguinei cum ense, et archibusio in actu contracti ma-
trimonii *Rot. dec.* 643. *n.* 10. *par.* 42

Digitized by Google

1. *rec.;* quamvis non dicatur suf-
ficiens metus ex assistentia unius
43 tantum armati cum ense *Rot. dec.*
605. *sub n.* 1. *par.* 4. *tom.* 1. *rec.* —
si intervenerit coacta retentio Pa-
44 rochi discedere volentis *Rot. dec.*
643. *n.* 11. *par.* 1. *rec.* — si consan-
guinei armati verbis imperiosis vi-
rum coegerint ad desponsandam
mulierem, in quorum sequelam
45 ipse vir immediate eam desponsa-
verit *Rot. d. dec.* 643. *n.* 12. *et* 13.
par. 1. *rec.* — si contracto matrimo-
nio discedens a conjugibus Paro-
chus, et deinde se illis iterum of-
ferens, eos interrogaverit, an sint
46 contenti, et vir vel nihil, vel extra
propositum responderit *Rot. dec.*
643. *n.* 14. *par.* 1. *rec.* — si consan-
guinei uxoris, contractis nuptiis,
Parochum requisierint de validitate
matrimonii, quia et ipsi de illa du-
47 bitasse videntur — si vir summo
mane judicialiter conquestus fuerit
coram judice de vi sibi illata, et
de conjugio per metum contracto —
48 si exinde nunquam rediit ad do-
mum uxoris, semperque matrimo-
49 nium impugnavit — si consanguinei
extrajudicialem confessionem emi-
50 serint de metu per eos illato — si vir
pensiones et redditus ecclesiasticos
habuerit, et publicationes, pro su-
scipiendo subdiaconatu, connubium
51 praecesserint – si matrimonium cum
aliis ditissimis, et nobilissimis foe-
minis recusaverit — si illud celebra-
52 tum fuerit festinanter, et clande-
stine absque denunciationibus, et
sine interventu alicujus familiaris,
53 consanguinei, aut famuli ipsius vi-
ri, aliaeque concurrant conjecturae,
quae cum his recensentur a *Rot.*
d. dec. 643. *an.* 14. *ad* 22. *par.* 1.
rec.

Ex parte vero mulieris per te-
stes dicitur probatus metus, si de-
ponant — de ipsius lacrymis, et que-
relis tam praecedentibus matrimo-
nium, quam ipsius celebrationis 54
actum comitantibus *Rot. dec.* 405.
n. 8. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.* — et pa-
riter de lacrymis, lamentationibus,
aversione, protestationibus, tristi-
tia, et pallore matrimonium sub-
sequentibus *Rot. dec.* 23. *n.* 4. 5. 55
19. 20. *par.* 12., *et dec.* 38. *n.* 11.
et seqq. par. 16., *et dec.* 405. *num.*
8. *et* 13. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.* — de
protestatione de non libera volun-
tate in futuro matrimonio contra-
hendo tantum ob metum carceris,
aut mortis, qui nullum reddit ma- 56
trimonium, etiamsi fuerit filiae per
matrem illatus, ipsaque post obi-
tum matris per septennium cum
viro permanserit, filiosque susce-
perit *Barbos. in Summ. Apostolic.*
dec. verb. Matrimonium n. 32., *et*
sup. Concil. Trident. sess. 4. *cap.*
1. *n.* 133., *Rot. cor. Seraphin. de-*
cis. 900., *et cor. Ludovis. dec.* 395.,
et dec. 204. *n.* 1. *et* 2. *par.* 4. *tom.*
1. *rec.*, *Sac. Congregat. Concil. in*
Romana 15. *Septembris* 1629. — de
revocatione mandati procurae ad 57
nuptias contrahendas *Rot. dec.* 172.
n. 5. *et seqq. par.* 15. *rec.* — de il-
lius traductione per vim ad Eccle-
siam, ejusque contradictione coram
Parocho, et testibus *Rot. dec.* 405. 58
n. 3. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.* — de ipsius
aversione erga conjugem ante, et 59
post matrimonium *Rot. dec.* 23.
n. 17. *par.* 12. *rec.* — de ejusdem re-
pugnantia dormiendi cum sponso,

Digitized by Google

a quo nunquam se cognosci permi-
60 serit, et tandem aufugerit *Rot. d.*
dec. 23. *n.* 21. *et* 22. *par.* 12., *et*
dec. 405. *n.* 13. *par.* 18. *tom.* 2.
rec.

Metus tamen, pro annullando
matrimonio, non probatur per te-
stes non concludentes de circum-
61 stantiis minarum *Rot. dec.* 334. *n.*
9. *par.* 11., *et dec.* 172. *n.* 7. *par.*
15., *et dec.* 490. *n.* 2. *et seqq. par.*
18. *tom.* 2. *rec.;* deponere namque
debent de metu, et circa metum,
de quo in specie agitur, alias nihil
62 relevant *Rot. dec.* 154. *n.* 3. *par.*
14. *rec.* — prout non relevant, ubi
non deponant de persuasionibus et
63 minis, quae illatae fuerint ab eo,
qui illas exequi solet *Rot. d. dec.*
154. *n.* 4. *par.* 14. *rec.* — nihilque
64 probant, si fuerint nulliter exami-
nati *Rot. dec.* 301. *num.* 15. *par.*
11. *rec.*

Excluditur autem metus, si pro
matrimonii validitate praesumptio-
65 nes et conjecturae concurrant *Rot.*
d. decis. 301. *n.* 32. *par.* 11. *rec.:*
veluti si celebratum fuerit cum in-
terventu Episcopi, seu superioris
66 ecclesiastici *Rot. d. dec.* 301. *n.* 38.
par. 11., *et dec.* 67. *n.* 9. *par.* 14.
rec., et cum praesentia consangui-
67 neorum *Rot. dec.* 301. *n.* 37. *par.*
68 11. *rec.* — si subsecuta fuerit, sine
ulla querela, longaeva cohabitatio —
si in actu desponsationis utriusque
conjugis hilaritas concurrit — si sub-
69 sequuutur actus praeseferentes co-
njugalem amorem continuati, prae-
sertim post obitum illius, qui me-
70 tum incussisse dicitur, et regula-
71 riter, metus in celebratione matri-
monii, nisi probetur intervenisse,
non praesumitur *Rot. dec.* 301.
num. 33. 34. 35. 39. 41. *par.* 11.
rec.

Controvertitur, an metus re-
verentialis ad annullandum matri-
monium sufficiat, ut videre est 72
apud *Rot. dec.* 779. *n.* 10. *par.* 3.
et dec. 334. *n.* 5. *par.* 11. *rec.* et
pro affirmativa resolvit *Rot. d. dec.* 73
779. *loc. cit. par.* 3., *et d. dec.* 38.
n. 5. *par.* 16. *rec.:* sed debet esse
qualificatus aut importunis preci-
bus et suasionibus, quae emissae
a persona, cui resisti non potest, 74
vim habent coactionis *Sanch. de*
Matrim. lib. 4. *disput.* 7. *n.* 4. *et*
seq., *Coninck. disput.* 28. *dub.* 5.,
Less. de justit. et jur. lib. 11. *cap.*
17. *n.* 25., *Rot. d. dec.* 38. *num.* 2.
par. 16. *rec.:* aut minis peaecisis,
percussionibus, increpationibus as-
siduis, et saepius repetitis, ac gra- 75
vioribus circumstantiis *Rot. dec.*
301. *n.* 22., *et dec.* 334. *n.* 10.
par. 11. *rec.*, sola namque persuasio
parentum non irritat filiorum con- 76
nubium *Rot. d. dec.* 334. *n.* 11. *par.*
11. *rec.*, nec solae minae patris sua- 77
vis ingenii *Rot. d. dec.* 301. *num.*
23. *d. par.* 11. *rec.:* ideoque testes
generice deponentes jussu patris per
filium nuptias fuisse contractas, me- 78
tum minime probant *ibid. n.* 17., 79
nec etiam eorum dictum attendi
meretur, si deponant de minis qui-
dem in specie, nisi una simul qua-
litas austeritatis paternae, et soliti
minas executioni mandare probe-
tur, ut inter alios voluerunt *Abb.*
in Cap. Ex literis de Desponsat.
impub., *Jas. in leg. Titia* 134. *ff.*
de verbor. obligat. — sed quia jus ca-
nonicum plenissimam, liberamque

requirit voluntatem, atque consensum *Cap. Cum locum* 14. *de Sponsal.*, ideo contrarium sentire videtur *Francisc. Cosci*, alias *Decan. Senens. in Cap.* 1. *num.* 58. *et seqq. De Offic. Judic. delegat.*

Ubi vero judex cogit adimplere sponsalia, quae *libere* fuerint inita, matrimonium subsequens non di-
80 citur metu contractum *Rot. dec.* 784. *sub n.* 5. *par.* 3. *rec.*, ad quae tamen adimplenda quis cogi nequit, quando adest aliqua justa causa,
81 veluti gravis parentum indignatio, odium inter sponsos, periculum scandali, timor sinistri exitus, vel si sponsam vitam inhonestam duxisse constet *Rot. dec.* 19. *per tot. par.* 10. *recen.*, et probavi ego quoque in meis *Votis de Sponsalib. Filiorumfam.*

Incusso metu, is continuat, donec, qui metuit, non sit in sua
82 libertate repositus *Rot. dec.* 526. *n.* 17. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*, et, durante causa metus, purgatus non censetur per oscula, amplexus, aliosque subsequentes actus volunta-
83 rios, neque ex eo, quod vir per duas horas, post contractum ab ipso coacte matrimonium, in uxoris cubiculo remanserit, si metus enim purgatus non fuerit, etiamsi eo temporis spatio cum ea copulam habuerit: id ab illo fieri potuit libidinis tantum impetu, propter occasionem proximam, mulieris nuditatem, ejusque illecebras, incitamenta, et blanditias, cum etiam, sine istis, saepissime verificetur quod ex *Nazianzeno* vulgo fertur —:

Nec tutum est stipulam rapidae committere flammae,
Nec bene cum solo clauditur agna lupo,

seu etiam, quia hunc actum exequi opportunum putaverit pro sua indemnitate propter metum jam incussum, continuatum, et nondum purgatum, et proinde sive ex una, sive ex altera causa id contigerit, absque tamen consensu in matrimonium, idem matrimonium antea nullum, ex hoc convalescere nequit, licet ex hac sola parva mora, nec etiam copulae praesumptio necessario emergere valeat adversus eum, qui invitus perrexit ad thalamum; praesertim si non probetur, quod in lecto cum muliere jacuerit, et constet tempus fuisse nocturnum, ideoque vir ibi potius permanserit, quia, sine maxima alicujus sinistri eventus suspi-
cione, solus egredi non potuerit *Rot.* 84
dec. 643. *n.* 24. 27. 28. 29. *par.* 1. *rec.*

Caeterum neque ex concubitu, neque ex diuturna cohabitatione inter conjuges metus purgatus censetur, et revalidatum matrimonium, quoties enim urget ab initio aliquod substantiale et *publicum* impedimentum, prout est consensus defectus, ex quo nullum redditur matrimonium, neque sponsalia, neque cohabitatio, neque concubitus sufficit; sed quatenus impedimentum sit, ut dixi, *publicum*, non occultum, seu adsit periculum, quod licet occultum, aliquando innotescat, omnia, quae sunt necessaria, et de ipsius essentia, ad illud revalidandum denuo in faciem ecclesiae interveniant, oportet *Fagnan. in Cap. De illis* 9. *n.* 47. *de Desponsat. impuber.*, *Avers. de Matrim. quaest.* 11. *sect.* 4. *vers.*

Digitized by Google

Quantum ad primum, *Gutierrez quaest. Canon. lib.* 1. *Cap.* 18. *per tot.*, *Navarr. cons.* 12. *numer.* 2. *et* 3., *et cons.* 14. *n.* 1. 2. *et* 7. *de Sponsal. lib.* 4., *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 35. *n.* 2. *et seq.*, *Castropal. Oper. Moral. par.* 5. *tract.* 28. *de Sponsal. et Matrim. disput.* 3. *punct.* 7. § 2. *n.* 1., *Monacel. in Formular. tom.* 1. *tit.* 8. *annot. ad formul.* 10. *n.* 17., *Rot. dec.* 204. *n.* 2. *et* 4. *par.* 4. *tom.* 1., *et decis.* 405 *n.* 13. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, *et in Romana Matrimonii* 3. *Julii* 1719. § *Hinc descendendo*, et in ejus confirmatoria 11. *Decembris* 1719. § *Jam vero cor. Corio.* — minusque concubitus inducere potest matrimonii ratificationem, si pars, quae metum passa fuit, illud ob hanc causam nullum esse et invalidum ignorabat, sed potius cum errore illud esse validum supponebat, quia error operatur, ut errans verum et necessarium non praestet consensum *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 36. *n.* 3., *Pirching. in Jus Can. tit. de Sponsal. n.* 113.

In muliere autem purgatio metus excluditur, si illa semper conquesta est de vi sibi illata ad contrahendum matrimonium, et a viro
85 tandem ob hanc causam aufugit *Rot. d. dec.* 405. *n.* 13. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*

Matrimonium quoque contra-
86 ctum per aliquem intra carceres constitutum, ob defectum veri consensus, potest esse nullum, ideoque antequam contrahatur, discuti debet et diligenter examinari, an plena carcerati deliberatio concurrat, seu coacte, animoque reluctante, aut metu gravi et cadente in constantem virum incusso, ad illud ineundum inducatur; metus enim hujusmodi evertit connubia, et, ne valide celebrentur, operatur *Cap. Veniens* 15. *de Sponsal.*, *Rot. dec.* 2. *per tot.* post mea *Vota De Sponsal. Filiorumfam.*

Potissimum si matrimonium contractum fuerit ab ipso carcerato, seu ab alio, ob metum perpetuae sibi comminatae carcerationis, quae 87
metum cadentem in constantem virum inducit *Card. Tolet. in instruct. Sacerd. lib.* 7. *d. cap.* 8. *sub. n.* 1.; illumque infert comminatio excommunicationis, qua nulla major poena dari potest in ecclesia Dei *Can. Corripiantur* 17. *caus.* 24. *quaest.* 3. — sicut et timor amittendi honoris *Sanch. de Matrim. lib.* 4. *disput.* 5. *n.* 11. et 89
amissionis status, seu officii, quod 90
speratur *leg. Isti quidem* 8. *ff. de eo quod met. caus.*, *Sanch. loc. cit. n.* 10. *et* 25. *De Just. de dispensat. Matrim. lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 30. et *seqq.*, *et n.* 44. *et seqq.*, timor enim jacturae honoris, praesertim in viro nobili, ipsa morte est gravior *d. leg. Isti quidem* 8. 91
ff. de eo quod met. caus. — nec solus timor, seu metus, sed etiam ipsa probabilis suspicio est causa nullitatis. Hinc si quis, ob transgressionem praecepti *de non conversando* sub poena triremium cum aliqua foemina, fuerit carceratus, etsi nunquam eam desponsare promiserit, adhuc cum ipsa matrimonium ineat quia si voluntati judicis hoc injuste jubentis non

obtemperans probabiliter suspicetur, quod poena triremium, licet in hoc casu nimis exorbitans (ut alibi dicam) executioni demandetur, quatenus deinde probare possit, quod, propter hanc suspicionem matrimonium contrahere simulaverit, veluti si ante matrimonium, non libero consensu et voluntate, sed coacte ob hanc causam illud inire vel in scriptis secreto alicui personae, seu notario traditis, vel verbis coram duobus, vel tribus testibus protestatus fuerit, matrimonium irritum erit judicandum, quia ad id sufficit etiam instantis
92 periculi probabilis suscipio *Gloss. in Cap. Cum dilectus 6. verb. metum De his quae vi, met. caus. Sperell. dec. 5. n. 31. et seqq.* ubi concordantes.

Ad irritandum namque matrimonium, quod significat conjunctionem Christi cum Ecclesia quae fundatur in amore libero ac voluntario non in coactione, satis est minor metus, quam in caeteris
93 contractibus propter maximam voluntatis libertatem, quae in illo desideratur *Menoch. caus. 2. n. 233. lib. 1., Sperell. d. dec. 5. n. 74. et seqq.*, quod et procedere in ter-
94 minis matrimonii etiam spiritualis respondit *Sac. Congregat. Concil. in Asten. nullitatis professionis 20. Septembris 1710.* impress. penes *Piton. discept. eccles. 58. num. 47. tom. 3.*; hoc enim matrimonio carnali aequiparatur, ita ut de uno
95 ad aliud validissimum sit argumentum *Rot. dec. 2. n. 11. par. 8. rec.*

Hic autem timor operatur, ut, consensus cum eo praestitus, non sit verus sed simulatus, et consequen- 96
ter nullum sit matrimonium *Cap. Tua nobis 26. de Sponsal., Koninck, de Sacram. tom. 2. disput. 26 n. 68. in fin. et seqq., Cabassut. in theor. et prax. Jur. Can. lib. 3. cap. 17. n. 6. et 9., Gobat. Oper. Moral. tom. 1. tract. 9. cas. 18. sect. 1. appendic. 2. pag. Mihi 642.* non solum in foro conscientiae, sed etiam in foro externo, licet enim in foro fori, juxta legale axioma, *plus valeat quod agitur, quam quod simulate concipitur*, hoc tamen procedit quando de simulatione non constat ex urgentibus indiciis et conjecturis, vel ex aliquo externo signo argui nequit animus contrarius actui simulantis, ut his verbis optime distinguit *P. Girald. in Exposit. Jur. Pontific. etc. tom. 1. sect. 518, vers. Non primum*: secus vero si simulatio aliquo modo probetur, matrimonium enim simulatum dicitur pictum seu coloratum, spiritu
carens, ut umbra, ac sine ulla sub- 97
stantia et effectu, ob deficentiam veri consensus, qui solus est effi-
ciens et substantialis causa matri- 98
monii *Koninck. loc. cit. disput. 24. dub. 5. n. 48., et dub. 9. n. 72., Cabassut. ubi supra d. cap. 17. n. 9. et cap. 24. sub n. 1.*, illiusque de-
fectus suppleri nequit ab ipso Deo, 99
ut relatis concordantibus probat *De Just. de dispensat. matrim. lib. 2. cap. 12. n. 4.* = ibi = *Et quamvis Deus sit verus Dominus ipsorum corporum, tanquam et ipsi contrahentes, imo supremus sit et independens, tamen non poterit ab eo fieri, ut constet matrimonium absque ipsorum contrahentium con-*

Digitized by Google

sensu — multoque minus a Principe saeculari, nec ab Ecclesia, nec a Papa, ut prosequitur idem *De Just. loc. cit. n.* 20. *et seq.*

Conjecturae tamen et praesumptiones dictam simulationem concludentes, quae, data causa simu-
100 landi, leviores et duae tantum plene sufficiunt *Episc. Rocc. disput. Jur. select. tom.* 1. *cap.* 46. *n.* 5., *Rot. in Romana, seu Albanen.* 4. *Maii* 1708. § *Denique coram Card. Polignac.*, non semper desumuntur a metu, sine quo (concurrente assertiva simulantis et causa simu-
101 landi) etiam simulatum matrimonium esse potest, veluti

Si vir nullo unquam tempore in animo habuit in uxorem ducere mulierem, quam desponsavit, sed semper et continuo votum contrahendi matrimonium cum alia, ex
102 qua constanti voluntate bene probatur matrimonii simulatio *Barbos. Vot. decis. lib.* 2. *art.* 17. *n.* 135. —

Vel si vir antea pluries promiserit, et promissionem ratificaverit etiam cum juramento, ducere
103 in uxorem, non quam duxit sibi invisam, sed aliam puellam, cui promisit fidemque dedit, quamque potius desponsare peroptet, quibus attentis promissionibus, matrimonium cum alia contractum nequit aliter considerari, quam simula-
104 tum, quia velle quis non praesumitur id quod facere non potest *Rot. cor. Ludovis. dec.* 531. *n.* 3., maxime si agatur de viro nobili, siquidem nobiles semper cordi habent valdeque sunt zelotypi, ut
105 par est, eorum obstrictam fidem liberare, et pro ipsis semper praesumitur *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 20. *n.* 20. *et seqq.*, *Pignatell. consult.* 183. *n.* 6. *tom.* 1., *Rot. cor. Falconer. tom.* 2. *tit.* 17. *dec.* 2. *n.* 5. —

Vel si vir sub promissione futuri conjugii puellam defloraverit, ad quam ducendam praecise cogi
poterat tam de jure divino *Exod.* 106
cap. 22. *vers.* 16., quam de jure canonico *Cap.* 1. *de Adult.*, *Gobat. Theol. Moral. tom.* 1. *tract.* 9. *cas.* 2. *n.* 69. 79. *et seqq.*, *Rot. cor. Card. Caprur. dec.* 304. *et* 319. *utrobique n.* 1., proindeque nisi vel ob inimicitiam inter deflorantem et defloratam, vel ob aliam causam contrarium probetur, non est verisimile quod promissor, in contemptum suae praecisae obligationis et in perniciem tam magnam ipsius puellae, contrahere voluerit verum et spontaneum matrimonium cum
alia, et quod non est verisimile non 107
est credibile *Sanch. de matrim. lib.* 3. *disput.* 46. sub *num.* 2., nec praesumendum *Cap. Quia verosimile* 10. *de praesumpt.* —

Vel si adolescens desponsaverit mulierem nec pulchram nec juvenem, sed annosam et fere quadragenariam, cum non sit verisimile,
quod hanc praeferre voluerit puellae 108
juveni, satis formosae, suaeque dilectae, quam tunc temporis etiam intemerato prosequebatur amore, nisi simulate cum alia matrimonium contrahendo *Rot. cor. Merlin. dec.* 835. *n.* 4. *et* 5., *et in Romana seu Albanen. Matrimonii* 4. *Maii* 1708. § *Addebatur cor. Card. Polignac.* —

Vel si vir, ante matrimonium cum alia ineundum, expresse protestatus fuerit suaeque amasiae decla-

raverit se nequaquam velle libere dare consensum praedicto matrimonio, sed talem actum solummodo simulare nullatenus praejudicialem tot promissionibus factis ipsi amasiae de eam in uxorem ducendo,
109 ex qua sane protestatione resultat probatio ficti et simulati consensus *Petr. de Ledesm. de Matrim. quaest.* 45. *art.* 4., *Sanch. eod. tract. lib.* 2. *disput.* 45. *num.* 22; animus enim, ex verbis ante actum
110 prolatis, semper declaratur *Spad. cons.* 289. *n.* 23. *tom.* 3., potissi-
111 mum si cum protestatione concurrat etiam juramentum super ficto
112 consensu, tunc enim indubia redditur matrimonii simulatio *Koninck. de Sacram. disput.* 26. *dub.* 6. *n.* 73. *tom.* 2., ibi „ *Demum multi, quos citat Sanchez etc., ajunt sufficienter probari dissensum, quando constat contrahentem prius serio protestatum esse, se ficte contracturum: alii tamen volunt hoc solum esse verum, quando haec protestatio fit praesente et consentiente parte etc., sed hoc solum probat scientiam ac consensum partis esse necessaria, ut ipsi non fiat injuria, non autem ut alter possit probare ficte consensisse. Quare crediderim illud verum esse, quoties ita protestatus postea iterum juratus asserit se ficte contraxisse, et sui facti probabilem aliquam causam affert, quae, spectato ipsius ingenio, videatur eum ad fingendum potuisse permovisse, quia vix videtur certius ficti consensus argumentum posse afferri.* „ —

Vel si, quamvis juxta juris canonici et sacrosanti *Concilii Tridentini* sanctionem, antequam matrimonium contrahatur, denuncia- 113
tiones omnino requirantur *Koninck. loc. cit. disput.* 27. *dub.* 5. *per tot.*, *Cabassut. in theor. et prax. Jur. Can. lib.* 3. *cap.* 20. *n.* 1. *et seq.*, illae tamen omissae fuerint, ex quarum omissione, et matrimonium 114
dicitur clandestinum *Castropal. Oper. Moral. par.* 5. *tit. de Sponsal. disput.* 2. *punct.* 13. § 1. *n.* 3., *Zerol. in prax. Episc. tom.* 1. *verb. Matrimonium* § *Tertio cum haec materia*, et arguitur etiam matrimonii simulatio *Altograd. cons.* 96. 115
n. 65. *et* 171., *Spin. cons.* 1. *n.* 11., *Sperell. dec.* 5. *n.* 42., *Rot. cor. Molines dec.* 972. *n.* 8. *tom.* 4. —

Vel si matrimonium modo insolito celebratum fuerit, veluti si celebratum sit in alia ecclesia, quam parochiali, non coram parocho, sed 116
coram alio sacerdote specialiter deputato, de nocte, etc., quae omnia demonstrant illud fuisse simulate contractum, nam alias (nisi constet de aliqua honesta causa, aut de consuetudine, seu abusu ita faciendi) in ecclesia parochiali, et coram proprio parocho, ut ab omnibus fieri solet, contractum fuisset *Farinacc. quaest.* 162. *n.* 164., *Menoch. de praesumpt. lib.* 3. *praesumpt.* 122. *n.* 67. *et* 95., *Rot. cor. Molines dec.* 877. *n.* 13. *tom.* 3., *et dec.* 972. *n.* 2. *tom.* 4., *et cor. Caprar. dec.* 69. *n.* 6., *et in Romana seu Januen. Laudi* 26. *Febr.* 1698. § *Adeo autem cor. Card. De la Tremoille.* —

Vel si matrimonii celebratione nec intervenerint nec vocati fuerint consanguinei, propinqui, et 117

Digitized by Google

amici, nec sponsam ad ecclesiam et, inito matrimonio, ad domum sponsus associaverit; neque nuptia-
118 libus vestibus eadem ornata ad hunc actum comparuerit; minusque ullo unquam tempore facta fuerit in laetitiae signum lauta caena, nullumque convivium, imo nec minima refectiuncula — cum enim
119 haec omnia sint contra omnium gentium praxim, quae in nuptiarum celebratione servatur, praesertim nobilium, ut notissimum est, et habetur etiam in *Genes. cap.* 29. *vers* 22., quorum propria et pe-
120 culiaris est munificentia et liberalitas *cap.* 1. *de Donat.*, *Tiraquell. de Nobilit. cap.* 37. *n.* 40., *Menoch. de praesumpt. lib.* 6. *praesumpt.* 59. *n.* 6., *Rot. cor. Buratt. dec.* 143. *num.* 6., nisi appareat, quod id tantummodo omissum fuerit pro evitando aliquo impedimento, quod ad avertendum matrimonium imminebat, praesumitur matrimonium fuisse simulatum *Genuens. in prax. cap.* 87. *sub n.* 4. juxta impress. *Rom. anni* 1630. *vers. Quando non fuerunt adhibiti consanguinei, conjuncti, et amici, sicut adhiberi consueverunt*, *Sperell. dec.* 5. *n.* 49., *Rot. cor. Buratt. dec.* 634. *num.* 8. —

Vel si vir incontinenti post contractum matrimonium adversus
121 mulierem ab eo desponsatam suum odium patefecerit, quod esse signum simulationis ex eo argumentatur, quod non facile quis contemnit nec odio habet id, quod
122 ipse diligit *Genuens. loc. cit. n.* 2. *Ursaya discept. Eccles. tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 30 *n.* 53., *Oliver. de Matrim. nullit. pag.* 53. = ibi = *Probatur vero dissensus, quia si vere consensisset illam non sprevisset* =; matrimonium enim nonnisi ob benevolentiam et amorem 123
contrahitur *Gobat. Oper. Moral. tom.* 1. *tract.* 10. *cas.* 3. *n.* 104. *in fin.* —

Vel si vir impedire conatus fuerit ne matrimonium in libro 124
matrimoniorum describeretur, declarans, quod nullum illud erat atque fictitium, quando e contra omnes, qui valide ac legitime contrahunt matrimonium, nunquam impediunt, sed omnino satagunt et curant, ut, juxta dispositionem *Sac. Concil. Trident. cap.* 1. *sess.* 24. *de reformat. matr.*, in dicto libro describatur, ut in posterum et omni futuro tempore illud probari possit, ac ostendi legitimitas pariter prolis ex matrimonio susceptae — praedictum ergo impedimentum directe matrimonio contrarium, illud simulatum fuisse demonstrat *Tondut. resolut.* 179. *n.* 2. *par.* 2., *Rot. cor. Molines dec.* 972. *n.* 20. *tom.* 4., *et in Romana, seu Albanen.* 4. *Maii* 1708. § *Addebatur cor. Card. Polignac.* —

Vel denique ex aliis conjecturis, argumentis, et praesumptionibus, quae, juxta facti circumstantias in similibus matrimoniis contrahendis, concurrere poterunt, quibus sive numero pluribus, sive mi- 125
noribus praesertim simul junctis et unitis, ut monet *Rot. coram Merlin. dec.* 714. *n.* 31., *et cor. Card. Caprar. dec.* 7. *n.* 6. *et dec.* 480. *n.* 12., nihil obstare poterit

Text. in Cap. Per tuas 10. *de Probat.* ubi quod *nimis indignum est*, *quod sua quisque voce dilucide protestatus est*, *in eumdem casum proprio valeat testimonio infirmare*, id enim intelligitur de
126 nudo testimonio nulla conjectura, nullaque ratione confirmato, secus vero ubi plures conjecturae pluraque fundamenta simulationem concludentia afferuntur, ut cum *Sot. in* 4. *dist.* 27. in proposito satis explicat *Pignatell. consult.* 136. *n.* 11. *tom.* 9.

CAP. IX.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Ordinem.

SUMMARIUM.

1 Dirimit Ordo matrimonium contractum per clericos in sacris ordinibus constitutos.
2 Clerici in minoribus, matrimonio contracto, ad majores ordines ascendere nequeunt.
Limita tamen quoad clericos graecos *num.* 4.
3 Sed si clerici, quoque graeci, ad sacros ordines jam promoti fuerint, deinde nec licite nec valide matrimonium contrahunt.
5 Clericus sive latinus, sive graecus ad majores ordines jam promotus, nulliter uxorem ducit, fit irregularis, sacrilegium committit, excommunicationem incurrit, et ad altiora conscendere nequit, nisi Religionem ingrediatur.
6 Presbyteri ducentes uxorem deponuntur.
7 Post peractam poenitentiam Episcopus cum eis dispensare potest.
8 Minores ordines nec impediunt, nec dirimunt matrimonium.
9 Solemne votum non minoribus, sed majoribus ordinibus est annexum.
Clericus in Sacris constitutus de re non sua, scilicet de castitate disponere nequit. *ibid.*
10 Quare in Testamento Veteri Sacerdotibus, et Levitis uxorem ducere licebat.
Quare id non liceat etiam Sacerdotibus Testamenti Novi *ibid.*
11 Votum solemne castitatis est annexum ordini sacro ex lege Pontificia.
12 Papa super eo dispensare potest.

ORDO.

Ordo dirimit matrimonium contractum per clericos in sacris ordinibus jam constitutos, quia Ecclesia eos inhabilitavit ad illud valide contrahendum *Cap.* 1. *Cap. Ex literarum* 2. *Qui Cleric. vel Vovent. Cap.* 1. *De Cleric. Conjugat. Cap. unic. de Vot. in* 6. *Cap. Presbyteris* 8. *dist.* 27. *Cap. Presbyterum* 16. *dist.* 28. *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *de Matrim. Can.* 9., retenta tamen distinctione, de qua in superiori *Cap.* 4. *n.* 7. et 8. 1

Et si fuerint clerici in minoribus, et matrimonium contraxerint,
2 ad majores ordines ascendere nequeunt, exceptis graecis, qui postquam ad sacros ordines sunt promoti, nec licite, nec valide matri-
3 monium contrahunt — secus si antequam promoveantur illud ineant, tunc enim suscipere deinde possunt sacros ordines, et continuare individuam consuetudinem, vitamque conjugalem cum uxore, quam prius
4 duxerint *Cap. cum olim* 6. *de Cleric. Conjugat. Cap. Aliter* 13. *dist.* 31. *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 6. *num.* 4., *Azzor. Instit. Moral. par.* 1. *lib.* 13. *cap.* 12. *quaest.* 5., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 28. *n.* 5., *D. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 84. *art.* 3. *in corp.*

Hinc sive latinus, sive graecus Subdiaconus, multoque magis Diaconus, et Sacerdos, si uxorem, licet nulliter, duxerit, *Cap.* 1. *De Cleric. Conjugat. Can.* 1. *Can. Si quis eorum* 7. *Can. Erubescant.* 11. *dist.* 32., committit sacrilegium, fit irregularis *Cap.* 1. *et* 2. *Qui Cleric. vel vovent.*, *Covarruv. in Epitom. ad* 4. *Decretal. par.* 2. *tit. de Matrim. cap.* 6. § 3. *n.* 1., ad altiora conscendere minime potest, nisi
5 Religionem ingrediatur, *d. Cap.* 1. *Cap. Ex literarum* 2. *Qui Cleric. vel Vovent.*, et una simul excommunicationem incurrit, *d. Cap.* 1. *De Cleric. Conjugat.*, *Clement. Unic. De Consanguinit.* — ibi — *Religiosos, et Moniales, ac Clericos in sacris ordinibus constitutos matrimonia contrahentes refraenare metu poena ab hujusmodi temeritatis audacia cupientes, ipsos excommunicationis sententiae* IPSO FACTO *decernimus subjacere. Praecipientes Ecclesiarum Praelatis, ut illos, quos eis constiterit taliter contraxisse, excommunicatos publice tamdiu nuntient, seu a subditis faciant nuntiare, donec suum humiliter recognoscentes errorem, separentur ab invicem, et absolutionis obtinere beneficium mereantur. Per praedicta quoque juribus, quae sic contrahentibus alias poenas imponunt, in nullo volumus derogari* — et prae caeteris advertit etiam *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 52., *et cap.* 27. *num* 141., cum aliis poenis, de quibus *Diaz. in Pract. Crimin. Cap.* 74.

Presbyteri vero ducentes uxorem sunt praeterea ab Ordine de- 6
ponendi ad text. in *Cap. Presbyter* 9. *dist.* 28.: at Episcopus, post peractam condignam poenitentiam, 7
potestatem habet cum eis dispensandi juxta dispositionem text. in *Cap. Sane* 4. *De Cleric. Conjugat.* — ibi — *Sane Sacerdotes illi, qui nuptias contrahunt, quae non nuptiae, sed contubernia sunt potius nuncupanda, post longam poenitentiam, et vitam laudabilem continentes, officio suo restitui poterunt, et ex indulgentia sui Episcopi ejus executionem habere* —; qua tamen potestate hodie uti non posse *in Addit. ad Thesaur. de poen. eccles. cap.* 4. *verb. Matrimonium num.* 3. *ex Ameno tom.* 3. *de delict., et poen. tit.* 8. § 5. *verb. Abusus Matrimonii n.* 2. *et seqq.*, tenet R.mi *P. Girald. in Exposit. Jur. Pontific. etc. sect.* 686. *vers. Accessit, et seq. tom.* 2.

Digitized by Google

Minores autem ordines nec impediunt matrimonium contrahendum, nec dirimunt jam contractum,
8 nec contrahentes peccant, DD. in *Cap.* 1. *De Cleric. Conjugat. Can. Si qui vero* 2. *Can. Seriatim* 14. *dist.* 32. *D. Thom. in addit.* 3. *par. quaest.* 53. *art.* 3. *Covarruv. in Epitom. ad* 4. *Decretal. par.* 2. *tit. de Matrim. cap.* 6. § 3. *n.* 4.; solemne namque votum non minoribus ordinibus, sed ordini sa-
9 cro tantummodo est adnexum, unde quemadmodum nemo de re non sua aliquid facere potest, sic in sacris constitutus de re non sua, scilicet de castitate, quam promisit, disponere nequit.

Nec refert, quod sacerdotibus et levitis testamenti veteris uxores
10 ducere liceret, nam inter eos et clericos novi testamenti par non est, eademque ratio. Siquidem illis, propter sobolis successionem uxoris, usus fuerat relaxatus, quia non ex alia, quam ex Tribu Levi quisquam ad Dei ministerium admitti poterat; sed novi testamenti sacerdotes eligi possunt de quacumque natione, quibus sacerdotium vel ministerium sine successione est, ut declarat text. in *Can. Proposuisti* 2. *dist.* 82.; et proinde in ipsis, prout in levitis et clericis testamenti veteris eadem non urget matrimonii necessitas.

Quia vero votum castitatis esse adnexum ordini sacro ex Pontificia
11 tantum lege tenet communis *D. Thom.* 2. 2. *quaest.* 88. *art.* 11. *Covarruv. loc. cit. par.* 2. *cap.* 6. § 3. *num.* 1. *Marquard. de Cœlibat. par.* 1. *cap.* 1. *ad fin.*, ideo,
ut alibi dixi, Papa dispensare po- 12
test, quoties gravis causa concurrit, cum subdiacono, diacono, sacerdote, et episcopo, ut aliquando factum est, et primitivae ecclesiae usus comprobat late *Sot. de Just. et Jur. lib.* 7. *quaest.* 6. *artic.* 2. *per tot.*

CAP. X.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Ligamen.

SUMMARIUM.

1 Ligamen est vinculum matrimonii, quod dirimit aliud subsequens matrimonium sive primum consummatum fuerit, sive tantummodo ratum:

2 Sive inter conjuges separatio quoad torum jam praecesserit.

3 Hoc secundo contracto, separari debent contrahentes, et conjux delinquens ad primum conjugem redire tenetur.

4 Pluralitas uxorum, seu virorum prohibita est nedum de jure ecclesiastico, sed etiam divino.

5 Non obstat exemplum antiquorum SS. Patrum, qui plures habuerunt uxores, et quare.

6 Dubitans de morte prioris conjugis, novas nuptias contrahere nequit:

7 Secus si de ea moraliter certa habeatur notitia.

Digitized by Google

8 Ad hanc probationem faciendam, servanda est instructio Congregationis S. Officii.

9 Qui dubitans de morte conjugis novum matrimonium contrahit, petere nequit, sed reddere tenetur debitum alteri, qui de illa non dubitat:

10 Sed si ambo sint in dubio, nemo debitum petere aut reddere potest.

11 Si uterque bona fide contraxerit separandi sunt, si deinde appareat primum conjugem non esse mortuum, et cum hoc jam conjugatus ad eum redire debet:

12 Separandi quoque sunt etiamsi, contracto secundo matrimonio, deinde primus conjux obierit:

13 Et, si voluerint continuare cohabitationem, de novo legitime contrahere debent, et nolentes non sunt cogendi:

14 Filii tamen jam suscepti ex hoc matrimonio, si contractum fuerit assensu Ecclesiae, reputantur legitimi, et ad haereditatem sunt admittendi.

15 Vir conjugatus, qui mulierem ejus conjugium ignorantem duxerit, hanc ab ipso deceptam, mortua ejus uxore, volentem tamen retinere tenetur.

LIGAMEN.

Ligamen est vinculum matrimonii, quo uterque conjux, dum vivit, indissolubili nexu detinetur, quodque, quousque consistit, dirimit aliud subsequens matrimonium per virum aut uxorem attentatum,
sive primum consummatum fuerit,
sive etiam tantummodo ratum *Cap.* 1
1. *De Spons. duor. Cap. Significavit* 2. *de eo, qui dux. in Matrim. Gonzalez in Cap. Licet* 3.
De Spons. duor., sive praecesserit
inter eosdem legitimos conjuges separatio quoad torum, et cohabita- 2
tionem. Adhuc enim neuter ex ipsis conjugibus, altero vivente, novum matrimonium cum alio seu cum alia contrahere potest, *Cap. Ex literarum* 4. *De eo, qui dux. in Matrim.;* et si contractum fuerit, statim contrahentes separari debent, et conjux delinquens ad primum conjugem redire tenetur, quia plu-
ralitas uxorum seu virorum pro- 3
hibita est nedum de jure ecclesia-
stico, sed etiam divino, *Cap. Gau-* 4
demus 8. *De Divort. Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *de Sacram. Matrim. Can.* 2., at hoc idem habetur *ex D. Matth. cap.* 19. *vers.* 9. *ex D. Marc. cap.* 10. *vers.* 6. *et seqq.*, *et ex D. Luc. cap.* 16. *vers.* 18.

Nec quidquam relevat exemplum SS. Patrum qui in veteri
testamento plures habuerunt uxo- 5
res, nam, ex divina revelatione et dispensatione propter necessitatem multiplicandi humanum genus, eas duxisse respondent communiter Doctores.

Hinc sive vir sive mulier matrimonii nexu ligatus seu respecti-
ve ligata, dubitans de morte prioris 6
conjugis, novas nuptias contrahere nequit, donec morali certitudine non constet quod, idem ejus conjux, ab humanis evaserit: hoc enim vinculum seu ligamen per mortem unius ex conjugibus tantum dissol-

Digitized by Google

vitur, et tunc superstiti ad secundas nuptias transire licet, cum de
7 ea moraliter certa habetur notitia *Cap. In praesentia* 19. *De Sponsal. Cap. Dominus* 2. *De secund. nupt.*, circa cujus probationem servanda est instructio sacrae Congregationis
8 supremae et universalis Inquisitionis relata a *Monacell. in Appendic. ad Formular. tom.* 3. *instruct.* 6. *pag. Mihi* 220.

Qui tamen cum dubio de morte
9 conjugis matrimonium contrahit cum alio bonam fidem habente, huic tenetur reddere debitum, sed illud petere nequit, nisi dubium prudenter deponat, *d. Cap. Dominus* 2. *De secund. nupt. Cap. Inquisitionis* 44. *De Senten. Excommunicat.*; ubi quod insuper, si ambo fuerint in dubio, nonnisi, eo pru-
10 denter deposito, debitum petere aut reddere possunt.

Si vero bona fide uterque contraxerit, et deinde appareat, quod conjux, qui putabatur mortuus, adhuc vivat, statim alter ab altero est separandus, et quia jam antea conjugatus secundum hoc matri-
11 monium contraxerat, quia se in viduitate reperiri credebat, ad priorem conjugem redire debet.

Nec aliter servandum est, si constet priorem conjugem vixisse eo tempore, quo contractum fuit, sub supposito ejus mortis, secundum matrimonium, licet, hoc secundo vix inito matrimonio, vere decesserit; quia sunt pariter separandi: nam matrimonium eo primo conjuge vivente contractum, etsi ille postea ex hac vita migraverit, 12
adhuc fuit ab initio nullum *d. Cap. Dominus* 2. *De secund. nupt.*, nec convalescere potest per subsequentem obitum primi conjugis ad regulam text. *in Cap. Non firmatur* 18. *De reg. Jur. in* 6. — si tamen isti, qui bona fide conjugium inierunt, secuta primi conjugis morte, continuare inter se voluerint conjugalem cohabitationem, de novo matrimonium legitime contrahere tenentur, sed si id facere renuant, compelli minime possunt, licet 13
filii, quos jam ex hoc matrimonio, quamvis invalido, susceperint, dummodo contractum fuerit ex judicio et cum consensu Ecclesiae, repu- 14
tantur legitimi et ad haereditatem sunt admittendi ad text. expressum in *Cap. Perlatum* 8. *Qui filii sint legitim.*

Hanc tamen optionem non habet vir conjunctus, qui, constante matrimonio sibi noto, eoque non obstante, mulierem duxerit de ejus vinculo conjugali penitus ignaram, nam ejus defuncta uxore, praedicta mulier, quae illi nupsit, 15
quia liberum eum esse credebat, quatenus ipsa velit, est ab eo ut uxor, legitime retinenda, *Cap.* 1. *De eo, qui dux. in Matrim.*

Qui autem hoc enorme facinus malitiose et fraudolenter committunt (quod proprie poligamia nuncupatur) subjacent poenis, de quibus in *seq. Cap.* 2. *Lib.* 3.

Digitized by Google

CAP. XI.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Publicam Honestatem.

SUMMARIUM.

1 Impedimentum dirimens Publicae Honestatis introductum est jure tantum ecclesiastico.
2 Oritur ex sponsalibus de futuro, et ex matrimonio tantum rato, *et num.* 15., *et seq.*
3 Ex sponsalibus de futuro dirimit matrimonium inter sponsum, et consanguineos sponsae, et e converso:
4 Sive sponsalia per obitum unius ex contrahentibus non habuerint effectum, sive alter eorum ab illis recesserit, sive eorum mutuo consensu dissolvantur.
5 Etiamsi de illorum celebratione constet per publicam diffamationem.
6 Hoc impedimentum non egreditur primum gradum:
7 Nec oritur nisi sponsalia fuerint valida, *et n.* 18. 38. 40. 86. 93.
8 Contractis sponsalibus cum sponsa, habitaque deinde copula cum sorore sponsae, neutram deinde ducere potest.
9 Habita carnali copula per virum cum puella, et contractis deinde sponsalibus cum sorore ejusdem puellae, desponsare potest primam, non autem secundam.
10 Contractis sponsalibus cum puella, habitaque deinde copula in figura matrimonii cum illius sorore, hac defuncta, non potest ducere primam,
11 Non ratione impedimenti publicae honestatis,
12 Sed ratione impedimenti affinitatis ex copula illicita:
13 Super quo in foro interno et externo dispensari solet.
14 Innocentius XII. facultatem concessit Magno Poenitentiario dispensandi super impedimento occulto affinitatis ex copula, seu ex actu fornicario proveniente.
15 Impedimentum publicae honestatis extenditur ad quartum gradum inclusive ex matrimonio sive valido, sive invalido:
16 Modo non fuerit invalidum ex defectu consensus, *et n.* 92.
Idem impedimentum non oritur ex matrimonio rato inter amentes, furiosos, ebrios, et gravi metu ad illud ineundum coactos § Quamobrem *ibid.*
Contractis sponsalibus per virum cum puella, et deinde matrimonio cum ejus sorore, poterit nihilominus contrahere matrimonium cum prima, cum neutra tamen, si copulam etiam cum secunda habuerit. § Notandum *ibid.*
Affinitas praecedentia sponsalia dissolvit, sponsalia vero sive de futuro, sive de praesenti praecedentia sponsalia non dissolvunt *ibid.*
An impedimentum publicae honestatis oriatur ex matrimoniis

clandestinis § Quaeritur, *et seq. ibid.*

17 Casus, in quo dubitatur, an obstet impedimentum publicae honestatis *et n. seq.*

19 Sponsalia a filiisfamilias absque parentum consensu contracta, sunt valida.

Distingue, ut *num.* 36. *et seqq.*

20 Non licet filiisfamilias, insciis vel invitis juste parentibus, contrahere matrimonium, obsistente naturali, divino, et ecclesiastico praecepto, *et n.* 64.

21 Alias peccant,

22 Maxime si illud contrahant cum persona indigna.

23 Illudque ineuntes sacrilegium, seu sacrilegia committunt.

24 Prohibito matrimonio, prohibita quoque sunt praecedentia sponsalia, *et num.* 26. 28. 65.

25 Sponsalia sunt promissio et repromissio futurarum nuptiarum,

26 Et via ad futuras nuptias

27 Connexorum idem est judicium.

29 Matrimonium licet illicitum, est indissolubile — sponsalia vero, si prohibeantur, idem est ac si irritentur.

30 Quaecumque promissio etiam jurata de re illicita nullam parit obligationem uti damnata a jure civili,

31 Et canonico.

32 Juramentum promissorium circa materiam honestam et licitam est servandum virtute religionis:

33 Secus praestitum circa rem inhonestam et illicitam mortaliter, seu venialiter, seu etiam contra bonos mores.

34 Actus absolute prohibiti per juramentum confirmari nequeunt, et quare.

35 Clerici nec accedente juramento prorogare valent judici laico jurisdictionem.

36 Sponsalia filiorumfamilias sunt valida, nec ipsi peccant, si illa contrahant certo credentes ea rata parentes habituros, aut si parentes injuste contradicant, nec filii contrahant cum indigua, *et n.* 38. 39.

37 Tobias, inscio patre uxorem duxit, et tamen non peccavit, et quare.

41 Sponsalia a filiisfamilias temere contracta, insciis vel invitis parentibus, sunt illicita, peccaminosa et invalida, *et num. seqq., et sub num.* 66. *et seqq., et num.* 105.

42 Filii lethaliter peccant, si, insciis parentibus, matrimonium contrahant etiam cum persona honesta.

52 Valida non sunt sponsalia contracta cum viro honestae familiae a puella familiae honestioris sine parentum consensu:

53 Nec a puella cum viro aequalis conditionis, sed inferioris fortunae non obstante juramento.

59 Alexander III. declaravit reum perjurii juvenem, qui, sine parentum consensu, juraverat ducere in uxorem suam concubinam.

60 Priora sponsalia, legitime contracta per posteriora licet jurata vel etiam accedente co-

pula, non dissolvuntur, *et num.* 62. 66,

Limita si posterioribus accesserit matrimonium *ibid.*

61 Juramentum adhibitum pro confirmandis sponsalibus, quae vergunt in praejudicium tertii, nullam parit obligationem.

63 Promissio matrimonialis facta per catholicum mulieri haereticae non subsistit, *et n.* 66.

64 Sponsalia a filiisfamilias injussu parentum contracta maxime cum indigna, laedunt in re gravi praeceptum obedientiae, et vergunt in praejudicium parentum, et consanguineorum, totiusque familiae,

65 Et sunt turpia et peccaminosa.

67 Quemadmodum jurata promissio de occidendo etc. est ab initio invalida, quia sine peccato adimpleri non potest:

68 Ita invalida sunt ab initio sponsalia etiam jurata a filiis injussu parentum inita, quia sine sacrilegio adimpleri nequeunt, *et num. seqq.*

71 Et si adimpleantur, temere juratur, et impie, quod juratur, impletur.

72 Nonnulli Episcopi irrita fecerunt quaecumque sponsalia clandestina etiam copula subsecuta:

73 Quam facultatem habent.

74 Irrita tamen facere nequeunt matrimonia sine denunciationibus inita, *et num.* 76.

75 Impedimentum dirimens solum a Summo Pontifice induci potest.

77 Satis Ecclesia declaravit irrita sponsalia a filiis contracta insciis vel invitis juste parentibus cum statuit, ex promissione de re inhonesta et illicita mortaliter seu venialiter etiam jurata, nullam oriri obligationem.

78 Dicta sponsalia haberi debent pro validis, donec videatur, an parentes juste dissentiant.

Contrarium *num. seqq.*

79 Eorum invaliditas non incipit a die, quo judex illa invalida declarat, sed a momento, quo spreta fuit lex divina, naturalis, et ecclesiastica.

80 Nec ab homine, sed a jure invalidantur.

81 Percutiens clericum non incipit esse excommunicatus post declaratoriam, sed statim ac delictum committit, *et n.* 88,

82 Etiamsi percutiat clericum excommunicatum.

83 Ob laesionem enormissimam contractus emptionis est nullus ab initio, non a die emanatae sententiae super nullitate.

84 Nec emptor facit fructus suos.

85 Impedimentum dirimens publicae honestatis solus Summus Pontifex tollere potest.

87 Quod non tollit judex, si praedicta filiorum sponsalia nulla usque ab initio declaret.

89 Consensus Contrahentium in sponsalibus est causa impedimenti publicae honestatis.

Declara ut *num.* 91. *et seqq.*

90 Ex matrimonio rato et non consummato oritur idem im-

pedimentum etiam contempta forma a Concilio praescripta. Declara ut *num. seqq.*

94 Paria sunt non esse et esse nullum.

95 Quod nullum est, nullum producit effectum.

96 Sponsalia inita sub conditione, non inducunt impedimentum publicae honestatis.

97 Promissio et consensus circa rem illicitam nullius est valoris, et inefficax ad contrahendum.

98 Pupilli consensus in contractu praestitus sine auctoritate tutoris nullius est roboris, nisi conditionem suam melioraverit.

99 Ex secundis sponsalibus non oritur impedimentum publicae honestatis, si alia sponsalia praecedenter contracta fuerint.

100 Consensus filii in sponsalibus injussu parentum praestitus, sicut nullam inducit obligationem, ita nec inducit praedictum impedimentum.

101 Consensus non liber, sed conditionatus, aut meticulosus praestitus in sponsalibus de futuro, seu in matrimonio tantum rato, est inefficax, nec inducit impedimentum publicae honestatis.

102 Ut valida sint sponsalia requiritur, quod contrahentes plenissimam spondendi habeant facultatem.

103 Res, quae promittitur, debet esse licita, si enim sit illicita, promissio etiam jurata, et consensus nullitate laborant, *et num. seqq.*

106 Filiifamilias contrahentes sponsalia sine consensu parentum plenam spondendi facultatem non habent.

108 Consensus praestitus per eum, qui spondendi facultatem non habet, est nullus et inefficax ad obligandum.

HONESTAS.

Honestas publica, ex qua
oritur impedimentum dirimens jure
tantum ecclesiastico introductum, 1
oriri potest tam ex sponsalibus per
verba de futuro, quam ex sponsalibus per verba de praesenti; hoc est
ex matrimonio licet tantummodo 2
rato, et non consummato *Cap. Literas* 4. *Cap. Accessit* 5. *Cap. Duo pueri* 12. *De desponsat. impuber. Cap. Juvenis* 3. *Cap. Ad audientiam* 4. *Cap. Sponsam* 8. *De Sponsal. Cap. unic. eod. tit. in* 6. *Can. Si quis* 11. *Can. Si quis uxorem* 14. *caus.* 27. *qu.* 2.

Si oriatur ex sponsalibus de futuro, libero et efficaci consensu valide contractis, dirimit matrimo-
nium inter sponsum, et consangui- 3
neos sponsae, et e converso, ita ut illi contrahere nequeant inter se matrimonium, quorum alteruter cum sorore, vel fratre alterutrius praecedenter sponsalia libero consensu valide celebravit, sive per obitum unius ex contrahentibus non habuerint effectum, sive alter eorum ex aliqua causa, a judice approbata, ab illis recesserit, sive mu-
tuo contrahentium consensu fuerint 4
dissoluta, *Can. Si quis* 11. *caus.*

Digitized by Google

27. quaest. 2. Cap. Accessit 5. De desponsat. impuber. Sac. Congregat. Concil. 6. Junii 1658. apud *Fagnan. in d. Cap. Ad audientiam 4. n. 29. De Sponsal.*, etiamsi de illarum celebratione, nonnisi per publicam
5 diffamationem constet *Sac. Congregat. Concil. in Ripana 7. Jun et 20. Septemb.* 1698.

Hoc tamen impedimentum pri-
6 mum non egreditur gradum, ut declaravit *Sac. Concil. Tridentin. Cap. 3. sess. 24. de Reform. Matrim.*, eoque tantum casu ex hisce sponsalibus emergit, cum eadem sponsalia sunt valida, secus autem si contrahantur sub conditione, vel contrahantur non cum aliqua singulari persona, sed cum una ex puellis alicujus familiae, nulla ex illis particulariter designata,
7 *Cap. unic.*, ibique *gloss verb. Certis De Sponsal. in 6.*, aut quacumque ratione invalida fuerint *Sac. Concil. Tridentin. loc. cit.*, *Sac. Congregat. Concil. in Melevitana* 18. *Septemb.* 1687.

Hinc si Titius per verba de
8 futuro valide sponsalia contraxerit cum *Antonia*, et deinde rem habuerit cum *Theresia* illius sorore, cum neutra matrimonium inire poterit; non cum *Antonia*, ob impedimentum affinitatis contractum ex copula habita cum illius sorore; non cum *Theresia*, ob impedimentum publicae honestatis jam ortum ex sponsalibus, quae pure et absolute absque ulla conditione prius cum *Antonia* contraxit.

Si vero Titius cum *Theresia*
9 prius rem habuerit, et deinde cum *Antonia* sponsalia contraxerit, desponsare poterit *Theresiam*, quia sponsalia cum *Antonia* nulla fuerunt et invalida ob affinitatem exortam ex copula illicita praecedenter habita cum eadem *Theresia*, ex quibus proinde sponsalibus tamquam nullis impedimentum publicae honestatis oriri non potuit; sed matrimonium cum *Antonia* contrahere nequit, quia obstat praedictum affinitatis impedimentum ex copula illicita habita cum *Theresia* prius exortum.

Item si Titius contraxerit sponsalia per verba de futuro cum *Antonia*, iisque contractis, inierit deinde matrimonium cum *Theresia* ejus germana sorore, hoc matrimonium erit nullum propter impedi- 10
mentum justitiae publicae honestatis, et erunt contrahentes perpetuo separandi — sed si nihilominus una simul cohabitaverint, defuncta *Theresia*, quae jam copulam carnalem habuerit in figura matrimonii cum Titio, hic *Antoniam* desponsare non potest, quia obstat impedimentum in primo gradu affinitatis lineae collateralis, non ratione matrimonii praecedentis 11
cum *Theresia*, quia ob publicam honestatem fuit invalidum, sed ratione copulae illicitae cum ea- 12
dem *Theresia* in figura matrimonii per Titium habitae. Poterit tamen ad hunc effectum apostolicam petere dispensationem, quam etiam in hoc casu sine concursu magnae 13
causae, facile Summi Pontifices tam in foro interno per medium Sac. Poenitentiariae, quam in foro externo concedere solent, ut testatur *Navarr. cons. 1. de Consan-*

Digitized by Google

guinit., *et Affinitat. in fin.*, *Genuens. in prax. cap.* 20. *n.* 9. *in addit.*, *De Just. de dispensat. lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 49., *Card. Petr. de Sac. Poenitent. par.* 1. *cap.* 10.
14 ubi refert INNOCENTIUM XII facultatem Magno Poenitentiario dedisse dispensandi *super impedimento occulto affinitatis ex copula illicita seu ex actu fornicario proveniente, quotiescumque adsit rationabilis causa, licet periculum revelationis vel scandalorum non immineret vel non adesset.*

Si autem idem impedimentum oriatur ex sponsalibus de praesenti, seu ex matrimonio dumtaxat rato, sive hoc validum sive invalidum
15 fuerit, simile impedimentum extenditur, ut olim, usque ad quartum gradum inclusive, quia Tridentinum circa hoc nihil innovavit, ut in puncto expressum habetur in *Constit.* S. PII V. incipien. — *Ad*
16 *Romanum* — modo non fuerit invalidum ex defectu consensus, quia, hac invaliditate interveniente, nec ex matrimonio rato tunc tale oritur impedimentum, *d. Cap. unic. De Sponsal. in* 6. *d. Constit. Sancti Pii V. Fagnan. in d. Cap. Sponsam* 8. *num.* 2. *De Sponsal. Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 70. *num.* 5. *Sac. Congregat. Concil.* 17. *Augusti* 1617.

Quamobrem ex matrimonio rato inter amentes, furiosos, et ebrios, seu inter quoscumque gravi metu ad illud ineundum coactos, publicae honestatis impedimentum non oritur ex defectu totalis, seu saltem non liberi consensus, propter quem defectum, idem non exurgit impedimentum ex matrimonio cum errore circa personam, aut cum persona incerta contracto *Cap. Tua nos* 26. *De Sponsal.*

Notandum est, quod si Titius valide contraxerit sponsalia cum *Antonia*, et deinde matrimonium inierit cum *Theresia* eius sorore, dummodo hoc matrimonium tantummodo ratum fuerit, poterit idem Titius matrimonium contrahere cum *Antonia*, quia matrimonium antea contractum cum *Theresia* fuit invalidum ob impedimentum publicae honestatis ortum ex praecedentibus sponsalibus cum *Antonia* celebratis, et, ut invalidum, impedire non potest, quin Titium promissionem *Antoniae* factam adimpleat, prout adimplere tenetur; sed si Titius cum *Theresia* matrimonium etiam consummaverit, neutram, ut dixi, desponsare legitime et valide poterit — non *Theresiam* propter praedictum publicae honestatis impedimentum — non *Antoniam* propter impedimentum affinitatis, quod ex copula habita cum *Theresia* ortum fuisse patet. Affinitas ergo praecedentia sponsalia dissolvit, sponsalia vero sive de futuro sive de praesenti praecedentia sponsalia dissolvere non valent, *Sanch. de Matrim. disput.* 68. *num.* 24. *lib.* 7.

Quaeritur an hoc impedimentum oriatur ex matrimoniis clandestinis, et nonnulli tenent, quod ex illis hujusmodi impedimentum publicae honestatis consurgat, quia clandestine contrahentes vere consentiunt. Et recte quidem, dubioque procul si agatur de matrimoniis

Digitized by Google

clandestinis tertiae speciei, hoc est de matrimoniis sine denunciationibus celebratis, etsi culpabiliter omissae fuerint, qoia consensus contrahentium in iis praestitus non solum est verus consensus, sed etiam efficax et obligatorius, itaut matrimonia cum hac clandestinitate contracta sint illicita, sed tamen valida, iis etenim deest solemnitas magni momenti ad perfectam eorum publicitatem ab ecclesia petita, sed non substantialis neque contractui essentialis, *Perez de Matrim. disp.* 39. *sect.* 1. *n.* 3.

Sed si agatur de matrimoniis clandestinis primae et secundae speciei, videlicet de matrimoniis initis coram testibus, absente parocho, vel coram parocho sine testibus, cum haec hodie, ubi publicatum est *Tridentinum*, non sint vere matrimonia, imo nec vim habere possint sponsalium, quorom vigore alter ex contrahentibus alterum ad ineundum postea legitime matrimonium compellere possit, neque consensus in iis praestitus sit efficax, ullamque inducat obligationem, prout si nunquam praestitus esset, quia hujusmodi consensus non est ejus generis, quem exigit ecclesia, nullum proinde publicae honestatis impedimentum inducere firmiter teneo cum *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 70. *num.* 13. *et seq.*

Circa hoc publicae honestatis
impedimentum propositum mihi
17 fuit resolvendum dubium, an illud
emergeret ex sponsalibus clandestinis, hoc est initis a filiofamilias, ejus inscio genitore, cum foemina longe inferioris conditionis, quae attento ejusdem genitoris dissensu, nullum habuerunt effectum — Diu anceps fui, sed sedulo ponderatis rationibus et auctoritatibus tam pro affirmativa quam pro negativa in hac materia concurrentibus, sequens tandem edidi votom: —

Vir nobilis annorum quinquaginta circiter parentibus jam orbatos, sponsalia contraxit cum satis formosa puella, sed notabiliter disparis conditionis annorum 15., et dum per parochum solitae fiebant proclamationes, quidam eques, pietate conspicuus, eidem parocho retulit, quod quinque ab hinc annis idemmet sponsus furtim sponsalia contraxerat cum Anna, tunc innupta, ejusdem puellae sorore majori, quod cum sponsi parentes rescivissent, acerrime contra filium indignati, statim testamentum condiderunt, in quo illum ab haereditate privarunt, quatenus eadem sponsalia cum futoro matrimonio adimplere ausus esset, unde filius, ab exhaeredatione deterritus et ab ipso equite suasus, a praedictis indignis sponsalibus recessit, illiusque pater certam pecuniae summam sponsae persolvit, ne ipsa rem propalaret, nec in judicium deferret; itaque, eodem equite mediatore, absque ulla publicitate et secreto res composita cum utriusque partis satisfactione remansit. Anna viro aequalis conditionis nupsit, neque dictus filius secundogenitus (viventibus parentibus ac fratre primogenito paucis ab hinc mensibus post eorum obitum sine prole de-

Digitized by Google

functo) ullas amplius nuptias appetere demonstravit.

Ex hac historia, ab ipso sponso et a matre atque ab Anna sorore supradictae puellae confirmata, ortum est dubium, mihique pro resolutione propositum, an sponsalia a viro antea cum sorore ejusdem puellae contracta fuerint valida vel invalida; si etenim valida fuissent, absque dubio adesset hodie impedimentum publicae honestatis, secus si fuissent invalida, prout
18 declaravit *Sacrosancta Tridentina*
Synodus Cap. 3. *sess.* 24. *de reformat. Matrim.* = ibi = *Justitiae publicae honestatis impedimentum, ubi sponsalia quacumque ratione valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit; ubi autem valida fuerint, primum gradum non excedant, quoniam in ulterioribus gradibus jam non potest hujusmodi prohibitio absque dispendio observari* =

Quod sponsalia, quae a filiisfamilias *absque parentum consensu* vel *iis juste contradicentibus* contrahuntur, ab initio sint
19 valida et valida permaneant do-
nec, et quousque illorum obligatio non evanescat mediante rescissione in iis casibus in quibus vel propinquorum injuria vel scandalum vel detrimentum pietatis vel aliud grave incommodum evitari debeat, nonnulli tenent theologi, ut videre est penes *Filliuc. tract.* 10. *cap.* 7. *n.* 55., *Trullench. in prax. Sacrament. tom.* 1. *lib.* 7. *cap.* 2. *dub.* 12. *n.* 2., *Florent. Coq., tom.* 3. *princip. Theol. cap.* 12. *sect.* 3. *n.* 10., *Franc. Silv. tom.* 4. *in supplement. ad* 3. *par. D. Thom. quaest.* 43. *art.* 1. *quaest.* 2. *vers. De priori*, *Petr. a S. Joseph in Theol. Sacram. lib.* 4. *cap.* 2. *resol.* 7. *Escobar. Moral. tom.* 3. *par.* 2. *lib.* 24. *sect.* 2. *dub.* 23.

Sed in oppositum solidae urgent auctoritates, rationes, et argumenta, quibus satis comprobatum videtur, quod similia sponsalia usque ab initio nulla sint, nullamque pariant obligationem. Certissimum enim est, quod non licet filiisfamilias, *insciis* vel *invitis juste parentibus*, contrahere matrimonia, quae, sic contracta, dicuntur clandestina, obsistente naturali et di-
vino praecepto = *Honora Pa-* 20
trem et Matrem = non minus, quam ecclesiastico, quia *sancta Dei ecclesia ex justissimis causis illa semper detestata est, atque prohibuit*, ut testatur *Sac. Concil. Tridentinum cap.* 1. *sess.* 24. *de reformat. Matrim.* — et est aequaliter innegabile, quod, attenta hac prohibitione *a naturali, divino, et ecclesiastico praecepto* promanante, filiifamilias peccant, si, spreto ra-
tionabili parentum dissensu aut il- 21
lorum consensu non requisito, obstinate matrimonium inire statuant *Natal. Alex. in Theol. Moral. tom.* 6. *tract. de Sacram. Matrim. cap.* 2. *art.* 3. *proposit.* 3., *Marchan. in tribun. Sacram. tract.* 5. *tit.* 1. *quaest.* 1. *in princ.*, *Megal. instruct. Confess., et Paenitent. lib.* 2. *cap.* 23. *quaest.* 1. *n.* 52., *Paschal. de patr. potest. par.* 2. *cap.* 5. *n.* 15., *Rebell. de obligat. Justit. par.* 2. *lib.* 2. *quaest.* 14. *sect.* 2. *n.* 16. *et seq. et sect. ult. n.* 29. *vers.* „*Quod vero nec etiam obstet*„

Digitized by Google

Ferdinand. de Valent. discept. 5.
n. 3. *de re Eccles.*, *Ledesma de*
Matrim. quaest. 47. *art.* 6. *vers.* „
Secunda conclusio regulariter „ *Rot.*
cor. Kautniz. dec. 77. *n.* 4., *et in*
Calaritana, *seu Arboren. Sponsa-*
lium 15. *Maii* 1767. § *Gravior co-*
ram Veri. — eoque magis si aga-
tur de matrimonio per filios con-
22 traendo cum persona iudigna, quod
totam familiam sive sponsi sive
sponsae deturpet *D. Bonavent. in* 4.
sentent. tom. 5. *dist.* 29. *quaest.* 3.
art. 1. *in concl. vers. resp. ad ar-*
gum., *Tolet. lib.* 5. *Instruct. Sa-*
cerd. cap. 1. *sub n.* 8., *Card. Lau-*
raea in 4. *sentent. tom.* 3. *disput.*
17. *art.* 6. *n.* 89., *Salmaticens. tom.*
2. *Theol. Moral. tract.* 9. *cap.* 6.
punct. 2. *n.* 19., *Navarr. in Ma-*
nual. cap. 14. *n.* 15., *Sayr. in*
Clav. reg. lib. 7. *cap.* 5. *n.* 12.,
Azzor. Instit. Moral. par. 2. *lib.* 2.
cap. 2. *quaest.* 6., *Dicastillo de*
Matrim. tom. 3. *disput.* 4. *dub.* 17.
n. 176. *et alibi passim*, et si de fa-
23 cto illud ineant, sacrilegium seu
sacrilegia committunt, ut probavi
in *Vot.* 1. *n.* 188. *et seq. et Vot.* 11.
n. 127. *de Sponsal. Filiorumfamil.*
et a parentibus exhaeredari possunt
ad *Test. in l.* 3. § *Si emancipatus*
ibique *gloss. verb. Merita ff. de*
bonor. poss. contr. tabul., *Gutierrez*
quaest. Canon. lib. 1. *cap.* 20. *n.*
25., *Rot. in Caesaraugustana Spon-*
salium 29. *Martii* 1754. § *Nil opi-*
tulante, et fere *per tot. coram*
Vicecomite cum aliis relatis in
dicto meo *Vot.* 1. *n.* 17. *et* 64. *et*
Vot. 8. *num.* 19. *et* 22. *et in*
Constantien. Sponsalium 26. *Junii*
1748. § *Accidit coram Elephantut.*
relat. post *d. mea Vota dec.* 9.
num. 19.

Minusque dubitatur, quod, pro-
hibito matrimonio, sponsalia quo- 24
que sub eadem prohibitione non
cadant, si namque prohibitum et il-
licitum sit matrimonium, prohibita,
et illicita pariter esse debent pre-
cedentia sponsalia, quae nil aliud
sunt, quam promissio et repromissio 25
futurarum nuptiarum *l.* 1. *ff. de*
Sponsal., *Can. Nostrates* 30. *quaes.*
5., *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disp.* 5.
n. 1. *tom.* 1. *Covarruv. tom.* 1. *in*
Epit. in 4. *Decretal. part.* 1. *de*
Sponsal. cap. 1. *num.* 1., *Sperell.*
dec. 95. *n.* 1. *et* 10., *Rot. in Pam-*
pilonen. Sponsalium 6. *Dec.* 1726.
§ *Absque eo coram Card. Cinc.*,
et in Moguntina Sponsalium 20.
Novemb. 1741. § *Potissima coram*
Molino, *et in Majoricen. Sponsa-*
lium 25. *Aprilis* 1746. § *Parum*
cor. Card. Buss., *et in Calarita-*
na, *seu Arboren.* 15. *Maii* 1767. §
Sponsalia enim coram Veri, cum-
que sint via ad easdem nuptias, 26
necessario sequitur, quod, nuptiis
existeutibus prohibitis et illicitis,
sponsalia quoque ab eadem prohi-
bitione, quae illa reddit illicita,
immunia nullatenus esse possint, 27
quia connexorum idem est judicium
argumento *Test. in Cap. Translato*
3. *de Constitut.*: unde, prohibitis in 28
persona senatorum nuptiis, etiam
sponsalia ipso jure prohibita cen-
senda esse apertissime declaravit
Text. in L. Oratio 16. *ff. de Spon-*
sal. = ibi = *Oratio Imperatorum*
Antonini, et Commodi, quae qua-
sdam nuptias in persona senatorum
inhibuit, de sponsalibus nihil locuta.

est, recte tamen dicitur etiam sponsalia in his casibus ipso jure nullius esse momenti = et si inter sponsalia et matrimonium, quoad hanc prohibitionem, discrimen aliquod intercedit, illud est tantummodo quod matrimonium quamvis illicitum, attamen ubi est ratum regulariter indissolubile remanet, at
29 quoad sponsalia, uti revocabilia, prohibere ne fiant, idem est, ac irritare jam facta *leg. Non dubium* 5. *Cod. de legib.* = ibi = *Ea, quae lege fieri prohibentur, si fuerint facta, non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit inutile esse debere quod factum est.* =

Et generaliter, quod quaelibet promissio, sponsio, seu stipulatio, quae sit prohibita, et consequenter, uti prohibita, turpis et illicita nullam pariat obligationem, dixit *Rot. dec.* 410. *num.* 1. *cor. Ludovis.* et *dec.* 203. *n.* 8. *cor. Buratt.*, et *dec.* 107. *num.* 16. *par.* 8. *recent.* = ibi = *Certum est, quod etc. novus requiritur consensus etc. quia promissio de re illicita non obligat* = et habetur expresse cautum in *Cap. Quod latenter* 5. *de Reg. Jur.*, ubi, quod illicite factum, obligationem non inducit = ibi = *Quod latenter, aut per vim, vel alias illicite introductum est, nulla debet stabilitate subsistere* =, et, etiamsi fuerit additum juramentum, adhuc
30 ab utroque jure damnatur, ut de jure civili est text. in *Leg. Generaliter* 26. *Leg. Si plagii* 123. *ff. de verb. obligat. L. Juris gentium* 7. §. *Si paciscar, vers. Et generaliter L. Si unus* 27. § *Pacta, quae turpem ff. de pact. L.* 5. *Cod. de legib.* — et de jure canonico text. in *Cap.* 31
Si vero 8. *Cap. Quanto* 18. *Cap. Cum contingat* 28. *De Jurepatron. Cap. Quamvis* 2. *de pact. in* 6. *Cap. Non est obligatorium* 58. *Cap. In malis promissis* 69. *De reg. jur. in* 6. *Can. Si publicis Can. Est etiam Can. Quod David Can. Juravit David Can. In malis promissis Can. Si aliquid Can. Unusquisque Can. Non est observandum Can. Si quis Can. Si ad peccatum Can. Mulier Can. Inter caetera Can. Innocens* 22. *quaest.* 4.

Omne etenim juramentum promissorium debite factum circa materiam honestam et licitam, parit quidem obligationem observandi promissum ex virtute religionis ad 32
text. in d. *Cap. Si vero* 8. *Cap. Cum contingat* 28. *De jurejurand. Cap. Quamvis pactum* 2. *De pact. in* 6., non autem juramentum de re inhonesta, prohibita, et illicita mortaliter seu venialiter, imo si prae- 33
stitum fuerit etiam contra bonos mores naturales, nullam obligationem inducit *Felin. in d. Cap. Si vero* 8. *n.* 7. *De Jurepatr.* = ibi = *Et per hoc apparet non esse sumendum argumentum a contrario sensu ex isto textu, quod omne id, quod potest servari sine interitu salutis aeternae, debeat servari, si est juratum. Imo, etiamsi esset contra bonos mores naturales,* NON LIGAT = Idque sentiunt communiter alii Canonistae apud *Barbos. in d. Cap. Quanto* 18. *De jurejurand. Peckius in Commen. ad reg.* 58. *Jur. Can. num.* 1. *et* 6. et una simul Theologi, inter quos

Digitized by Google

Molina de Contract. tom. 2. tract. 2.
de Justit. disput. 271. *n.* 5. = ibi =
Etiam NULLA SUNT *ea promissio*
aut pactum, quae idcirco sunt
contra bonos mores, quod vel ma-
nifestam tribuunt peccati occasio-
nem, vel praejudicium afferunt,
facileve afferre possunt moribus,
quos esse expedit in bene instituta
Republica = et pariter *Suarez*
tom. 2. *de Relig. tract.* 5. *de Ju-*
ram. lib. 2. *cap.* 14. *num.* 2. *Ca-*
stropal. Oper. Moral. par. 3. *tract.*
14. *disp.* 2. *punct.* 6. *num.* 3., ali-
isque omissis *D. Thom.* 2. 2. *quaest.*
98. *art.* 1. *Ad primum* = ibi =
Quocumque enim modo quis jurat
illicitum, ex hoc ipso falsitatem
incurrit, quia obligatus est ad hoc,
ut contrarium faciat = cum aliis
a me relatis in *Vota* IV. *num.* 182.
et seqq. de Sponsal. Filiorumfam.
Et ratio est, quia actus abso-
34 lute probibiti, per juramentum con-
firmari nequeunt, quia non sunt
positi in arbitrio paciscentium, nec
illorum prohibitio pactis privatorum
tolli potest, praesertim si conti-
neant speciem delicti; quod utique
procedit non solum quoad actus,
qui juri divino vel naturali adver-
santur, sed quoad eos etiam, quos
jus canonicum vel civile prohibuit
utilitatis publicae gratia. Quamo-
brem clerici, nec accedente quidem
juramento, judici laico prorogare
35 valent supra seipsos jurisdictionem,
quia haec prorogatio est absolute
prohibita *Cap. Si diligenti* 12. *Cap.*
Significasti 18. *De For. Compet.*
Gloss. in Cap. Petro 40. *verb. Pro-*
rogatio in fin. de offic. et potest.
Judic. delegat.

Quibus ineluctabilibus funda-
mentis, jurisque nostri et theolo-
giae principiis innixus, ita distin- 36
guendum existimo: —
Aut filiifamilias ineunt sponsa-
lia *insciis* parentibus, quia certo cre-
dunt eos id ratum habituros, cum
qua credulitate, non quidem vana
sed tuta, Tobias etiam inscio patre 37
uxorem duxit; et hoc casu, quia non
habent animum laedendi obedien-
tiam parentibus debitam, sed potius
firmiter credunt illorum obtinere
posse approbationem atque consen-
sum, quem deinde de facto obtinent,
nec peccant, nec sponsalium con- 38
tractus est illicitus, minusque nul-
litatis vitio laborat, ideoque impedi-
mentum publicae honestatis indu-
cit. Idemque dicendum, si ab ei-
sdem sponsalia contrahantur scienti-
bus et contradicentibus parentibus,
quando ipsimet parentem *injuste*
filiis conjugium prohibent, vel quia
causa majoris dotis, nonnisi indi-
gnam mulierem, aut etiam haere-
ticam eis dare velint *Bellarmin.*
controv. lib. 1. *tit. de Matrim. cap.*
19., vel ob alias causas, de quibus 39
in meo *Vot.* I. *num.* 134. *De Spon-*
sal. Filiorumfamil.; dummodo per
eosdem filios ineantur sponsalia cum
digna, non autem cum indigna
persona, quae totam familiam de-
turpet *d. Vot.* I. *loc. citat.* —
Aut sponsalia, consentientibus
parentibus, licite et legitime sunt
contracta, sed deinde supervenit
justa causa, per quam alter ex
sponsis recedere debeat ab eisdem
sponsalibus jam contractis ob nempe
fornicationem, mortem, notabilem
unius sponsi mutationem, vel ob

Digitized by Google

utriusque dissensum, et tunc rescin-
di possunt, et respective sunt uti-
40 que rescindenda, sed ex eis oritur
impedimentum publicae honestatis,
quia ab initio fuerunt valida juxta
decretum Sac. Congregationis Con-
cilii a Papa comprobatum, de quo
Fagnan. in Cap. Ad audientiam
4. *num.* 29. *De Sponsal.* — ...
... Aut demum *citra parentum*
scientiam, ut in casu proposito,
temere et absque ulla justa causa
41 aut firma credulitate, quod appro-
batio eorumdem parentum accedat,
imo potius cum crudelitate quod
omnino dissentiant, vel cum illo-
rum scientia, *sed juste et ratio-*
nabiliter contradicentibus, sponsa-
lia contrahunt, et tunc, quia tam
in primo casu *ob defectum scien-*
tiae parentum, licet sponsalia sint
honesta, filii lethaliter peccant, ut
42 dixi in *Vot. 1. num. 6. et seqq.*
de Sponsal. filiorumfam., quam in
secundo, quia *ob illorum justum*
dissensum, sponsalia pariter sunt
peccaminosa et illicita, atque
scandalorum origo, irrita proinde
et invalida aequaliter esse prae cae-
teris firmat *Cotton. contr. celeb.*
lib. 5. *contr.* 1. *de Matrim. cap.* 2.
num. 43. — ibi — *Obligant, nisi*
praevideantur secutura scandala
inter consanguineos; nam tunc im-
pleri non possunt sine peccato, et
43 *promissio, quae impleri sine peccato*
nequit, IRRITA EST —; itemque *Sal-*
maticen. tom. 2. *Theol. Moral. tract.*
9. *cap.* 2. *punct.* 6. *num.* 85. ubi
quod fides sponsalium servari debet
cum ea limitatione — ibi — *Nisi*
forte ex tali matrimonio magnum
scandalum sequeretur, et jurgia,
aut dissensiones inter parentes, aut
consanguineos, quia in tali casu,
etiamsi sub juramento esset promis-
sum, NON OBLIGARI *ad illud docent*
praedicti autores, eo quod talis
promissio esset rei injustae, quae
absque peccato non posset adimple-
ri, quapropter juramentum, quod
non est vinculum iniquitatis, NON 44
POSSET TALIA SPONSALIA CONFIRMARE,
NEQUE OBLIGATIONEM ALIQUAM INDU-
CERE —, et pariter *Dicastill. tom.* 3.
de Sacram. tract. 10. *tit. de Spon-*
sal. disput. 1. *dub.* 31. *a num.* 432.
— ibi — *Generaliter loquendo, qui*
nequit contrahere licite, etiam ne-
quit. VALIDE *promittere*, NEQUE ENIM 45
VALET *promissio, quam promittens*
implere non potest licita; nulla enim
promissio rei illicitae VALET, *aut*
OBLIGAT —, necnon *Franc. de Amici*
tom. 9. *disput.* 29. *sect.* 4. *n.* 71.
— ibi — *Casu, in quo cum pro-*
babili periculo futuri scandali spon-
salia contraherentur, quia non pos-
sent executioni mandari sine pec-
cato, quod committeretur in ipso 46
matrimonio ineundo, INVALIDA *fo-*
rent —, et rursus *disput.* 31. *in*
fin. — ibi — *Quia cum sponsalia*
sint promissio ex justitia obligans
ad matrimonium futurum contra-
hendum, nullaque illicita promis-
sio possit promissorem ex justitia
ad promissum servandum OBLIGARE,
quotiescumque matrimonium est il-
licitum, etiamsi sit validum, IN- 47
VALIDA *erunt sponsalia* —; et si-
militer *Bonaccin. Theol. Moral.*
tom. 1. *tit. de iis, quae pertin. ad*
matrim. quaest. 4. *punct.* 17. *sub*
num. 26. *vers. Neque obstat tertio*
— ibi — *Neque obstat tertio vin-*

Digitized by Google

culum sponsaliorum jam celebrato-
48 *rum, tum quia sponsalia* NON OBLI-
GANT *ad rem illicitam, tum quia*
sponsus non tenetur perficere spon-
salia, quando ex eorum adimple-
tione grave imminet malum, seu
scandalum =, fusius *Layman. Theol.*
Moral. libr. 5. *tract.* 10. *part.* 1.
cap. 1. *num.* 14. *vers. Enim vero*
= ibi = *Si ex matrimonio, quod*
filius aut filia contrahere cogitat,
ob disparitatem sponsorum timeatur
familiae dedecus etc. tunc parentes
illud impedire possunt ac debent,
implorata etiam judicis auctoritate
ad cujus officium pertinebit cavere,
ne talia matrimonia ineantur, ex
quibus scandala vel infelicies exi-
tus sequi solent; idque non tan-
tum locum habet antequam spon-
49 *salia celebrata sunt, sed etiam*
***postea, quia etc. promissio* NON**
OBLIGAT, *quae versatur circa rem*
illicitam, videlicet circa matrimo-
nium cum scandalo et peccato con-
trahendum, quare locum habet
juris regula; in malis promissis
etc. =, clare *Texeda tom.* 2. *lib.* 4.
tract. 1. *num.* 79. = ibi = ***Cum***
tanto dedecore patris et propin-
quorum scandalo implere non te-
nentur promissionem, neque ma-
trimonium exequi, quia justitiae
50 *virtus* OBLIGARE NON DEBET *ad*
actum, qui sine peccato impleri
non potest, qualiter intervenit, si
puella tam nobilis cum viro inae-
quali matrimonium contrahat cum
propria ignominia, et patris mae-
rore =, convenit *Gobat. tom.* 1.
theol. experim. tract. 10. *cas.* 3.
num. 106. = ibi = *Si timeatur*
gravis et diuturna parentum of-

fensa, si denique grave scandalum,
IRRITA SUNT *sponsalia* =; ideoque 51
valida non fuisse sponsalia, quae
cum viro honestae familiae contra-
here tentavit puella familiae hone-
stioris, suis *insciis* parentibus, cujus
pater, vix id rescivit, excanduit,
minatusque fuit illam exhaeredare,
nisi tali viro nuncium remisisset,
apertissime tenet idem *Gobat. d.*
tom. 1. *theol. experim. tract.* 16.
cas. 4. *sub num.* 111. = ibi = *Ap-*
paret secundo NON VALUISSE *ejus* 52
sponsalia, quia nequibat sine gravi
peccato in parentes inire matrimo-
nium tale =, et in consimili casu,
in quo puella cum juramento de- 53
sponsare promiserat adolescentem
aequalis conditionis quoad natalia
sed inferioris fortunae, *Less. sup.*
2. 2. *D. Thom. in Auctario verb.*
Sponsalia cas. 4. *sub num.* 11, at-
tenta puellae parentum contradi-
ctione, ita resolvit = *Imo proba-*
bile est in tali casu OPUS NON ESSE
DISPENSATIONE, *quia justitia* NON
POTEST OBSTRINGERE *ad id, quod*
sine peccato fieri nequit, quale est
matrimonium cum proximorum
scandalo et parentum gravi et
justa indignatione =, optime *Del*
Bene de Immunit. tom. 1. *par.* 8.
dub. 19. *sect.* 9. *n.* 43. = ibi =
Ad judicis officium pertinebit ca-
vere ne contrahantur similia ma-
trimonia; quod non solum locum
habet antequam celebrata sint spon-
salia, sed etiam post, quia pro-
missio, quae versatur circa rem
illicitam, scilicet matrimonium cum
scandalo et peccato contrahendum,
NON OBLIGAT. ***Quare tunc locum*** 54
habet juris regula* 69. *In malis pro-

Digitized by Google

missis etc., nec dissentit *Sanch. de
Matrim. lib.* 1. *disput.* 32. *num.* 1.
= ibi = *Hoc tamen necessario fa-
tendum est, tunc tantum juramen-*
55 *tum homini praestitum* NON OBLIGARE,
*quando promittitur res, quae absque
culpa* SALTEM VENIALI *impleri non
potest* =, idemque confirmant *Fer-
dinand. de Valent. de re Eccles.
discept.* 5. *num.* 26., *et seqq.*, *Ko-
ning. in* 4. *Decretal. tit.* 1. *De
Sponsal.* § 6. *num.* 24. = ibi =
*Materia seu objectum sponsalium
est matrimonium licitum; dixi*
56 *licitum, enim vero* VALIDE *promitti
nequit, nisi per se licite contrahi
possit. Nam etiam juxta legitimas
sanctiones pactum turpe aut im-
possibile de jure vel de facto* NUL-
LAM OBLIGATIONEM INDUCIT =; con-
cordat *Gutierrez de Juram. confir-
mat. par.* 1. *cap.* 51. *num.* 4. *post
med.*; *et de Matrim. cap.* 4. *n.* 3.
= ibi = *Valida sunt sponsalia de
futuro etc.* = et deinde *num.* 4.
= ibi = *Superior tamen senten-
tia* LIMITANDA EST, *nisi scandalum
magnum ex eo matrimonio timere-*
57 *tur; nam virtus justitiae* OBLIGARE
NON POTEST *ad actum, qui sine pec-
cato adimpleri non potest, sed con-
trahere matrimonium cum magno
illo scandalo est aperte lethalis
culpa etc. ergo etc.* =, nec aliter
sentit *Rebell. de Obligat. Justit.
par.* 2. *lib.* 2. *quaest.* 14. *sect.* 1.
num. 9. *vers. Secundo quia* = ibi =
*Neque obstat, quod sponsalia etiam
jurata antecesserint; quoties enim*
58 *ea sine peccato impleri nequeunt
ad sui impletionem* NON OBLIGANT =
Caeterisque eamdem sententiam
constantissime propugnantibus con-
sulto omissis, pro omnibus allegasse
sufficit *Ivonem Carnotensem p.* 9.
Decret. de incert. copul. cap. 37.,
ubi refert quod quemdam juvenem,
qui juraverat in uxorem ducere
suam concubinam, Summus Ponti-
fex ALEXANDER II absque ulla am- 59
biguitate declaravit reum perjurii,
dum similem promissionem emisit,
quia juramento spopondit, quod sine
parentum consensu promittere et
adimplere non poterat = ibi = *Jura-
verat enim eam in matrimonium du-
cere sponsus. Peccator iste notatur
perjurio, quia quod observare legali-
ter non potuit sine judicio parentum,
temere jurare praesumpserit.* =
Hanc quoque sententiam am-
plexa est *Sac. Rota Romana*, et
signanter *in Nebien. Sponsalium*
28. *Junii* 1756. § *Hoc unum co-
ram Canilliac*, ubi quod spon-
salia illicita nullitatis vitio labo-
rant, et, ut jam dixi, *in Calarita-
na seu Arboren. sponsalium* 15.
Maii 1767. § *Gravior autem co-
ram Veri*, ubi quod sponsalia
injussu parentum contracta sunt le-
thali peccato subjecta, et prius *de-
cis.* 77. *n.* 4. *cor. Kautniz* relat.
post *mea Vot. de Sponsal. Filio-
rumfamil.* — quam sententiam esse
veriorem et omnino tenendam,
evincitur etiam animadvertendo,
quod priora sponsalia legitime con-
tracta non dissolvuntur per spon-
salia posteriora cum alia persona
celebrata (secus si vinculum acces-
serit matrimonii) etiamsi haec po-
steriora sint juramento fulcita, vel 60
istis illicita accesserit quoque co-
pula, argumento text. in *Cap. Sicut*
22. *De Sponsal. cap. unic. eod. tit.*

Digitized by Google

in 6. *Gonzalez ad Cap. Is qui*
num. 2., ibique *Fagnan. num.* 8.
et seqq. De spons., *Covarruv. va-*
riar. par. 1. *cap.* 4. *num.* 3., ma-
gistraliter *Rot. in Viennen. Matri-*
monii 25. *Junii* 1703. *a* § *Descen-*
dendo ad fin. cor. Card. Scotto,
et dixi in *Vol. III. num.* 83. *De*
Sponsal. Filiorumfamil., non alia
quidem de causa, quam cum poste-
riora a jure canonico sint prohibi-
61 ta, quia vergunt in praejudicium
tertii, juramentum idcirco, pro il-
lis confirmandis interpositum, est
illicitum, quia contra bonos mores,
et uti tale, nullam inducit obliga-
tionem, *Cap. Non est obligatorium*
59. *De reg. jur. in* 6. = ibi =
Non est obligatorium contra bonos
mores praestitum juramentum =,
62 unde sponsalia priora subsistunt,
et posteriora sunt nulla, *Sanch. de*
Matrim. lib. 1. *de Sponsal. disput.*
49. *num.* 5. *Gutierrez de Matrim.*
cap. 13. *num.* 3. *Reiffenstuel. lib.*
4. *Decretal. tit.* 4. *n.* 5. *et seqq.*
Item promissio matrimonialis
nullo modo subsistit, si facta fuerit
mulieri haereticae per catholicum
63 tamquam promisso de re turpi, quia
pariter haec sponsalia ex justis causis
prohibita sunt ab ecclesia, *Rot. de-*
cis. 374. *num.* 6. *coram Cels.* = ibi =
Movit Dominos diversitas religio-
nis, cum Joannes sit Catholicus,
Margarita vero Luterana, unde
talis promissio, tamquam de re
turpi, et propter periculum per-
versionis Conjugis fidelis et lapsus
ipsius in infidelitatem, nullo modo
substineri valet. =
Quoties igitur sponsalia filio-
rumfamilias *citra scientiam*, vel
cum justo dissensu parentum con-
tracta, et maxime cum persona in-
digna laedunt in re gravi praece-
ptum obedientiae parentibus debi-
tae, seu quomodolibet vergunt in
praejudicium eorumdem parentum, 64
consanguineorum, totiusque fami-
liae, et ex justissimis causis nedum
ab ecclesia, sed a jure naturali et
divino sunt prohibita, ideoque il-
licita, ut praeter relatos probant
Gulielmus Estius in 4. *Sentent.*
dist. 28. § 2. *in princ. Gaspar. Ju-*
venin. in Comment. de Sacram.
part. 2. *dissertat.* 10. *quaest.* 5.
cap. 3. *in princ.* = ibi = *Cuique*
ratum est illicitas esse nuptias
quas filiifamilias, invitis aut in-
consultis parentibus, inierint =, si-
mulque turpia et peccaminosa, que- 65
madmodum quoad matrimonium
(cum quo in proposito pari passu
procedunt sponsalia ex juribus al-
latis supra *num.* 24., *et seqq.*),
firmant auctoritates desuper lau-
datae *num.* 20. *et seqq.* quibus addi
possunt *Francisc. Silvius in Sup-*
plement. par. 3. *quaest.* 47. *artic.*
6. *conclus.* 4. *Ludovic. Abely Episc.*
Ruten. in Medull. Theol. par. 2.
tract. 1. *cap.* 8. *sect.* 3. *n.* 3. *Pe-*
trus a S. Joseph in Summ. de 4.
Decal. praecept. art. 2. § *Sed quis*
si filius, *Gabriel. a S. Vincentio*
de Matrim. par. 4. *disput.* 3. *quaest.*
5. *num.* 3. *Franc. de Amic. in curs.*
theol. tom. 9. *de Sacram. Matrim.*
disput. 4. *sect.* 1. *n.* 8. *in fin.*, *Ma-*
strius in Theol. Moral. disput. 20.
quaest. 2. *art.* 3. *num.* 48., *Joan.*
Martinon. tom. 2. *de Sacram. di-*
sput. 71. *sect.* 9. *num.* 107., *Flo-*
rentius de Coq. tom. 3. *princ. theol.*

Digitized by Google

cap. 12. *sect.* 5. *Marc. Vidal. in Arc. salutar. de Just. et Jur. inquisit.* 2. *num.* 5. *et* 12., *Jacob. Patellius tom.* 5. *cap.* 7. *num.* 1112., *Isambertus tom.* 6. *in* 3. *part. D. Thom. de Sacram. Matrim. disput.* 7. *art.* 10. *circa fin.*, *Armand. Herman. in* 4. *Sentent. tract.* 9. *disput.* 2. *quaest.* 3. *num.* 4., *Basil. Pontius lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 27., *Bonaccin. Theol. Moral. tit. de Sacram. Matrim. quaest.* 4. *punct.* 17. *num.* 25. *tom.* 1., *Koning. de Matrim. disput.* 28. *dub.* 5. *n.* 52. *conclus.* 3., *Perez de Matrim. disput.* 15. *sect.* 5. *num.* 6. *Gaspar Hurtad. eod. tract. disput.* 6. *difficult.* 10. *num.* 36. *Escobar. lib.* 25. *sect.* 2. *dec.* 175. *num.* 724. *in fin.*, *Filliuc. tract.* 10. *par.* 1. *cap.* 4. *num.* 130. *Trullench. tom.* 1. *in praecept. Decalog. lib.* 4. *cap.* 1. *dub.* 2. *n.* 13., *Franc. Gennet. tom.* 5. *tract.* 9. *cap.* 8. *sub quaest.* 1., *Potitus de Joriis de Magn. Matrim. Sacram. quaest.* 21. *par.* 8. *num.* 10. *et* 17. — et inter canonistas *Fagnan. in Cap. Tua num.* 13. *et seqq.*, *et Gonzalez ibid. num.* 12. *De sponsat. impuber.*, *Konich. in* 4. *Decretal. tom.* 2. *tit.* 1. § 7. *num.* 47., *Engel. tom.* 3. *in* 4. *Decretal. tit.* 2. § 2. *num.* 6., *Cabassut. in Thoric. Jur. Can. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 4., *Barbos. sup. Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1. *num.* 2. *in fin.*, *Gutierrez de Matrim. cap.* 79. *num.* 20., *Alex. Polit. de patr. in testament. condend. potest. lib.* 1. *cap.* 3. 4. *et seqq. et lib.* 2. *per tot.*, *Del Bene de Immunitat. par.* 1. *cap.* 8. *dub.* 19. *sect.* 9. *num.* 34.; nulla major urgere videtur ratio cur in praemissis duobus casibus (de uno nempe, qui sponsalia contrahit cum haeretica, et de altero 66
qui, contractis legitime sponsalibus cum una, ea dissentiente, alteram deinde desponsare promittit) attenta juris canonici prohibitione, talia sponsalia ipso jure sint nulla, nulloque modo subsistere valeant: haec autem a filiisfamilias, *insciis* vel *invitis juste parentibus*, inita, haberi debeant pro validis ab initio, licet in his quoque pessimae consequentiae, de quibus in *Vot. I. sub num.* 198. *et Vot. II. n.* 94. *et seqq.*, *et num.* 126. *et seqq.*, *De Sponsal. Filiorumfamil.*, nec non praejudicium tertii, ac demum non tantum juris canonici, sed et naturalis, divinique fortior prohibitio concurrant.

Praeterea, si nulli dubium est, nec esse potest, quod si quis promittat, etiam cum juramento aliquem occidere, aut moechari etc. 67
juramentum promittentem non obligat, sed promissio continuo et in radice est invalida, quia illius adimplementum unice tendit ad committendum peccatum, et lethale peccatum esse debet illius adimplementum, ex eadem ipsa ratione nulla ab initio esse debent sponsalia a filiisfamilias *abscondite*, seu *contradicentibus juste* parentibus attentata, quia sunt peccaminosa, 68
ac tendunt ad matrimonium sacrilegum, et sacrilegum matrimonium illorum est executio per ea, quae dixi in *saepecitat. Vot. I. num.* 187. *et seqq. et Vot. II. num.* 127. *de Sponsal. Filiorumfam.*; unoque verbo, aut falso asserendum est filio-

sfamilias *insciis* vel *invitis* juste parentibus nuptias contrahentes, non
69 obstante jure naturali, divino, et ecclesiae, quae illas *semper detestata est atque prohibuit*, nullum lethale aut veniale peccatum committere, quod nullus catholicus judex asserere potest, aut si dici nequit eos contrafacientes naturali, divino, et ecclesiastico juri omni culpa vacare, pernecesse a quolibet
70 judice decidendum est, eorum ut supra attentata et etiam jurata sponsalia, nullam parere obbligationem, nec propter peccatum, cui judices favere sine peccato non possunt, ullatenus esse adimplenda, et si nihilominus adimpleantur, et executioni mandentur, de iis cum *D. Augustin. tom.* 5. *edit. Paris. serm.* 307. absolute dicere
71 possumus — *Inter lascivias temere juratur et impie quod juratur impletur.* =

Et hinc est, quod scandala, quae ex hisce nuptiis oriuntur, ut a suis evellerent Dioecesibus, nonnulli zelantes Antistites ad illas impediendas in suis *Synodalibus Constitutionibus* irrita fecerunt, imo, attentis praemissis, potius declararunt et confirmarunt irrita huju-
72 smodi *Sponsalia*, ut supra *clandestina*, etiam secuta copula inter spondentes, ut de *Dioecesi Lausanensi* tradit *Gobat. Theol. Exper. d. tract.* 10. *cas.* 1. *num.* 11. *et* 12. et de *Dioecesi Rhegiensi*, ac de facultate Episcopi illa irrita decla-
73 randi per similes *Constitutiones* validas et honestas, *Ciarlin. controv. Cap.* 174. *numer.* 12. — ibi — *Nec dubium est, quin talis constitutio sit licita et honesta et valida* — Quidquid secus dicendum sit quoad *Matrimonia clandestina* sine denunciationibus inita, nam si irri- 74
tentur sponsalia, simplex irritatur contractus, imo jam irritatus declaratur, ut infra ostendam, sed si irritetur matrimonium, irritatur contractus, et sacramentum, et statuitur impedimentum dirimens, 75
quod solum a Summo Pontifice induci potest *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disput.* 1. *num.* 9. *Pont. lib.* 6. *de Matrim. cap.* 1. *num.* 12. — ideoque *Sac. Congregat. Concilii* constitutionem Episcopi nulla matrimonia clandestina sine praecedentibus denunciationibus contra- 76
cta declarantem, revocari mandavit teste *Card. de Lug. respons. moral. lib.* 1. *dub.* 45.

Quin obstet, quod nulla hactenus inveniatur ecclesiastica lex, quae sponsalia inita *insciis* vel *invitis* juste parentibus, invalida usque ab initio declaret, quoties enim verum sit, prout verissimum est illud principium utriusque juris tam canonici quam civilis ab omnibus theologis et canonistis centies repetitum approbatum et numquam controversum; quod nempe ex promissione de re inhonesta et illicita mortaliter seu venialiter, etiam juramento vallata, nulla insurgere valeat obligatio, satis superque decisum apparet, quod sponsalia illicita et peccaminosa sive 77
mortaliter sive venialiter nullam pariant obligationem.

Nec etiam refragatur objectum, quod etsi sponsalia filiifamilias usque ab initio esse possint in- 78

valida, quatenus parentes *juste* dissentiant; nihilominus, cum totum hoc (juste nimirum vel injuste) in judicio sit disceptandum, quod judicium, utpote ex juris et facti circumstantiis pendens, non est expeditissimum, idcirco eadem sponsa-
79 lia, hoc pendente judicio, tamquam in suspenso in foro habeantur, imo donec a judice, probato justo parentum dissensu, declarata non fuerint invalida, resolutumque dubium circa justum vel injustum parentum dissensum, pro validis haberi debeant.

Siquidem illorum invaliditas, non obstante quocumque lapsu temporis ad ultimandam litem necessario, nequaquam incipit a die quo sua sententia seu decreto ea
80 nulla et invalida judex declaret, sed ab ipso momento, quo lex divina, naturalis, et ecclesiastica spreta fuit, haec est ab ipso actu, quo contracta fuere sponsalia, praesertim indigna, quae non tantum probabiliter, sed, ut indigna, certo credi debebant parentibus invisa, utpote eorum totiusque familiae decus et honorem deturpantia, ideoque non ab homine, seu a judice invalidantur, sed a jure, quod illicita esse, et pro illicitis, turpibus, et peccaminosis habenda esse statuit, et a judice tantummodo declaratur juxta juris dispositionem nulliter et invalide jam fuisse con-
81 tracta; quemadmodum praesertim accidit, quando agitur de censuris a jure inflictis ipso facto incurrendis in vim famigerati *Can. si quis suadente diabolo* 17. *quaest.* 4., in quas judex incidisse declarat clerici percussorem, quia licet prius sive brevi sive diuturno temporis lapsu coram ecclesiastico judice examinari debeat dubium, an constet de percussione, non inde tamen sequitur, quod si vere denunciatus in clericum manus violentas injecerit, nec ullam habeat justam excusationem, pendente hoc examine, non sit excommunicatus, neque talis esse incipiat post judicis declarationem, sed censurae remansit obstrictus statimac delictum 82
commisit, etiamsi clericus ob aliquam causam fuerit antea excommunicatus, et adhuc eadem censura innodatus existat, *Farinacc. quaest.* 28. *num.* 40. — et hoc idem exemplificari potest in contractu 83
emptionis et vendictionis cum laesione enormissima, et ultra bessem stipulato, quamvis enim coram judice disceptari soleat, an hujusmodi laesio in contractu intervenerit, et hoc pendente judicio remaneat in foro tamquam in suspenso validitas vel nullitas contractus, si nihilominus tam in jure quam in facto, sive brevi sive longo temporis intervallo enormissima laesio probetur, et judex eam adesse pronunciet, contractus utique nullus remanet, non a die emanatae sententiae, sed in radice, et a die initi contractus, quia nulliter fuit usque ab initio stipulatus, ac eadem nullitate toto litis tempore laboravit, per quam contractus habetur, ac si nunquam celebratus fuisset, ideo- 84
que emptor nullos fructus fecit suos, et quoscumque perceptos a die initi contractus invalidi restituere tenetur *Cancer. var. resol.*

par. 1. *cap.* 13. *num.* 43., *Card. de Luc. de empt. et vendit. disc.* 44. *num.* 9. *vers. Ubi vero est enormissima*, *Thesaur. decis.* 165. *num.* 6. *et seqq.*, *Giurb. decis.* 105. *n.* 17., *Rot. decis.* 151. *n.* 6. *et seqq. et dec.* 364. *n.* 17. *par.* 17. *et dec.* 605. *n.* 9. *et seqq. par.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Solet etiam ex hoc aliud insurgere objectum, quod nempe judicium super dissensu parentum an justus sit vel justus, ex pluribus, ut dictum est, juris factique circumstantiis pendet, in quarum cognitione et examine judex, ut homo, falli potest, unde non expedit, quod sacramenti valor in discrimen adducatur.

Sed hoc pariter facile removetur, animadvertendo, quod facilius erroneum evadere quoque potest judicium in examine alterius impedimenti dirimentis, et signanter ob impotentiam coeundi, in quo judex tam a conjugibus post triennale experimentum, falsum, inter se colludendo, juramentum de impotentiae vitio concorditer exhibentibus, quam a fraudolento et doloso, sive fallaci peritorum judicio eorumque relatione, ubi sunt adhibendi, decipi potest. Si ergo, hoc non obstante, dummodo praehabitis similibus diligentiis, licet, ut supra, fraudi vel errori subjectis, probatio de impotentiae impedimento resultet, nulla habita ratione, quod ex hominum malitia, errore, vel ignorantia sacramenti valor in discrimen adduci possit, quia judicandum est secundum acta et probata *Can. Multi corriguntur* 18. *caus.* 2. *quaest.* 1. § *Noluit enim*, *Leg. Properandum* 11. § *Et siquidem* § *Sin autem Cod. de Judic.*, *Leg. Illicitas* 6. § *Veritas ff. de Offic. Praesid.*, *Leg. Eos* 6. § *Super iis Cod. de appellat.*, *Osasch. decis.* 79. *num.* 44. *et seq.*; ecclesia pro nullitate matrimonii usque ab incunabulis et ab initio invalidi pronunciandum esse concedit, multo magis pro nullitate sponsalium judex pronunciare poterit, ejusque judicium attendendum erit, etiam ad affectum excludendi impedimentum publicae honestatis, saltem quando nulla adest controversia, vel dubium, quod sponsalia filiae vel filiifamilias nobilis et honestissimae stirpis sint eorum invisa parentibus, quia in facto propter notabilem disparitatem, quae, ut in hypothesi, nullo pacto impugnari valeat, evidenter et liquido constet in dedecus totius propriae familiae cum persona indubitanter indigna temere fuisse contracta. Quando enim habetur in facto, quod altera pars sit nobilis, altera vero in exercitio cauponae, seu alterius vilissimae artis actualiter occupata, vel altera honestissima, altera autem infamis, tunc tutius, quam in praedicto casu impotentiae, et absque ullo errore, seu deceptionis metu judex sponsalia nulliter inter illas usque ab initio contracta declarans, nec certe fallitur, nec certe matrimonii valorem in discrimen adducit tum attenta facti permanentis evidentia, quam quodcumque genus probationis superare, omnemque aliam contrariam probationem excludere

Digitized by Google

non est ambigendum *Card. Tusch. lit. P. conclus. 776. per tot.*, *Afflict. dec. 107. num. 6.*, *Rot. Roman. decis. 575. num. 6. coram Ludovis. et decis. 229. num. 3. par. 4. tom. 1. recentior.*, *Rot. Florent. lib. Motiv. 113. pag. 521. § Quod autem, et lib. Motiv. 132. pag. 346.*, tum quia hic non agitur de matrimonii sacramento, sed de simplici sponsalium contractu, in quo minime sacramenti valor in discrimen adducitur.

Quibus stantibus, nec ea exceptio subsistere posse videtur, quod si per judicem, vel Episcopum haec invalida usque ab initio declarentur sponsalia, per ipsos tollatur impedimentum dirimens publicae honestatis, quod adesset, quatenus sponsalia fuissent ab initio valida, quae facultas nec judici, nec Episcopo,
85 sed Summo Pontifici dumtaxat est reservata *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib. 8. cap. 14. num. 5.*, *Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 1. n. 9.*, *Pontius lib. 6. de Matrim. cap. 1. n. 12.*

Quandoquidem quoties sponsalia *ex quacumque ratione* usque
86 ab initio sunt invalida, ipsum *Sac. Concil. Tridentinum* nullum impedimentum dirimens publicae honestatis ex iis oriri voluit, imo expresse hujusmodi casum invaliditatis sponsalium excepit in *d. cap. 3. sess. 24. de refor. Matrim.* = ibi = *Justitiae publicae honestatis impedimentum, ubi sponsalia* QUACUMQUE RATIONE *valida non erunt, Sancta Synodus prorsus tollit* =, et notat *Bened. XIV. de Synod. Dioec. lib. 9. cap. 13. n. 4.* = ibi = *Impedimentum publicae honestatis unice emergit — aut ex sponsalibus* VALIDIS *juxta Text. in Cap. 1. de Sponsal. in 6., et cap. 3. sess. 24. Concil. Trident. etc. — aut ex Matrimonio dumtaxat rato* = dummodo non sit nullum ex defectu consensus ut supra *num.* 16.: constito propterea ex praemissis, quod sponsalia filiifamilias contradicentibus parentibus attentata usque ab initio sunt invalida, si judex, examinatis circumstantiis, causisque dissensus parentum, iisque 87
justis ac rationabilibus cognitis, pronunciet ea usque ab initio fuisse nulla, illa sic non invalidat nec impedimentum dirimens tollit, sed declarat evenisse casum, quo, attenta praedicta nullitate, *Sacrum Concilium Tridentinum* impedimentum publicae honestatis prorsus abesse decrevit, eo pariter modo, quo judex clerici percussorem non ligat censura, sed suo decreto usque ab initio et in actu percussionis ligatum ipso jure remansisse declarat. 88

Nulla demum difficultas emergit ex eo quod, cum ex jam dictis, haec sponsalia irrita sint ex defectu consensus parentum ab ecclesia, et a *Sacro Tridentino Concilio* requisiti, non autem ex defectu consensus utriusque contrahentis, qui ad perficiendum contractum in sponsalibus intercessit, ideo ex illis, etsi nullis, impedimentum justitiae publicae honestatis ortum fuerit propter hujusmodi consensum per contrahentes hinc inde praestitum, quia talis consensus est praedicti impedimenti sola 89
causa et origo *Cap. Unic. de Spon-*

Digitized by Google

sal. in 6., Cap. Unic. de Desponsat. impub. in 6. Gloss. in Clementin. Unic. verb. Matrimonialiter De Consanguinit., Veracrux in Spec. Conjug. par. 1. *art.* 52. *in* 4. *conclus., Navarr. in Manual. cap.* 22. *n.* 58., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 70. *num.* 5. *et* 9., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 3. *punct.* 11. *proposit.* 1. *sub num.* 1., *et proposit.* 2. *n.* 11. eo modo, quo ex matrimonio rato et non consummato idem oritur impedimentum, quamvis declaretur nullum, ob non servatam Concilii formam, dummodo in matrimonio, licet ob contemptum ejusdem formae nulliter inito, utriu-
90 sque contrahentis consensus accesserit, ut respondit *Sac. Congregat. Concilii* 8. *Novembris* 1584., *et in Caesenaten.* 18. *Junii* 1611. *lib.* 11. *Decret. pag.* 99.

Non modica namque inter unum et alterum casum intercedit differentia; siquidem in casu, quo matrimonium ratum sit nullum propter contemptum formae a *S. Concilio* praescriptae, non deficit tamen liber et absolutus amborum contrahentium consensus
91 ejus indolis et naturae, ut efficax sit ad perficiendam *valide* promissionem et inducendam utrimque obligationem adimplendi *servatis servandis* promissa; secus autem in casu, quo consensus unius vel utriusque contrahentis libertate careat, veluti si masculus aut foemina vel uterque per vim et
92 metum cadentem in constantem virum, matrimonio consenserint, tunc enim si matrimonium tantummodo ratum fuerit, et non consummatum, abque ulla dispensatione sponsus deinde ducere non prohibetur sponsae sororem, aut sponsa sponsi fratrem, quia matrimonium ejus seu promissio matrimonialis est 93
destituta consensu ad *valide* contrahendum efficaci, et dumtaxat emissa cum consensu meticuloso, hoc est cum consensu nullius roboris, et valoris, qui nullum publicae honestatis gignit impedimentum, ut declaravit *eadem Sac. Congregat. Concilii* 22. *Martii* 1664. juxta eam juris nostri regulam, quod paria sunt non esse et esse nullum 94
leg. Duo sunt Titii ff. de testam. tut. Bald. in leg. Si autem nullum 4. *Cod. de legit. haeredib.*, quodque nullum est nullum producit 95
effectum *leg.* 4. *§ Condemnatum ff. de re judic. Cap. Illud.* 8. *Cap. Cum laici* 10., *Cap. Suggestum.* 20. *De Jurepatron.*

In sponsalibus autem filiifamilias injussu parentum attentatis, licet interveniat utriusque contrahentis consensus, ex parte tamen filiifamilias talis consensus non est liber et absolutus, vel quia tacitam continet conditionem si et quatenus deinde parentum consensus accedat, ex quibus proinde sponsalibus tamquam conditionalibus, an- 96
te conditionis eventum praedictum non oritur impedimentum *Gutierrez quaest. Can. lib.* 1. *cap.* 22. *num.* 3.

Vel quia, cum consensus liber et efficax ad perficiendum contractum in sponsalibus praestitus, sit potentissima causa, ob quam sponsalia praebent impedimentum

Digitized by Google

publicae honestatis, quoties in spon-
salibus filiifamilias, injussu paren-
tum attentatis, cadit consensus su-
per promissione invalida, quia pro-
hibita et peccaminosa, sicut iste
97 consensus est nullus, nulliusque va-
loris et omnino inefficax ad licite
valide et sine peccato contrahen-
dum, nullumque producit effectum,
eoque non obstante, irritus rema-
net sponsalium contractus, ac ir-
rita et inanis promissio, ita nec
praedictum producit impedimen-
tum, quia uti nullius roboris et
inefficax ad *valide* contrahendum,
nullam obligationem seu nullum
contractum ultro citroque obliga-
torium inducit, prout accidit etiam
quoad consensum pupilli in con-
98 tractu sine tutoris praesentia et
consensu praestitum, qui, attenta
juris prohibitione, nihil operatur,
ac si praestitus nunquam fuisset,
nisi conditionem suam melioraverit
leg. Pupillus 150. *ff. de reg. jur.*,
Oinotom. in Instit. lib. 1. *tit.* 21.
num. 8. *et* 10.

Et proprius ad rem nostram,
quemadmodum ex secundis sponsa-
99 libus non oritur impedimentum pu-
blicae honestatis, si contra fidem
priorum sponsalium contracta fue-
rint, quia in tali casu, non obstante
reciproco contrahentium consensu,
secunda sponsalia tamquam prohi-
bita ipso jure sunt irrita ut, post
text. in Cap. Sicut de Sponsalib.,
docet *Layman. Theol. Moral. lib.*
5. *tract.* 10. *par.* 4. *cap.* 9. *n.* 4.:
ita idem impedimentum oriri ne-
100 quit ex sponsalibus filiifamilias sine
parentum conseusu contractis, quia
uti prohibita, sunt irrita, ideoque
in utroque casu consensus ab eo
praestitus, cui contrahere sine pec-
cato et juris transgressione non
licet, nullius est momenti et pe-
nitus inefficax ad perficiendum con-
tractum hinc inde obligatorium.

Certum igitur est, quod ut ex
promissione sive in sponsalibus de
futuro sive in sponsalibus de prae- 101
senti, in matrimonio nempe rato
emissa hoc impedimentum nasca-
tur, consensus promissioni accedens
debet esse liber non conditionatus
aut meticulosus, non seu a jure
prohibitus, ut sit efficax, non au-
tem inanis, nulliusque firmitatis
ad contrahendum et obligandum,
quia deficiente libero et efficaci
consensu, deficit contractus, defi-
cit obligatio, et consequenter prae-
dictum deficit impedimentum.

Denique, ut tota res breviter
perstringatur, ita ratiocinandum vi-
detur. — Ne nulla sed valida sint
sponsalia, requiritur mutuus et una 102
simul efficax eorum consensus, qui
plenissima promittendi facultate po-
tiuntur *Cap. Cum locum* 14. *Cap.
Consultationi* 28. *De Sponsal.*, *Sac.
Concil. Trident. cap.* 9. *sess.* 24.
de Reformat. Matrim., *Rot. in Orio-
len. Sponsalium* 26. *Februar.* 1755.
§ *Ut tamen coram Card. Bussio*
= ibi = *Ut sponsalia valida sint,
ingenio suo postulant mutuam ex
libero determinatoque animo pro-
missionem ab iis, qui* PLENISSIMAM
spondendi habent facultatem. —

Requiritur etiam quod res,
quae promittitur, licita sit: si enim
illicita foret, inanis inefficax et
invalida tunc esset promissio, et 103
consequenter nullus et inefficax

Digitized by Google

consensus a quo promissio promanat *Rot. dec.* 107. *num.* 16. *par.* 8. *rec.*, *et in Nebien. Sponsalium* 28. *Junii* 1756. § *Hoc unum coram Canilliac* = ibi = *Sponsalia promissionem secum ferentia de re illicita, nullitatis vitio infecta remanserunt, prorsusque inepta* AD EFFICACEM *obligationem inducendam.* =

Nulla siquidem lex sive civilis
104 sive canonica sive divina statuit, nec ullus doctor sive theologus sive canonista hucusque fuit in sensu, quod promissio de re *illicita* obligatoria sit et valida, etiamsi millies eidem promissioni inefficax consensus accedat, et cum consensu mille quoque juramenta uniantur, sed potius eo ipso, quo emittitur, et in ipso actu spondendi, tamquam *illicita*, nullius momenti remaneat, nullusque valoris, qui ad obligandum requiritur.

Si ergo *illicita* sunt sponsalia quae a filiisfamilias, insciis vel in-
105 vitis parentibus, attentantur, quomodo valida esse poterunt sive illico appareant *illicita* sive diuturno litigii cursu *illicita* usque ab initio et in ipso actu spondendi probentur? — si deficit in contrahentibus sine parentum consensu *ple-*
106 *nissima* spondendi facultas? — si promissio de re *illicita* inefficax ad obligandum concurrit? – si consensus nihil ad obligandum operatur et juramentum vertitur in perjurium? — Quomodo inducere poterunt impedimentum publicae honestatis sponsalia, quae nulla sunt et invalida, tamquam attentata ab iis, qui *plenissimam* spondendi facultatem non habent? — quomodo hoc inducere
potest impedimentum eorumdem 107
promissio, si est nulla, nullamque inducit obligationem tamquam promissio de re *illicita?* — quomodo illud inducere valet eorum consensus si nullus est et inefficax ad obligandum, tamquam a non habentibus
plenissimam spondendi facultatem 108
praestitus? — quomodo tandem id efficere seu confirmare poterit juramentum, quatenus adhibeatur, si nullam vim habet nec habere potest, tamquam *illicitae* promissioni temere accedens?

Hae sunt rationes et fundamenta, quibus (ne admittatur, quod promissio de re illicita prohibita et peccaminosa valida *sit* et obliget) in proposito mihi casu non obstare impedimentum publicae honestatis nec ex praedictis sponsalibus oriri posse, censerem.

Si tamen, his non obstantibus, adhuc dubitetur de validitate eorumdem sponsalium, quia consensus, licet inefficax, ad pariendam obligationem ab omni jure prohibitam, sufficiens nihilominus esse possit ad pariendum impedimentum publicae honestatis, quod rationi minime consentaneum videtur, ad cautelam peti poterit dispensatio.

Digitized by Google

C A P. XII.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Affinitatem.

SUMMARIUM.

1 Affines, matrimonium sine Apostolica dispensatione inter se contrahentes, perpetuo sunt separandi.

2 Affinitas tam ex actu matrimoniali quam ex actu fornicationis, et utroque perfecto, inducit impedimentum dirimens:

3 Sive sit in utroque casu copula publica sive occulta:

4 Sive habita cum puella impubere, imo et septenni.

5 Durat etiam post obitum ejus, per quem fuit acquisita.

6 Ex actu licito inducit impedimentum usque ad quartum gradum inclusive:

7 Usque ad secundum inclusive ex actu fornicario et illicito.

8 Quoto gradu consanguinitatis est quis conjunctus personae carnaliter cognitae, toto gradu affinitatis est conjunctus alteri personae quae eam cognovit.

9 Summus Pontifex potest dispensare etiam super primo affinitatis gradu lineae rectae, gravissimis urgentibus causis.

10 Sed Romani Pontifices semper ab hac dispensatione abstinuerunt, licet hoc impedimentum inductum sit jure ecclesiastico, *et num.* 11.

12 Sed super primo affinitatis gradu lineae collateralis pluries dispensarunt.

13 Ex lege Moysis, uno fratre defuncto, alter superstes illius viduam desponsare tenebatur.

14 Vir duas sorores ducere non poterat in casu tantum quo prima, sibi desponsata, vixisset.

15 Hae dispensationes inter affines transversae lineae in primo gradu sunt juri naturali et divino uniformes:

16 Ideo a Summis Pontificibus semper fuere concessae ad ineunda matrimonia cum vidua fratris defuncti, sive cum sorore defunctae uxoris:

17 Rigide tamen, si ex defuncto fratre soboles supersit.

18 Tridentinum disponit, ne in secundo gradu, nisi inter magnos principes et ob publicam causam, dispensetur, *et num.* 52. 64. 66.

19 Nihilominus Romani Pontifices etiam inter inferiores dispensare solent, *et n.* 45. 53.,

20 Imo in primo affinitatis gradu lineae transversae inter nobiles et privatos pro matrimonio cum vidua fratris, ex quo nulli filii supererant, ineundo, dispensarunt:

21 Facilius pro matrimonio cum sorore defunctae uxoris.

22 Episcopus dispensare nequit, nisi in casibus sibi a jure permissis seu concessis, *et num. seq.*

24 Dispensare potest, si concurrat dispensandi consuetudo legitime praescripta,

Digitized by Google

25 Si adsit dubium, an dispensare possit:

26 Dispensationis reservatio est odiosa, ideo restringenda:

27 Item Episcopus dispensare potest si talis facultas tacite seu virtualiter ei concessa praesumi possit:

28 Si a jure dispensatio in genere permittatur, *et num. seqq.* Limita *ut num.* 32.

31 Papa de jure dispensandi potestatem habet.

33 Episcopus dispensare potest si magna necessitas sive evidens utilitas urgeat, nec facilis sit recursus ad Papam, et periculum sit in mora, *et num. seqq.*

38 Facultas dispensandi competens Episcopis competit etiam Capitulo sede vacante.

39 Capitulum, sede vacante, exercere valet quae sunt jurisditionis Episcopi, exceptis iis, quae sunt in jure specialiter prohibita.

40 Ad ordinariam Episcopi jurisdictionem spectat dispensandi facultas.

41 Episcopi in dispensando caute se gerere debent, ne suae facultatis et jurisdictionis fines excedant *ibid.*

42 Papa suorum Praedecessorum vestigia sectari voluisse censetur.
Quidquid in aliis casibus servatum esse dignoscitur, rationabiliter petitur et non facile denegatur *ibid.*

43 Causas pro his obtinendis dispensationibus non oportet esse publicas, sed sufficit quod sint rationabiles et urgentes — et quare *n.* 44. *et seq.*

46 Istae causae unitim sumendae sunt, *et num.* 67.

47 Causa rationabilis est copula habita post mortem uxoris cum ejus sorore, multoque magis si soboles ex ea suscepta fuerit,

48 Ut evitentur peccata, infamia, aliaque gravissima mala quae enumerantur, *et num.* 49. 58. 59. 83.

50 Secuta copula et periculum scandalorum praebent rationabilem dispensandi causam, *et num. seq.*

51 Adducitur exemplum.

54 Imo etiamsi orta sit suspicio, licet falsa, quod copula intercesserit, *et num. seqq.*, *et sub num.* 84.

56 Non obstante etiam impedimento compaternitatis, *et num. seq.*

59 Sufficiens causa reputatur necessitas vitandi mala et scandala et inducendi aliquod bonum *et sub num.* 84.

60 Attendi quoque solent merita intuitu Catholicae Fidei et Ecclesiae quaesita, quae causam publicam constituunt, *et n.* 84.:

61 Fortius si consistunt in servitiis in bello contra Turcas praestitis, vel in constructione plurium Ecclesiarum:

62 Item extinctio conspicuae et illustris familiae si dispensatio non concedatur, *et sub num.* 84.

63 Pro publico bono expedit illustres conservare familias.

64 Concurrente justâ causa, dispensatur cum pauperibus, plebeis, multoque magis cum nobilibus, praesertim super affinitate lineae transversae, *et n. seq.*

68 Affinitas superveniens post matrimonium ratum, illud non dissolvit, licet dissolvat sponsalia de futuro:

69 Minusque dirimit matrimonium consummatum, sed impedit debiti petitionem.

70 Affinitas non parit affinitatem.

71 Cousanguinei uxoris ducere possunt affines viri — et e contra.

72 Duo fratres ducere possunt duas mulieres inter se sorores.

73 Referuntur causae sufficientes ad obtinendam dispensationem pro contrahendo matrimonio inter consanguineos, seu affines. *et num. seqq.*

85 Obtenta dispensatio, ob angustiam loci, executionem meretur, quamvis omnes loci habitatores, conditione et facultatibus, sint aequales.

86 Et etiamsi 250. familiae locum illum inhabitent:

87 Quia causa dispensationis non est deficientia personae conditione aequalis, sed deficientia personae aequalis, quae praeter consanguineam, petenti dispensationem nubi velit.

88 Subreptionis vitium solum attenditur, cum concernit substantialia gratiae,

89 Non autem cum tantummodo Datariae respicit interesse.

90 Executioni demandanda est dispensatio obtenta in forma pauperum, licet eam petentes pauperiam simulaverint.

91 Subreptitia et invalida est dispensatio non expressis gradibus cognationis seu affinitatis super quibus petitur.

92 Obtinere sufficit dispensationem pro quarto gradu, quando distans quarto gradu a communi stipite nubere vult alteri in secundo gradu distanti:

93 Sed ante matrimonium obtinere debet declaratorias super propinquiore, alias graviter peccat.

94 Si alter distet a comuni stipite ultra quartum gradum, alter vero quarto gradu, non est opus pontificia dispensatione.

95 Idem dicendum, si alter sit a stipite in primo gradu, alter vero distet in quinto.

96 In petitione dispensationis super matrimonio in gradu prohibito jam contracto et malitiose consummato haec circumstantia exprimi debet:

97 Sicut exprimenda est copula carnalis, si inter consanguineos dispensationem petentes matrimonium nondum contractum praecesserit,

98 Alias dispensatio subreptitia est et invalida:

99 Necessario namque exprimi debet, quia cum impedimento consanguinitatis seu affinitatis, etiam incestus crimen concurrit.

100 Validum est matrimonium contractum antequam sponsi, de dispensatione prius obtenta, notitiam habuerint.

Digitized by Google

101 Copula carnalis inter sponsum et sponsam habita, antequam dispensatio Ordinario exhibeatur, nullam reddit dispensationem.

102 Nec valide deinde contrahitur matrimonium, nisi, hac expressa circumstantia, dispensatio iterum obtineatur:

103 Secus, si copula habita fuerit post praesentationem dispensationis, et Ordinarius cum eisdem sponsis jam dispensaverit.

104 Has dispensationes, Sede Episcopali vacante, neque Capitulum, neque Vicarius Capitularis exequi potest, sed hoc spectat ad Episcopum viciniorem.

105 Mortuis conjugibus ante executionem dispensationis, accedente novo Papae rescripto, illam Ordinarius exequi potest pro legitimandis filiis natis in figura matrimonii, etiam in praejudicium succedentium ab intestato, et in terris etiam imperii.

106 Nec Episcopus, nec Vicarius Generalis aliquid pro executione dispensationis, quacumque ratione, nec etiam sponte, oblatum exigere possunt sub poena excommunicationis latae sententiae, non obstante quacumque immemorabili consuetudine, *et num.* 115.

107 Notario tantum debetur quarta pars unius scuti pro mercede laboris.

108 Servari debet taxa Innocentiana.

109 Si consanguinei, contractis nuptiis, 30. annis una simul cohabitaverint, sive etiam minus, quam per decennium in figura matrimonii vixerint, dispensationem praecessisse praesumitur:

110 Sicuti, concessa super aliquo impedimento dirimente Apostolica dispensatione, legitime deinde executionem habuisse censetur.

111 Ab impedimentis publicis per Datariam — ab occultis per Poenitentiariam dispensatio expeditur.

112 Nonnunquam tamen Sac. Poenitentiaria etiam super impedimentis publicis in utroque foro, attenta paupertate, gratis illam concedere solet.

113 Adducitur exemplum.

114 Qui obtinuit super impedimento occulto dispensationem a Sac. Poenitentiaria Confessario directam, sua peccata fateri non tenetur, nisi hoc in literis praecipiatur — secus si in literis sit apposita clausula „ *In foro conscientiae, in Sacramentali Confessione tantum, et non aliter* „ *ibid.*

115 Gratis etiam Confessarius id exequi debet.

116 Impedimentum occultum super quo Poenitentiaria dispensare potest, dicitur illud, de quo non est publica fama.

117 Sed illud, quod in parochia notum est minus, quam decem personis.

118 Decem homines faciunt plebem, seu populum et parochiam.

119 Unius parochiae testimonium facit crimen notorium.

120 Occultum tamen non est, quod per duos testes probari potest, sive deductum sive non deductum ad forum contentiosum.

121 Si crimen seu impedimentum deductum ad forum contentiosum non fuerit probatum et reus absolutus, occultum remanet,

122 Nisi reus dimissus fuerit cum praecepto de se repraesentando.

123 Occultum quoque dicitur, si solum complicibus sit notum.

124 Episcopus in foro conscientiae, matrimonio contracto, dispensare potest aliquando super impedimento dirimente occulto, concurrentibus tamen circumstantiis, de quibus *num.* 125. *et seqq.*

127 Sed si impedimentum occultum postea detegatur, et deducatur ad forum contentiosum, opus est pontificia dispensatione.

128 Eadem facultas dispensandi super impedimentum occulto Episcopo competit, antequam matrimonium contrahatur, et quando:

129 Quia concurrentibus circumstantiis, quae referuntur a *Sanchez*, praesumitur a Papa delegata Episcopo dispensandi potestas.

Declara *ut num.* 130.

131 Temperamentum adhibitum in casu urgentis necessitatis pro habenda, secreto et sine scandalo, dispensatione.

132 Nunquam Episcopo competit facultas dispensandi super impedimento dirimente non occulto, sed publico:

133 Quamvis gravis urgeat matrimonium contrahendi necessitas.

134 Sac. Poenitentiaria non dispensat super impedimentis occultis tum consanguinitatis tum affinitatis ex copula licita, tum cognationis spiritualis ante contractum matrimonium:

Secus si matrimonium sit jam contractum, exceptis tamen primo et secundo consanguinitatis et affinitatis gradu *ibid.*

135 In caeteris gradibus, etiamsi fuerint publici, matrimonia in iis nulliter contracta revalidat:

136 Quando tamen falsitas provenit ex causa subreptionis vel obreptionis occultae literarum a Dataria obtentarum,

137 Limita si falsitas consistit in narratione praecedentis copulae, quae tamen ante non intervenerit:

138 Dispensat etiam in omni linea, et gradu affinitatis ex copula illicita et occulta.

139 In foro exteriori expediuntur in Dataria dispensationes, quae in quarto vel in tertio et quarto gradu petuntur,

140 In Cancellaria, quae petuntur pro tertio vel secundo et tertio gradu:

141 In Praefectura Brevium, quae petuntur pro primo affinitatis gradu, vel pro primo et secundo, vel pro primo et tertio, vel pro primo et quarto consanguinitatis aut affinitatis gradu.

Digitized by Google

SI SIS AFFINIS

Si inter affines in gradu prohibito matrimonium sine apostolica dispensatione contrahatur, sunt per-
1 petuo contrahentes ad invicem separandi, quia affinitas inducit impedimentum dirimens vinculum matrimonii — sive illa consurgat ex actu matrimoniali perfecto et com-
2 pleto — sive ex actu pariter perfecto fornicationis *S. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 86. *art.* 1. 3. *et* 6. — sive sit in utroque casu copula pu-
3 blica sive occulta *Cap. Discretionem* 6. *De eo, qui cognov.* — sive
4 etiam habita cum puella impubere, imo et septenni *Cap. Fraternitati* 7. *cod. titul.*, ac semel contracta,
5 perseverat etiam post obitum ejus, per quem fuit acquisita *S. Thom. loc. cit. art.* 2. Cum hoc tamen discrimine, quod affinitas orta ex
6 actu licito seu conjugali inducit impedimentum usque ad quartum gradum inclusive *Cap. Non debet* 8. *De Consanguin. et Affinit.*, usque
7 ad secundum vero inclusive, si ex actu fornicario seu illicito oriatur, *Sac. Concil. Trident. cap.* 4. *sess.* 24. *de Reformat. Matrimon.*, *Rot. dec.* 112. *num.* 26. *par.* 8. *recen.*; dummodo actus, ut dixi, sit perfectus, sive scilicet perfecta sit copula cum seminis effusione intra et non extra claustra pudoris *Can. Extraordinaria* 11. *caus.* 35. *quaest.* 2. *et* 3., *D. Thom. in* 4. *dist.* 41. *art.* 1., sive copula non sequatur intra claustra, sed solum semen intra vas intret *D. Thom.* quem refert et sequitur *Diaz. in pract. can. cap.* 77. *De Stupro*, excepto actu sodomitico, qui non inducit affinitatem *D. Thom. in* 4. *dist.* 41., *Navarr. in Manual. cap.* 22. *n.* 43.

Gradus autem affinitatis mensurantur juxta gradus consanguinitatis, itaut quoto gradu consanguinitatis est quis conjunctus personae carnaliter cognitae, toto gradu affinitatis sit conjunctus alteri personae quae eam cognovit: hoc igitur 8
impedimento existente, nullum est matrimonium, nisi apostolica dispensatio praecesserit.

Haec autem impedimenta non semper indigent dispensatione, nonnunquam enim vera non sunt, sed vel ex invidia, vel ex malitia, vel ex vindicta, vel ad solum finem impediendi matrimonium falso opponuntur, ut exemplum habemus in *Asculana Matrimonii*, in qua *Sacrae Congregationi Concilii* in solito folio factum per haec verba espositum fuit, videlicet

„ Dum inter Missarum solemnia denunciabatur matrimonium „ ineundum inter *Josephum Antonium* Jo. Gasperis, et *Rosam* „ *Mariam Valluciani*, coram Pa„ rocho comparuere Magdalena Ca„ roli Spineoli et Joseph Ronchetti, „ quarum prima revelavit dictum

Digitized by Google

„ *Josephum Antonium* alias audi-
„ visse dicentem, quod ipse Algi-
„ nam *Rosae Mariae* matrem car-
„ naliter cognoverat, secundus vero
„ asseruit idem ab aliis personis
„ audivisse.

„ Episcopus, cui has revelatio-
„ nes Parochus retulit, examinari
„ curavit plures testes, qui, de as-
„ serto carnali commercio inter
„ ipsum *Josephum Antonium* et
„ Alginam secuto, deposuerunt de
„ auditu a diversis personis et si-
„ gnanter a dicta Magdalena, quae
„ inter tot testes unica est quae
„ deponat de auditu ab ipso *Josepho*
„ *Antonio*. At non solum aliqui
„ per testes vocari in auctores sui
„ dicti expresse protestati sunt se
„ id nunquam dixisse, verum etiam
„ deponunt *Josephi Antonii* con-
„ sanguineos odio habere Alginam;
„ et praedicto matrimonio cum
„ ipsius *filia* contrahendo adver-
„ sari.

„ Praeterea ex parte sponso-
„ rum inducti fuerunt atque exa-
„ minati plures testes, qui sicuti
„ de bonis *Josephi Antonii* et Al-
„ ginae, ita de pessimis dictae Mag-
„ dalenae moribus respective depo-
„ suerunt.

„ Et tandem dictus *Joseph*
„ *Antonius* atque Algina jureju-
„ rando asseruerunt nullum un-
„ quam carnale commercium inter
„ eos secutum fuisse.

„ Licet ergo Episcopus ex his
„ censeat tuto posse ad ulteriora
„ procedi in celebratione matrimo-
„ nii, attamen consultius putavit
„ audire oraculum hujus S. Con-
„ gregationis.

„ Unde, perspectis testium de-
„ positionibus in summario cir-
„ cumferendis, Eminentissimi Pa-
„ tres respondere non gravabuntur:

„ *An, praedictis non obstanti-*
„ *bus, procedendum sit ad ulteriora*
„ *in celebratione matrimonii inter*
„ *praedictos Josephum Antonium*
„ *et Rosam Mariam?* —

Quae *S. Congreg.* sub *die* 5. *Junii* 1688. respondit = *Affirmative et ab Episcopo procedendum esse ad ulteriora* =

Et similiter in alia pariter *Asculana Matrimonii*, ad obtinendam dubii resolutionem, factum fuit sic in folio narratum:

„ Contractis sponsalibus per
„ verba de futuro usque de anno
„ 1685. inter *Joannem Bernardini*
„ *et Magdalenam Venanzi*, facto-
„ que uno proclamate, Vincentius
„ Bernardini sponsi frater Parocho
„ denunciavit se *Magdalenam* car-
„ naliter cognovisse, unde, matri-
„ monio suspenso, Josephus Ve-
„ nanzi, germanus frater *Magdale-*
„ *nae*, hanc querelam detulit ad
„ Episcopum, jussu cujus in car-
„ ceres detrusus Vincentius jura-
„ mento deposuit se neutiquam
„ rem carnalem habuisse intra vas
„ cum *Magdalena*, sed inter fe-
„ mora; *Magdalena* vero, itidem
„ examinata, juramento deposuit
„ nullo modo rem carnalem habu-
„ isse cum Vincentio, bene autem
„ defloratam fuisse a *Joanne* spon-
„ so, cum quo successive carnale
„ commercium habuit.

„ Haec referens Episcopus, cum
„ adhuc tam *Joannes* quam Vin-
„ centius in carceribus detineantur,

Digitized by Google

„ petit ab hac Sac. Congregatione
„ decerni, an sit procedendum ad
„ ulteriora in celebratione matri-
„ monii, prout ipse procedendum
„ esse censet. „ Et eadem *Sacra
Congregatio Concilii* sub *die* 6.
Maii 1690 = *attenta relatione
Episcopi Asculani, censuit proce-
dendum esse ad ulteriora* =

De potestate autem Summi
Pontificis dispensandi etiam super
primo affinitatis gradu lineae re-
ctae, veluti inter socerum et nu-
rum, gravissimis urgentibus causis,
non dubitat *Sylvius Oper. tom.* 5.
in verb. Dispensatio tertio: sed Ro-
manos Pontifices, quamvis agatur
de impedimento non jure naturae
sed ecclesiastico inducto, a simili
dispensatione semper abstinuisse te-
statur *Benedict. XIV. de Synod.
Dioeces. lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 4. *in
fin.* — De potestate vero dispensandi
super primo affinitatis gradu lineae
collateralis seu transversae, nulla
hodie occurrit controversia, nec sine
fidei errore de illa dubitari potest,
11 cum de jure naturae vel divino
hoc matrimonium inter affines, ut
dixi, non sit prohibitum, sed de
jure dumtaxat positivo, super quo
12 Papa dispensare potest, pluriesque
Summi Pontifices, tam priscis quam
recentioribus seculis, dispensarunt,
ut habetur ex *Cap. fin. de divort.*
et communiter docent *Cajet. ad D.
Thom.* 2. 2. *quaest.* 145. *art.* 9. *ad*
5. *Bellarmin. contr. lib.* 1. *de Ma-
trimon. cap.* 27., *Navarr. in Ma-
nual. cap.* 22. *num.* 84., *Suarez. de
Matrim. Reg. Angliae dub.* 1. *n.*
94. *et dub.* 2. *in secundo funda-
mento par. affirm. num.* 30. *et in
respons. ad* 2. *num.* 15., *Ramos.*
apud *Dian. Oper. Coordinat. tom.*
3. *tract.* 1. *respons.* 82. *num.* 8.,
Trullench. tom. 3. *lib.* 7. *cap.* 9.
dub. 15., *Castropal. Oper. Moral.
par.* 5. *disput.* 4. *punct.* 8. *num.*
11., *Bell. cons.* 71., *De Just. de di-
spensat. Matrim. lib.* 2. *cap.* 7. *n.*
57., *Genuens. in prax. cap.* 20. *sub
num.* 8. *in addit.*

Tantum enim abest ut *Jure
Divino* similia conjugia sint inter-
dicta, quin potius Jacob vir san-
ctitate conspicuus duxit Liam et
Rachelem germanas inter se sorores
Genes. cap. 29. *vers.* 21. *et seqq.* —
Judas dedit puellae Thamar primo-
genitum suum in virum, eoque de-
functo, secundogenitum *Genes. cap.*
38. *vers.* 6. *et seqq.* — et quod juxta
legem Mosaycam ex duobus fratri-
bus sine filiis, uno defuncto, alter
superstes teneretur illius viduam
uxorem ducere ad suscitandum de- 13
functi semen, habetur in *Deuteron.
cap.* 25. *vers.* 5. *et seqq.*, = ibi =
*Quando habitaverint fratres simul,
et unus ex eis absque liberis mor-
tuus fuerit, uxor defuncti non nu-
bet alteri, sed accipiet eam frater
ejus, et suscitabit semen fratris
sui et primogenitum ex ea filium
nomine illius appellabit, ut non
deleatur nomen ejus ex Israel. Sin
autem noluerit accipere uxorem
fratris sui, quae ei lege debetur,
perget mulier ad portam civitatis,
et interpellabit majores natu, di-
cetque: non vult frater viri mei
suscitare nomen fratris sui in
Israel, nec me in conjugem sumere;
statimque accersiri eum facient,
et interrogabunt: si responderit:*

Digitized by Google

nolo eam uxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus, et tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem illius, et dicet: Sic fiet homini, qui non aedificat domum fratris sui, et vocabitur nomen illius in Israel domus discalceati —

Quodque vir duas sorores ducere non posset, non generaliter et indistincte, sed in casu tantum
14 quo prima sibi desponsata vixisset, habetur ex *Levitic. cap.* 18. — ibi — *Sororem uxoris tuae in pellicatum illius non accipies, nec revelabis turpitudinem ejus adhuc illa vivente* —, et ad rem bene observat *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 66. *sub num.* 11.

Atque hinc Doctores communiter affirmant has dispensationes ad contrahendum matrimonium inter affines transversae lineae in primo gradu exorbitantes non esse, utpote nullam habentes repugnantiam juris
15 naturalis vel divini, quinimo huic esse uniformes, inter quos *Candid. disquis. Moral. tit. de Matrim. disquisit.* 28. *art.* 12. *num.* 4. § *Dico octavo*, *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de impedim. matrim. quaest.* 3. *punct.* 12. *proposit.* 3. *sub num.* 7., *Castropal. Oper. Moral. tract. de Sponsal. disput.* 4. *punct.* 8. *num.* 11. *et* 13., *Pontius de Matrim. lib.* 7. *cap.* 32. *n.* 11. *et cap.* 34. *n.* 3., *Gonzal. in Cap. fin. n.* 5. *et seq. De divort.*, *Reiffenstuel in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 14. § 2. *num.* 48. *et in appendic. de dispensat. sup. impediment.* § 3. *num.* 125. — nec ullam extare prohibitionem divinam, quod frater ducere nequeat uxorem fratris sine liberis defuncti, tradit *Albertin. de agnosc. assert. Catholic. et Haeretic. quaest.* 21. *sub num.* 50.

Ideoque per Summos Pontifices aliquando dispensationes fuisse concessas ad ineunda matrimonia sive cum vidua fratris defuncti sive cum sorore jam defunctae uxoris, notant *Pignatell. consult.* 106. *num.* 3. *tom.* 8., *Layman. Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 4. *cap.* 6. *n.* 7. *in fin.*, *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de impedim. matrim. quaest.* 3. *punct.* 12. *num.* 7., *Pontius de Matrim. lib.* 7. *cap.* 34. *num.* 3., *Reiffenstuel. in Jus Canon. lib.* 4. *Decretal. tit.* 14. *num.* 48. ubi quod JULIUS II. „ dispensavit „ cum Catharina Regina Angliae „ vidua ut nuberet defuncti regis „ fratri Henrico VIII., quam dispen„ sationem legitimam et validam „ fuisse, consultis prius celeber„ rimis Europae universitatibus, „ per specialem Bullam postea de„ claravit CLEMENS VII. „ unde ortum est infelicissimum illud schisma, per quod Angliae Regnum ab Ecclesia Romana Catholica descivit, quia Henricus obtinere non potuit, quod a S. Sede declararentur tam matrimonium ab ipso cum Catharina contractum, quam dispensationem super illud ut supra concessam, nullitatis vitio laborare, ut Catharina a se ejecta, Annam Boleuam desponsare posset, quemadmodum illegitime, nulliter, et invalide desponsavit *Idem Reiffenstuell. in appendic. ad lib.* 4. *Decretal. de dispensat. sup. impedim.* § 3. *num.* 125., *De Just. de*

Digitized by Google

dispensat. lib. 2. cap. 7. num. 56. et seq., Clericat. de Sacram. Matrim. decis. 3. *sub num.* 36., *Caramuel Theol. Moral. lib.* 2. *num.* 591. = ibi = *Saepe Ecclesia dispensavit in hoc primo gradu affinitatis* =

Rigide tamen processerunt et
procedunt Summi Pontifices ad di-
spensandum in casu matrimonii
contraendi cum uxore fratris defun-
16 cti, ex quo soboles supersit; cae-
terum quamvis *Sac. Concil. Triden.*
sess. 24. *cap.* 5. *de reformat. Ma-*

trim. disponat quod matrimonia
nunquam in secundo gradu dispen-
sentur, nisi inter magnos principes
17 et ob publicam causam *Rot. decis.*
603. *num.* 37. *par.* 5. *tom.* 2. *re-*
cen., nihilominus Romani Pontifices
18 quandoque dispensare etiam solent
inter inferiores *Rot. dicta decis.*
603. *num.* 38., imo etiam inter no-
19 biles et privatos dispensationes
ab ipsis concessae fuerunt in primo
affinitatis gradu lineae transversae
20 pro matrimonio cum vidua fratris,
ex quo nulli filii supererant, ine-
undo; facilius autem pro matrimo-
21 nio cum sorore defunctae uxoris,
de quibus dispensationibus plura
adduci possent exempla, quorum
aliqua referunt *D. Antonin. tom.* 3.
summae cap. 11., *Sylvest. in summ.*
verb. Papa quaest. 17., *Estius in*
4. *sentent. dist.* 43. § 1., *Ramos*
apud Dian. Oper. Coordinat. tom.
8. *resolut.* 58., *Genuens. in prax.*
cap. 20. *n.* 8. *juxta impressionem*
Roman. anni 1630., *Pignatell. con-*
sult. 106. *num.* 3. *tom.* 8., *Gonza-*
lez, in cap. fin. num. 5. *de divort.*,
Sanch. de Matrim. lib. 7. *disput.*
66. *num.* 11. et alia leguntur in
tom. 59. *registr. Decret. pag.* 119.

Hanc tamen dispensandi facul-
tatem quoad Sacros Canones, Apo-
stolicas Constitutiones, et Conci-
liorum Generalium Decreta non
habet Episcopus, cui dispensare
non licet, nisi in casibus sibi a jure 22
permissis seu concessis *Can. In-*
ferior. 4. *dist.* 21. *Cap. Cum infe-*
rior. 16. *de majorit. et obedient.*,
Clement. Ne Romani 2. § 1. *de*
elect. = ibi = *Lex superioris per*
inferiorem tolli non potest. =

Primus casus, in quo Episcopis
dispensare permittitur, est quando
illis in jure dispensandi facultas 23
expresse conceditur, ut in *Cap. Si*
alicujus 59. *De elect., Cap. Cum*
ex eo 34. *eod. tit. in* 6., *Cap. At*
si Clerici 4. § *De Adulteriis De*
Judic., *Concil. Trident. sess.* 24.
Cap. 6. *de reform.* —

Alter casus est si concurrat di-
spensandi consuetudo legitime prae- 24
scripta *Barbos. Jure Eccles. uni-*
vers. lib. cap. 11. *n.* 194., *Pirhing.*
lib. 1. *Decretal. tit.* 31. *num.* 87.,
Reiffenstuel. ibid. tit. 2. *num.* 471.,
Suarez lib. 6. *de legib. cap.* 14.
num. 10. —

Tertius casus est quando adest
dubium, an necessaria sit dispen-
satio, tunc enim Episcopus, re ma-
ture considerata, declarare potest
eam non requiri, vel ad cautelam
dispensare *Barbos. de offic. et po-* 25
test. Epis. par. 2. *allegat.* 35. *num.*
18., *Reiffenstuel. loc. cit. num.* 474.,
Sanchez in Decalog. lib. 1. *cap.* 10.
num. 74. *et cap.* 40. *n.* 26., *Layman.*
Theol. Moral. lib. 1. *tract.* 4. *cap.*
22. *num.* 4.: cum enim dispensatio-

Digitized by Google

nis reservatio sit odiosa, quia or-
dinariam Episcoporum potestatem
coarctat, ideo ad casus certos est
26 eadem reservatio restringenda ad
regulam text. in *Cap. Odia* 15.
De regul. jur. in 6. = ibi = *Odia*
ristringi et favores convenit am-
pliari. =

Quartus casus est quando, in-
specto modo loquendi Sac. Canonum,
tacite saltem seu virtualiter talis
facultas Episcopis concessa praesu-
mitur, veluti cum in aliquo Canone
27 simpliciter dictum sit *posse dispen-*
sari, nec Papa sibi, aut alteri di-
spensationem reservat *Gloss. in Cap.*
In quibusdam 12. *verb. Dispensatum*
De poen. = ibi = *Cum non deter-*
minetur a quo possit dispensari,
dixit Joann., quod Episcopus potest
dispensare, ex quo Papa non re-
tinuit sibi dispensationem =, ibique
Abb. num. 5. *et in Cap. Etsi una-*
nimiter n. 10. *De postulat. Praelat.*
ubi quod Episcopi semper dispen-
28 sant, quoties a jure dispensatio in
genere permittitur, licet in specie
Episcopis non permittatur *Sanch.*
lib. 8. *de matrim. disp.* 5. *num.* 1.
pluribusque relatis *Reiffenstuel. loc.*
cit. num. 467., *Barbos. de offic. et*
potest. Episc. par. 2. *allegat.* 33.
num. 22. ubi quod si lex dispen-
29 sandi facultatem concedit, veluti,
si dicat = *poterit ex dispensatione*
= vel = *nisi cum eis fuerit mise-*
ricorditer dispensatum = nec ad-
dit = *per Sedem Apostolicam* =
aut = *per Romanum Pontificem*,
30 prout sine simili additione in specie
dicitur in *Cap. Veniens* 2. *De eo*
qui cognov., et in Cap. Postulatis 7.
De Cleric. excommunicat. mini-
strant, tunc quia frustra talis fa-
cultas conceditur Papae, qui de jure 31
hanc habet potestatem *Cap. Propo-*
suit 4. *De concess. praebend.* = ibi =
Qui secundum plenitudinem pote-
statis de jure possumus supra jus
dispensare =, illa proinde facultas
Praelatis inferioribus et Episcopis 32
data censetur argument. text. in
Cap. Nuper 29. *De sentent. excom-*
municat. = ibi = *Quia tamen Con-*
ditor Canonis ejus absolutionem sibi
specialiter non retinuit, eo ipso
concessisse videtur facultatem alii
relaxandi =, sed hoc non procedere
quando, contracto bona fide matri-
monio, contrahentes impedimento
dirimente irretiti deteguntur, licet
Sacr. Concil. Trident. sess. 24.
cap. 5. *de reform. matrim.* ita de-
creverit = *Si vero, solemnitatibus*
adhibitis, impedimentum aliquod
subesse postea cognoscatur, cujus
ille probabilem ignorantiam habuit,
tunc facilius cum eo et gratis di-
spensare poterit =, recte resolvit
Sanch. de matrim. lib. 8. *disp.* 6.
num. 19. —

Quintus casus est quando urget
magna necessitas sive evidens uti-
litas, nec facilis sit recursus ad
Sanctam Sedem, et periculum sit 33
in mora, argumento text. in *Can.*
Tali 17. *caus.* 1. *quaest.* 7. *et Cap.*
Exposuisti 33. *De praebend.*, in
quibus, concurrente evidenti neces-
sitate vel utilitate, expresse tri- 34
buta fuit Episcopis contra quorum-
dam Canonum decreta dispensandi
facultas, quae pariter in aliis simi-
libus casibus concessa praesumitur, 35
eo quia in istis casibus ex prae-
sumpta Summi Pontificis voluntate,

36 eadem facultas Episcopis concessa
censetur, ne in casu urgentis ne-
cessitatis oves illis concreditae ne-
37 cessariis destituantur auxiliis *Abb.
in Cap. At si Clerici* 4. *num.* 9.,
Pirhing. lib. 1. *Decretal. tit.* 31.
num. 87., ibique *Reiffenstuel. tit.* 2.
n. 470., *Sanch. lib.* 2. *de matrim.
disput.* 40., *num.* 3. *Castropal. oper.
moral. par.* 1. *tract.* 3. *disput.* 6.
punct. 5. *num.* 7. —

Sextus casus est quando, post
matrimonium legitime contractum,
oritur quodcumque impedimentum,
quo aufertur debiti conjugalis exi-
gendi potestas, ut est affinitas sive
ex baptismo, sive ex incestu, im-
posita tamen pro gravitate incestus
poenitentia, et procurato occasionis
peccandi recessu *Sanch. de matrim.
lib.* 8. *disput.* 12. *num.* 13. *et* 15.

Nec solum Episcopis, sed etiam
Capitulo, Sede vacante, eamdem
38 facultatem in similibus casibus di-
spensandi competere tradit *Barbos.
de offic. et potest. Episc. par.* 2.
allegat. 36. *n.* 9., quia Capitulum,
Sede vacante, omnia quae pertinent
39 ad ordinariam Episcopi jurisdictio-
nem, exercere valet, praeter non-
nulla, quae specialiter sunt jure
prohibita *Cap. Cum olim* 14. ibique
*Gloss. verb. Cap. De Majorit. et
Obedient. Cap. Ad abolendam* 9.
ibique *Gloss. verb. Sede vacante
De haereticis*; quando autem ad
ordinariam Episcopi jurisdictionem
spectat dispensandi facultas, eam
40 Episcopus delegare potest *Cap. His
quibus ex officio* 20. ibique *Gloss.
fin. de offic. Judic. Ordinar. L. More*
5. *L. Et quia* 6. *ff. de Jurisdict.
omn. Judic.*

Sed, quidquid sit quoad Epi-
scopos et Ordinarios qui in dispen-
sando super impedimentis dirimen-
tibus nullam habent facultatem
nisi in foro conscientiae et in prae-
cisis circumstantiis, de quibus infra
num. 114. *et seqq.*, in aliis quoque
casibus, in quibus de his impedi-
mentis agitur, nimis caute proce-
dere debent, ne sibi arrogent eam
facultatem, quam non habent, fi-
nesque suae potestatis et jurisdi- 41
ctionis excedant; nulla cadit dubi-
tatio circa supremam, quam habet
Papa, potestatem dispensandi non
super impedimentis jure naturali
dirimentibus ut est error, amen-
tia, ligamen, impotentia, consan-
guinitas in primo gradu lineae rectae
et in primo transversae, sed super
aliis impedimentis jure ecclesiastico
dirimentibus, et consequenter in gra-
dibus consanguinitatis lineae rectae,
justa accedente causa, excepto tamen
ut supra, primo gradu *Sanch. de
Matrim. lib.* 8. *disput.* 6. *num.* 12.;
nam in aliis gradibus interdictum
est matrimonium jure ecclesiastico
usque ad quartum gradum *Sanch.
de Matrim. lib.* 7. *disp.* 51. *n.* 22.
— ibi — *Secundo deducitur posse
Fideles contrahere matrimonium in
linea recta ascendentium et descen-
dentium ultra quartum gradum,
quia jure naturae solus primus
interdicitur, et jure ecclesiastico
prohibitio non excedit quartum
gradum* —. Circa vero affinitatem,
haec Summi Pontificis dispensandi
potestas extenditur etiam ad dispen-
sandum super primo affinitatis li-
neae transversae, ut supra dixi,
qui, concurrente insuper consuetu-

dine dispensandi, quoties fuerit re-
quisitus et causae rationabiles ad-
42 ducantur, suorum praedecessorum
vestigia sectari nolle non est cre-
dendum; quidquid enim in aliis
casibus servatum esse dignoscitur,
rationabiliter petitur et non facile
denegatur *Donat. in prax. Regular.*
tom. 4. *tract.* 1. *quaest.* 13. *n.* 18.,
Dian. Oper. Coordinat. tom. 3. *tract.*
1. *resolut.* 78. *num.* 4. *et* 5., *Regi-*
nald. in prax. For. poenitent. lib.
18. *cap.* 22. *n.* 329., *Less. de Just.*
et Jur. lib. 2. *cap.* 40. *num.* 141.
in fin., Lezzan. consult. 11. *n.* 10.
tom. 4.

Similes tamen dispensationes
sine rationabilibus causis non con-
ceduntur, quas non oportet esse
43 publicas, sed sufficit quod sint
rationabiles et urgentes; agitur
44 enim de impedimento procedente
ex affinitate, quod levius est et
non tam grave, ut Sanctae Sedis
clementiae insuperabile praebeat
obstaculum ex animadversis per *Pi-*
rhing. in Jus Can. lib. 4. *Decretal.*
tit. 14. *num.* 49., *Clericat. de Ma-*
trim. decis. 31. *num.* 48. *et seq.*,
Layman. theol. moral. lib. 5. *tract.*
10. *par.* 4. *cap.* 6. *num.* 8. *vers.*
Verum hoc non obstante, Pignatell.
consult. 106. *num.* 1. *tom.* 8., *Sanch.*
de Matrim. lib. 8. *disput.* 19. *num.*
4. — ibi — *At cum id Tridentini*
Decretum Pontificem non constrin-
gant et rigor unius juris sit tem-
perandus per alterius benignitatem,
45 *solent Pontifices in benignitate di-*
spensare etiam cum personis infe-
rioris notae et licet non adsit causa
publicum bonum directe spectans
sed privatum —

Causae pro obtinenda hujus-
modi dispensatione, quas unitim
sumendas esse docent *De Just. de* 46
dispensat. Matrim. lib. 3. *cap.* 1.
num. 111. *et* 118., *Castropal. Oper.*
Moral. tit. de sponsal. disput. 4.
punct. ul. § 2. *num.* 2., variae et
diversae esse possunt, veluti si vir
post mortem uxoris familiariter
agens cum ejus sorore superstite,
vesana libidine ductus illam com-
presserit, multoque magis, si sub
hoc illicito congressu soboles susce-
pta fuerit, nimioque amore multo 47
tempore se invicem sint prosecuti
et prosequantur; ex hoc enim ti-
mendum est, ne illicita et prava
consuetudo continuetur cum sua-
rum animarum discrimine, perpe-
tuaque sua, suorumque consangui- 48
neorum infamia, maxime si sint
nobiles, aut ex honestis familiis
nati, aliasque innuptas sorores mu-
lier habeat, propter hanc enim dif-
famationem nec ipsa aliis nubere,
nec sorores viros aequales invenire
possent, unde inter has sorores,
suosque consanguineos vindictam,
simultates, et odia irreconciliabilia
insurgere posse probabile esset. Si
vero in iis regionibus reperiantur,
quae acatholicorum provinciis ad- 49
haerent, nil facilius, quod eo una
simul ambo se conferant, ubi sine
ullo poenarum metu libere vivant.
Quae deploranda mala zelum Sum-
mi Pontificis exercitare possunt ad
concedendam dispensationem, ut
sic animae pretiosissimo Christi San-
guine redemptae tamquam oves er-
rantes ad ovile reducantur: secutam
namque copulam et periculum
scandalorum, quae ex ea subsequi

Digitized by Google

timentur, justam et rationabilem
causam dispensandi praebere adver-
50 tunt *Navarr. lib.* 4. *consil.* 13. *tit. de Consanguinit., Pignatell. d. consult.* 106. *num.* 2. *et* 4. *tom.* 8. ubi refert ex hac causa dispensationem
51 fuisse concessam cuidam nobili Cameracensi *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *disput.* 19. *num.* 4. *et seq.*, plene *De Just. de dispensat. lib.* 1. *cap.* 4. *a num.* 323. *ad* 325. = ibi = *Et sic videbamus, quod in proximioribus gradibus (nempe infra secundum) in quibus regulariter non admittuntur causae angustiae loci, defectus dotis, sedationis inimicitiarum, extinctionis litium, et aliae similes, tamen etiam in his proximioribus gradibus (licet
52 in illis Concilium Tridentinum etc. prohibeat dispensare, nisi inter magnos principes et ob publicam causam) si copula exprimatur una cum diffamatione mulieris et exinde periculum, ut innupta remaneat et gravia scandala possint verisimiliter exoriri, nisi matrimonium inter ipsos oratores contrahatur, Papa dispensat non solum cum personis illustribus ac principibus,
53 ut permittit Concilium, sed etiam cum aliis infimae conditionis. Imo id est singulare, quod dum copula exprimitur, omnis alia causa cessat, ut animadvertit Pyrr. Corrad. etc. Imo nec solum si copula sit effective habita movetur Pontifex ad dispensandum etiam in his proximioribus gradibus, sed dispensationem etiam in illis concedit quamvis non secuta copula, oratores insimul conversati sint, si
54 inde orta sit suspicio licet falsa; quod se carnaliter cognoverint; cum ex ista sola suspicione, perinde ac ex ipsa copula saepe saepius diffamatio mulieris insurgat et quod innupta remaneat et gravia scandala timeantur et sic quotidie hae dispensationes conceduntur, ut est notorium* =

Hinc Innocentius x., secundo anno sui pontificatus, dispensavit 55
cum nobili Francisco de Menchada Compostellan. Dioecesis ad effectum desponsandi Eleonoram Rodriguez de Villafuentes Salamantin. Dioecesis uxoris defunctae sororem, eo quia simul conversati fuerant, eratque exinde suspicio suborta, quamvis insubsistens et falsa, jam secutae copulae, ac non obstante etiam impedimento compaternitatis, quod aderat; et Alexander 56
vii. sub *nonis Octobris*, primo sui Pontificatus anno, dispensationem concessit Carolo de Courbonanto- 57
nen. et Mariae de Roseu Suessionen. Dioecesis, tametsi conjuncti essent in primo affinitatis gradu, ac inter eos alia vigerent impedimenta, scilicet tertii gradus consanguinitatis et compaternitatis, eo quia ipsi jam de facto matrimonium clandestine contraxerant et consummaverant, prolemque susceperant, itaut si mediante dispensatione valide matrimonium non contraxissent, ac perpetuo separari debuissent, scandala exoritura timerentur.

Quod autem in casu, quo consanguinei mulieris vindictam sumere possint contra virum de injuria ipsis et familiae illata, vel vir et mulier ad proxima acatho-

licorum loca cum suarum animarum jactura sint progressuri, alia exinde validissima pro concedenda
58 dispensatione consurgant motiva in individuo, tradunt *Pignatell. dicta consult.* 106. *in princ. et num.* 2. *et* 4. *tom.* 8., *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *disput.* 19. *num.* 9. *et* 10.

Et generaliter, quod pro sufficienti causa ad dispensandum reputari debeat necessitas vitandi
59 mala et scandala et inducendi aliquod bonum, post text. in *Cap. Quia circa* 6. *De Consanguinit. et Affinit.*, notant *Abb. ibid. num.* 2. *Roman. cons.* 307. *num.* 4., *Sanch. loc. cit. sub num.* 11. ubi, iuter caeteros, allegat *D. Thom. par.* 2. *quaest.* 98. *art.* 4. ita loquentem = *Contingit autem quandoque quod aliquod praeceptum, quod ad commodum multitudinis, ut in pluribus non est conveniens huic personae et in hoc casu, quia per hoc impediretur aliquod melius vel etiam induceretur aliquod malum, et ideo ille qui habet regere multitudinem habet potestatem dispensandi in lege humana, quae suae authoritati innititur, ut scilicet in personis vel in casibus, in quibus lex deficit, licentiam tribuat ut praeceptum legis non servetur* =

Ad effectum etiam concedendi dispensationes, attendi solent merita intuitu catholicae fidei et ec-
60 clesiae quaesita, quae causam publicam constituunt; his enim benignitatis et clementiae exemplis, quibus Romanus Pontifex de religione et catholica fide benemeritos prosequitur, alii ad bene operandum facilius excitantur, et generaliter innuit text. in *Can. Tali* 17. *caus.* 1. *quaest.* 7. = ibi = *Vel evidens praerogativa meritorum commendet* =, et in specie advertunt *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. in appendic. de dispens. sup. impedim. matrim. num.* 71., *Barbos. sup. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. *num.* 15. *de reformat. matrim.*, *Reginald. in prax. for. poenitent. lib.* 31. *num.* 297., *Sanch. de Matrim. lib.* 8. *disput.* 19. *num.* 32., *Corrad. in prax. dispensat. lib.* 7. *cap.* 2. *sub num.* 109.

Fortius si oratorum, vel eorum majorum merita consistunt in servitiis in bello contra Turcas praestitis, vel in constructione plurium 61
ecclesiarum in obsequium Omnipotentis Dei, ita ut cum eisdem verbis, quibus Seniores populi Christum Dominum rogarunt *pro Centurione*, oratorum quoque Procuratores et Advocati pro suis vel pro suo oratore suppliciter exorantes Christi Vicario dicere possint = *Dignus est ut hoc illi praestes — diligit enim gentem nostram et Synagogam ipse aedificavit nobis* = ut habetur apud *S. Luc. cap.* 7. *vers.* 4. *et seq.*

Alia causa insurgere potest ex timore, quod consanguinei mulieris ad vindicandam injuriam, ex copula cum ipsa habita, sibi illatam virum occidant: itaque, ultra homicidii peccatum, quantum fieri potest impediendum ejus conspicua et illustris familia, si ipse fuerit de illa ultimus, extinguatur — cui
pariter malo mediante dispensatione est obviandum, cum pro pu- 62

63 blico bono expediat similes conservari familias, pluraque de rigore juris inducta, pro earum conservatione relaxari solent, ut probant auctoritates relatae in *seq. Cap.* 16. *num.* 263. *et seqq. hujus lib.* 1.

Eo vel maxime quia, non obstante dispositione *Sac. Concilii Trident. cap.* 5. *in fin. sess.* 24. *de reformat. Matrim.*, concurrente justa causa, non tantum cum regibus et supremis principibus dispensatur, sed cum pauperibus
64 etiam et cum plebeis, multoque magis cum quibuscumque nobilibus, praesertim ubi obstaculum consistit in affinitate lineae trans-
65 versae, ut optime observat *Pignatell. d. consult.* 106. *num.* 1. *tom.* 8 = ibi = *Censeo respondendum affirmative, scilicet causas praefatas esse sufficientes, atque adeo committendum Nuncio seu Ordinario, ut veris existentibus narratis, praesertim quod mulier virum sibi parem reperire non possit, cum hujusmodi conjunctis super praefatis impedimentis dispenset. Ratio autem est, quia licet, ut alibi dixi, Concilium Tridentin. etc. decernut*
66 *in secundo gradu non esse dispensandum nisi inter magnos principes et ob publicam causam, attamen praxis obtinuit, ut temperetur rigor hujus juris et dispensari soleat in favorem quorumcumque nobilium et ob privatum commodum, ut observat Sanch. etc., et frequentibus exemplis ostendit praxis Datariae: praesertim quia non agitur de impedimento primi gradus consanguinitatis sed affinitatis, pro cujus dispensatione minus urgens causa desideratur* = et hoc idem sentiunt *Layman. Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 4. *cap.* 6. *num.* 8., *Barbos. sup. Concil. Trident. dicto cap.* 5. *num.* 28. *sess.* 24. *de reformat. Matrim.*, *Zerol. in prax. Episc. par.* 1. *verb. Dispensatio* § 2., *Vulp. Resolut. Moral.* 114. *num.* 9., *Perez de Matrim. disput.* 45. *sect.* 45. *num.* 4. *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4., *Decretal. tit.* 14. *in appendic. de dispensat. sup. impediment.* § 3. *num.* 106. *et seq.*, ubi *num.* 109. ita subdit = *Sufficit pro praxi scire, solere Papam, ex certis causis non tantum cum principibus sed etiam cum aliis, praesertim nobilibus, divitibus et honestis personis, super secundo consanguinitatis et super primo affinitatis gradu dispensare* =

Aliae autem causae justae et urgentes juxta casuum contingentias pro obtinenda hujusmodi dispensatione a Sancta Sede Apostolica concurrere possunt, quas omnes expedit una simul adducere, ut si una minus urgens reputetur, altera suppleat vel omnes simul uni- 67
tae sufficiant.

Notandum, quod affinitas superveniens post matrimonium ratum seu post sponsalia per verba de praesenti, ea non dissolvit etsi dis- 68
solvat illa de futuro *Cap. Veniens* 2. *De eo, qui cognov. Cap.* 2. *De consanguin.*: minusque dirimit matrimonium consummatum, sed, ante Episcopi dispensationem, impedit 69
debiti petitionem salva facultate reddendi, ne pars innocens ob alterius delictum, suo jure privetur *Cap.* 1. juncto *Cap. Tuae* 10. *et*

Digitized by Google

Cap. Jordanae 11. *De eo, qui cognov.*

Notandum etiam quod affini-
70 tas non parit affinitatem *Cap. Quod super* 5. *De Consanguin. et Affin. Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 9. *cap.* 13. *num.* 2., ideoque consanguinei uxoris ducere non pro-
71 hibentur affines viri et e contra,
72 quare duo fratres duas mulieres inter se sorores ducere possunt *Cap. Quod super* 5. *Cap. Non debet* 8. *De Consanguinit. et Affinit.*, *D. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 86. *artic.* 5., *Rot. dec.* 278. *num.* 15. *par.* 10. *rec.*

Causae igitur ad obtinendam dispensationem sufficientes pro contrahendo matrimonio inter consanguineos seu affines in unum col-
73 lectae, sunt sequentes — I. Si mulier consanguineo vel affini non nubat, maritum aequalem sibi non conjunctum invenire desperet, quia dotem minus suo statui competen-
74 tem habeat — II. Si propter angustiam loci ibi conjux non conjunctus paris conditionis inveniri ne-
75 queat — III. Si inter Regna aut etiam privatos consanguineos contrahentium graves inimicitiae exortae fuerint, quae extingui valeant, quatenus, obtenta dispensatione, matrimonium contrahatur *D. Tom.* 2.
76 2. *quaest.* 63. *artic.* 2. *ad* 2. — IV. Si flamma litis magni momenti inter contrahentes eorumque parentes accensa, subsequentibus nuptiis cum dispensatione contrahendis evane-
77 scere possit — V. Si mulier diffamata remaneat vel gravia inde oritura scandala timeantur, quatenus matrimonium non contraha-
tur, *Rot. dec.* 191. *numer.* 8. *par.* 1.
recen. — VI. Si mulier non vidua 78
sed innupta, sit jam in aetate viginti quinque annorum constituta, nec virum aequalis conditionis sibi non conjunctum invenire potuerit *Pont. de Matrim. in Appendic. cap.* 8. *num.* 5., *Corrad. de dispensat. lib.*
6. *cap.* 2. *num.* 83. — VII. Si con- 79
sanguineus seu affinis in figura matrimonii ex muliere consanguinea seu affini prolem, bona fide, susceperit. *Rot. dicta decis.* 191. *num.* 8.
par. 1. *recen.* — VIII. Si contrahen- 80
tes habitent in loco Fidei hostibus exposito, ad quem, pro contrahendis nuptiis, libenter exteri non ac-
cedant — IX. Si, non contracto in- 81
ter consanguineos matrimonio sed inter virum et mulierem nulla inter se necessitudine conjunctos, ingentes agnatitiae opes extra familiam causa dotis et haereditatis
transirent — X. Si affinitas orta fue- 82
rit ex fornicatione, praesertim occulta, quo casu facilius solet in secundo gradu dispensari *Koninck de Sacram. et Censur. disput.* 33. *num.*
44. — XI. Si inter virum et mu- 83
lierem, licet affines vel consanguineos, matrimonium contractum fuerit, nec sine gravi scandalo aut dispendio separari possint; multoque magis si mulier sit praegnans, et, nisi concedatur dispensatio etiam in primo gradu affinitatis, periculum sit necis vel infamiae *Sacr. Congregat. Concil. in Caven.* 17.
Novembris 1629. — XII. Si petens di- 84
spensationem fuerit de ecclesia catholica benemeritus — XIII. Si ex familiaritate inter masculum et foeminam affines suborta fuerit, licet

Digitized by Google

vana, suspicio copulae – xiv. Si, denegata dispensatione, masculus et foemina proximas acatholicorum provincias petere possint, ibique fornicariam perpetuo ducere vitam — xv. Si homicidium masculi ejusque illustris familiae extinctio timeri possit, quatenus dispensatio non concedatur — xvi. Periculum vitae, si nimirum puella commoretur in loco infidelium incursionibus obnoxio, unde neminem invenire possit, nisi consanguineum, qui secum ibi cohabitare velit: aut siquis commiserit crimen poena capitali puniendum, quod familia, cujus interest, condonare non repugnet quatenus puellam e consanguineis suis in uxorem ducat — xvii. Periculum seductionis, si nempe consanguinei inter se matrimonium inire velint ne illud cum haereticis aut de haeresi suspectis contrahere cogantur — xviii. Si mulier gravata sit filiis ex alio viro susceptis et, qui eam ducere velit, opportune caveat se eisdem filiis alimenta praestaturum — xix. Si familiaritas inter virum et mulierem eo pervenerit ut prolem habuerint, nec aliter scandalo occurri possit quam legitimum inter eos matrimonium ineundo — xx. Tandem quotiescumque concurrit necessitas vitandi mala et scandala et inducendi aliquod bonum —

Animadvertendum, quod si petatur dispensatio super consanguinitate ob angustiam loci, quia ibi non reperiantur alii non conjuncti, quibus, dispensationem petentes, commode nubere valeant, eaque ob hanc causam obtenta, testes deinde examinati pro hujus expositionis verificatione deponant omnes illius loci habitatores conditione et facultatibus esse pares, ex hoc tamen
obtenta dispensatio non corruit, sed 85
esse executioni demandandam respondit tam *Sac. Congr. Episcopor. et Regular. in Alben.* 13. *Febr.* 1596. quam *Sac. Congregat. Concil. in Bisacciarum.* 19. *Junii* 1706.
etiamsi locum illum 250. familiae 86
inhabitent *Sac. Congreg. Episc. et Regul. in Terracinen.* 18. *Maii* 1640.; et ratio est, quia causa dispensationis non est deficientia personae aequalis petenti dispensationem, sed deficientia personae aequalis, quae, praeter consanguineam, pe-
tenti dispensationem nubere velit, 87
ut declaravit *Eadem Sac. Congregat. Epis. et Regular. in Aretin.* 19. *April.* 1595.

Quia vero subreptionis vitium
solum attendi debet, cum concer- 88
nit substantialia gratiae, ut est proximitas gradus vel quid simile, nec illud attenditur, cum tantum-
modo Datariae respicit interesse 89
Card. de Luc. de fideicomm. disc. 223. *num.* 11., ideo si dispensatio obtenta fuerit in forma pauperum ab eis, qui tales non sint, sed pauperiem simulaverint, valida quidem
erit et executioni pariter deman- 90
danda *Sac. Congregat. Concil.* 9. *Septembr.* 1679. *lib.* 3. *Decret. pag.* 406.

Secus autem si a petente dispensationem fideliter non exprimantur gradus cognationis seu affinitatis, super quibus dispensatio-
nem postulat — tunc enim, si illam 91
obtineat, subreptitia est et invali-

Digitized by Google

da ut statuit s. PIUS V. in *Constit.*
21. incipien. = *Cum sicut* =
Quando tamen alter ex conjunctis
primum gradum quoquomodo non
attingit, satis est exprimere ulti-
mum gradum seu magis a com-
muni stipite remotum s. PIUS V. in
Constitutione 13. incipien. = *San-
ctissimus* =, nam ultimus gradus
trahit post se propinquiores; qua-
propter si alter ex contrahentibus
distet a communi stipite quarto
gradu in linea transversali, non
vero in linea recta, et matrimonium
inire velit cum altero distanti in
secundo aut tertio gradu, obti-
92 nuisse sufficit pro quarto gradu di-
spensationem *Fagnan. in Cap. Vir,
qui* 9. *num.* 4. *et* 5. *De consanguin.
et Affinit.*, ubi tamen notat quod,
antequam matrimonium contrahat,
ex eadem *Pontificia Constit.* pro-
curare debet et obtinere literas de-
claratorias super propinquiore, alias
93 contrahendo graviter peccat, at ma-
trimonium est validum *Sac. Con-
gregat. Concil. anno* 1723.

Sed si alter ex contrahentibus
distet a communi stipite *ultra* quar-
tum gradum (ad quem consangui-
nitas seu affinitas ex licita prove-
niens copula tantum extenditur)
alter vero quarto gradu ab eodem
stipite distet, nulla indigent pon-
tificia dispensatione et libere matri-
94 monium inire valent *Cap. Vir qui* 9.
De Consanguin. et Affinit. — stan-
dum est enim remotiori personae,
et propterea etiam in casu, quo
alter ex contrahentibus sit a stipite
in primo gradu alter vero ab illo
distet in quinto, absque alia di-
95 spensatione matrimonium contra-
here non prohibentur *Fagnan. in
dicto Cap. Vir, qui* 9. *n.* 3. *De
Consanguin. et Affinit.*

Quando autem petitur dispen-
satio super matrimonio in gradu
prohibito jam contracto, exprimi
debet matrimonium jam fuisse con-
tractum et malitiose consumma- 96
tum, haec enim circumstantia dif-
ficiliorem reddit assecutionem di-
spensationis *Sacr. Concil. Tri-
dent. sess.* 24. *cap.* 5. *de reform.
Matrim.* Quemadmodum et expri-
menda est copula carnalis si quo-
cumque modo inter sponsos consan-
guineos matrimonium nondum con- 97
tractum praecesserit, alias dispen- 98
satio subreptitia erit et prorsus in-
valida, tunc enim impedimentum
concurrit consanguinitatis seu af-
finitatis, et insuper incestus crimen
matrimonium impediens et proinde 99
necessario exprimi debet *Sac. Con-
gregat. Concil.* apud *Barbos. in
summ. Apostol. decis. collect.* 257.
et collect. 418. utrobique *num.* 2.

Obtenta vero dispensatione, si
antequam sponsi de illa notitiam
habeant matrimonium contrahant,
illud est validum *Rot. decis.* 166. 100
num. 10. *par.* 1. *et decis.* 280. *num.*
5. *part.* 2. *recentior*: si vero ante-
quam dispensatio Ordinario exhi-
beatur, sponsus et sponsa, nondum
inito matrimonio, carnaliter se co-
gnoverint, dispensatio redditur ina- 101
nis ac si nunquam concessa fuis-
set, nec valide matrimonium deinde
contrahi potest, nisi, expressa hac 102
circumstantia, dispensatio iterum
obtineatur *Sac. Congregat. Episc.
et Regul. in Soanen.* 8. *April.* 1580.
et in Cajetan. 7. *Januar.* 1603. *Sac.*

Digitized by Google

Congregat. Concil. in Nullius mensis Maii 1625. — secus autem si copula habita fuerit post praesentationem dispensationis, et Episcopus ejusve Vicarius Generalis, cui directum est mandatum de dispensando, verificatis iis quae in literis pontificiis continentur, auctoritate
103 apostolica sibi delegata cum eisdem
sponsis dispensaverint. *Sac. Congregat. Concil.* 22. *Januar.* 1606., *Sac. Congregat. Episc. et Regul. in Brundusin.* 12. *Februarii*, *et in Scalen.* 5. *Maii* 1651.

Si tamen sedes episcopalis vacaverit, dispensationes Episcopo vel ejus Vicario Generali pro executione directas, neque Capitulum neque Vicarius Capitularis exequi potest *Sac. Congregat. Concil.* 24. *Maii* 1621., sed illarum executio pertinet ad Episcopum viciniorem
104 rem *Card. de Luc. sup. Concil.*
Trident. disc. 31. *num.* 36. *et seq.*

Contingere quoque nonnunquam solet quod petentes post initum matrimonium dispensationem, moriantur antequam ea executioni mandetur, quo casu, accedente novo Papae rescripto, illam Ordinarius exequi potest ad effectum legitimandi filios etiam in terris imperii et in praejudicium succedentium ab intestato, dummodo
105 filii nati fuerint in figura matrimo-
nii *Rot. cor. Seraphin. decis.* 1121. *per tot.* — si vero post commissionem dispensandi, dispensationem concedens moriatur, adhuc Commissarius seu Delegatus illam exequi potest, quia talis commissio morte concedentis non expirat, et, respectu petentis, gratia est jam facta, solumque requiritur executio.

Non ommittendum, quod Episcopus aut ejus Vicarius Generalis, quibus hujusmodi apostolicae dispensationes seu mandata de dispensando directae fuerint, nihil sub poena excommunicationis latae sententiae pro executione exigere aut sponte oblatum accipere possunt, sive ratione taxae sive ratione sygilli sive alicujus alterius
rei, non obstante quacumque im- 106
memorabili consuetudine — sed solo Notario permissum est quartam
unius scuti partem accipere pro 107
mercede laboris, ut declaravit *Sacra Congregat. Episcoporum et Regular. in Gerunden.* 12. *Augusti* 1588. *apud Dian. par.* 5. *tract.* 13. *resolut.* 71., et penes *Del Bene de Immunit. tom.* 2. *in addit. verb.*
Ordo § *Sexta*, et servanda est taxa 108
Innocentiana relata per *Pignatell. consult.* 11. *sub num.* 28. *tom.* 8.

Animadvertendum est insuper, quod in foro fori nullatenus sunt molestandi consanguinei, qui, contractis inter se nuptiis, per longum tempus, hoc est per 30. annorum spatium una simul cohabitaverint, *Rot. decis.* 647. *num.* 49. *par.* 19. *tom.* 2. *recent.*; sive etiam minus, quam per decennium pacifice in figura matrimonii vixerint, quia
tunc dispensationem praecessisse 109
praesumitur, *Rot. decis.* 406. *num.* 4. *par.* 1. *recent.*; prout etiam praesumitur, quod concessa super aliquo impedimento apostolica dispensatio justificatis justificandis, serva-
tisque servandis executionem obti- 110
nuerit, *Cardin. de Luc. de Fi-*

Digitized by Google

deicommis. disc. 223. numer. 7, et 9.

Ab impedimentis publicis apostolica dispensatio per Datariam
111 expeditur, ab occultis vero per Poenitentiariam *Card. de Luc. sup. Concil. Trident. disc. 27. num. 3. 4. 13. et in Relat. Cur. Rom. disc. 9. num. 9.*, saepe tamen, attenta conjugum paupertate, Sacra Poenitentiaria, annuente Summo Pontifice, etiam super impedimentis
112 publicis in utroque foro dispensationem concedere solet; quemadmodum ultra plures alios casus acci-
113 dit cum Emygdius Carassai et Dominica Cavagnoni Asculanae Dioecesis inter se consanguineos in quarto gradu, contracto jam matrimonio, dispensationem apostolicam super hoc impedimento deinde per Datariam solutis solvendis obtinuerunt, asserentes minus vere in precibus se antea de eodem impedimento nullam habuisse notitiam, sed, examinatis in tribunali ecclesiastico testibus pro verificatione expositorum, ab illorum depositione satis apparuit, quod praedicti conjuges cum hoc impedimento scienter matrimonium inierant, unde obtenta dispensatio tamquam subreptitia nulla prorsus et inanis remansit; cumque praevia alias reticitae praedictae scientiae confessione, revalidari debuisset, neque conjuges ob eorum inopiam expensas pro hac revalidatione reiterare valerent, porrectis Summo Pontifici precibus, ut illam sacrae Poenitentiariae committeret, voti compotes evaserunt, obtento deinde *gratis* ab eadem Sac. Poenitentiaria sequenti rescripto — *Sac. Poenitentiaria de speciali et expressa facultate, benigne annuente SS. D. Clemente Papa XIV., sibi attributa, Ven. in Christo Patri Episcopo Asculano, sive ejus Vicario in spiritualibus Generali, ut retroscriptis Emygdio Carassai et Dominicae Cavagnoni oratoribus, dummodo exposita veritati nitantur (postquam ab incestus reatu sive per se, sive per eorum Parochum ab eo ad hoc specialiter deputandum absolutionem in forma ecclesiae consueta reportaverint cum poenitentia salutari) literas praerecensitae dispensationis ab eis alias, ut praefertur, obtentae, revalidare, illasque sic revalidatas, perinde ac si irritae et inanes ex praemissis redditae non fuerint, servata de caetero illarum forma ac tenore, plenarie subinde exequi libere et licite possit et valeat, auctoritate apostolica sic speciali et expressa in utroque foro gratiose et misericorditer indulget. Non obstantibus praemissis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae in Sac. Poenitentiaria die 28. Julii 1769.* — A. Ratta S. Poenit. Reg. — G. Leonardi Sac. Poenitent. Segretarius — Gratis — Loco ✠ Sigilli —

Concessa super impedimento occulto per S. Poenitentiariam dispensatione, eaque directa Confessario, necesse non est ut qui illam obtinuit suorum peccatorum confessionem faciat, nisi hoc in literis
Poenitentiariae praecipiatur, *Sanch.* 114
de Matrim. lib. 8. disput. 34. num. 29., Gutierrez. eod. tract. cap. 128. num. 18., secus si in iisdem lite-

Digitized by Google

ris apposita fuerit, prout apponi
solet, clausula = *In foro conscientiae et in Sacramentali Confessione tantum et non aliter* = quemadmodum advertit *P. Ubald. Girald. in Exposit Jur. Pontific. tom.* 2. post *sect.* 741. *appendic.* 2. *pag.* 552. *num. VIII.* = ibi = *Vi hujus clausulae dispensatio non aliter executioni demandari debet, quam in Sacramentali Confessione post impertitam a censuris et peccatis absolutionem, cum apposita sit tamquam conditio, sine qua non, ut praeseferunt ly = tantum et non aliter* = Nec quidquam Confessarius recipere potest, sive enim Episcopus per se, aut per alium, sive Confessarius auctoritate sacrae Poenitentiariae super aliquo impedimento matri-
115 monii dispensent, semper id gratis ab eis est agendum, *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. *et sess.* 25. *cap.* 18. *de reform.*, *Bonacin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de leg. disput.* 1. *quaest.* 2. *punct.* 3. *n.* 23.

Impedimentum autem occultum, super quo Poenitentiaria di-
116 spensare potest, dicitur illud de quo non est publica fama, seu, secundum aliquos, illud quod in pa-
17 rochia notum est minus quam *decem* personis, nam si *decem* illud scirent occultum dici non posset,
118 quia decem homines faciunt plebem seu populum et parochiam,
119 et unius parochiae testimonium facit crimen notorium, *Fagnan. in Cap. Vestra* 7. *num.* 117. *De cohabitat. Cleric. et Mulier.* qui tamen illud non esse occultum ibi subjungit, quod per duos testes
probari potest sive deductum fue- 120
rit ad forum contentiosum sive non; sed si fuerit deductum ad forum contentiosum et non fuerit probatum, sed reus absolutus, vel *ex capite innocentiae*, vel *ex hactenus deductis*, vel *ab observatione judicii*, vel *tamquam non repertus culpabilis neque de jure punibilis*,
occultum remanere non dubitat; 121
secus si fuerit dimissus sub fidejus-
sione de se repraesentando, ut vi- 122
dere est in subsequenti *num.* 126. *et seqq.* (quam limitationem procedere existimo, quando sic dimissus fuit, causa perfecte non cognita, per ea quae dicam in *seq. cap.* 18. praesertim *num.* 344. *et seqq. lib.* 2.), et tandem *num.* 40. addit occultum etiam esse, si delicti
complicibus solummodo notum fue- 123
rit. Praeterea impedimentum occultum a publico, juxta Poenitentiariae praxim cum *Thesaur. de poen. cap.* 25. *par.* 1. § *Advertendum secundo* et cum *Benedicto XIV.*, ita *P. Girald. in Exposit. Jur. Pontific. etc. tom.* 2. *appendic.* 2. post *sect.* 741. *vers. Ut dignoscatur* distinguit — aut factum in se publicum est occultum tam ratione criminis quam poenae seu impedimenti, et ipsum impedimentum dicitur occultum — aut factum est publicum ratione criminis sed occultum ratione poenae seu impedimenti, et impedimentum est publicum.

Quamquam super impedimentis dirimentibus Papa dumtaxat dispensare possit, aliquando tamen
super illis dispensare licet Episcopo 124
per se, vel per alium *in solo foro*

Digitized by Google

conscientiae, quando videlicet matrimonium est jam contractum bona fide ex parte unius vel utriu-
125 sque contrahentis, dummodo impedimentum non sit publice detectum et ob locorum distantiam apostolica dispensatio obtineri non possit, et interim incontinentiae, aut vitae, vel scandali periculum immineat *Sac. Congregat. Concil. in Ægitanien.* 19. *April.* 1692. *in respons. ad* 5., *Fagnan. in Cap. Nimis num.* 33. *et* 37. *De fil. Presbyter.*

Ex hac *Fagnani* aliorumque doctrina, *Benedictus XIV. in tract. de Sinod. Dioeces. lib.* 9. *cap.* 2. *sub. num.* 1. sex circumstantias
126 enumerat, quas concurrere simul oportet ut hanc Episcopus facultatem habeat — ibi — *Primo scilicet, ut jam matrimonium fuerit contractum in faciem Ecclesiae, omnibus adhibitis solemnitatibus — secundo, ut contractum fuerit bona fide ex juris aut facti ignorantia — tertio, ut sit consummatum — quarto, ut impedimentum sit occultum — quinto, ut non possit facile adiri prima sedes, seu dispensatio a Papa obtineri ob conjugum paupertatem, rusticitatem, locorum distantiam, aliasque similes causas — sexto denique, ut non possit separatio fieri sine scandalo* — ibidemque ex *Cabassutio* subjungit, ejus relatis verbis, quod — *si aliqua absit ex praefatis circumstantiis et personae sint pauperes, aut rudes, ac rusticae officium erit Ordinarii prosequi hanc dispensationem in forma pauperum apud Sedem Apostolicam, ut plane gratis et sine compositione obtineatur* — et tandem ita subdit — *Quo-* 127
circa, si impedimentum antea occultum postea detegatur et deducatur ad forum contensiosum, opus erit nova dispensatione a Summo Pontifice impetranda —

Haec quoque facultas Episcopo competit antequam matrimonium contrahatur ad evitanda gravia mala probabiliter oritura, veluti si, re- 128
bus omnibus ad contrahendum sequenti die matrimonium paratis, mulier impedimentum dirimens, quo detinetur, ei clam patefecerit, nec sine scandalo vel periculo matrimonii celebratio retardari possit, *Bonac. Theol. Moral. tot.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 3. *punct.* 15. *num.* 6. — in his siquidem circumstantiis praesumenda est per Summum Pontificem Episcopo delegata dispensandi potestas, eam enim si requisitus fuisset, illi certe non dene- 129
gasset, ut advertit *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 40. *num.* 8., *Pontius eodem tract. lib.* 8. *cap.* 13. *num.* 6., *Hurtard. disp.* 26. *de Matrim. n.* 7., *Perez de Matrim. disput.* 44. *sect.* 6. *n.* 12., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *loc. cit.*, *Barbos. de Offic. et Potest. Episc. par.* 2. *allegat.* 35. *n.* 5., *Cabassut. in theor. et prax. Jur. Canon. lib.* 3. *cap.* 27. *num.* 4., *De Justis de dispensat. Matrimon. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 129. *et seqq.*, *Wiestner. ad tit.* 16. *lib.* 4. *Decretal. num.* 66. *et seq.*, *Reiffenstuel. in Jus Can. tom.* 4. *in appendic. de dispensat. super impediment. num.* 62. *et seq.*, quos omnes refert *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 9. *d. cap.* 2. *sub*

Digitized by Google

num. 2. *et* 3., sed eorum opinionem idem Summus Pontifex nec absolute rejicit nec amplecti videtur, ait enim = ibi = *Quamvis haec*
130 *opinio*, *teste citato Bonaccin.*, *hodie sit fere communis*, *eam tamen acriter reprehendit et exagitat Fagnan. in cit. Cap. Nimis num.* 34. *et* 35. *De fil. Presbyt.*, *fortasse quia*, *ut adnotavit Perez cit. sect.* 6. *numer.* 13., *est moraliter impossibile eas omnes concurrere rerum circumstantias*, *quas sibi fingit Sanchez*, *in quibus nequeat matrimonium retardari absque scandalo*, *cum alii plurimi semper praesto sint modi ab eodem Perez indicati protrahendi tempus nuptiis absque ulla suspicione criminis et infamia eorum*, *qui jam erant ad eas celebrandas accincti. Sed quidquid sit de ea extraordinaria potestate*, *quae ex praesumpta Summi Pontificis voluntate in aliquo eventu urgentissima videlicet necessitatis et impedimenti occulti competat Episcopis*, *nullum in praesens de ea ferimus judicium* =

Praedictus casus est sane contin-
131 gibilis: — aliquando namque accidit quod si nuptiae de mane sint celebrandae, contrahentes cum omnibus invitatis accedunt ad ecclesiam, utque cum debita dispositione matrimonii Sacramentum ministrent atque recipiant, Sacramentale Confessionem praemittunt, in qua sponsa accedens ad confessionale Parochi seu Vice-Parochi ei inter alia fatetur se jam copulam habuisse cum fratre sponsi, seu cum alio ejus consanguineo in gradu prohibito, unde ego, dum Vicarii Generalis, seu Capitularis, aut Apostolici fungebar officio in examinandis pro approbatione Cappellanis Curatis, seu Vice-Parochis, inter alios, ut plurimum, hunc illis proposui casum ut resolverent quid agendum, eisque haesitantibus insinuavi, ut in parochiis, in quibus rudis est populus, et minus sagax, extra Confessionem suaderent sponsam ad emittendum simplex votum castitatis duraturum ad mensem, seu plus seu minus juxta locorum distantiam ab Urbe Roma, ut intra tale tempus ipsemet petere posset et obtinere a secreta Poenitentiaria dispensationem super dicto impedimento affinitatis ex copula illicita, et deinde, petita prius a muliere licentia, sponso aliisque invitatis referret, quod attento simplici voto castitatis alias emisso per sponsam ad dictum tempus duraturo, matrimonium ad idem tempus protrahi debebat — et de facto quidam Cappellanus a me prius examinatus, brevi transacto temporis intervallo, mihi retulit hunc sibi obvenisse casum, et, praedicto adhibito modo, sine ullo scandalo exitum habuisse felicem. Hoc tamen temperamentum a *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 40. *n.* 8. et ab aliis gravibus auctoribus insinuatum, occasione examinis, quidam Regularis Examinator non approbavit, substituendo quod, non obstante impedimento, contrahentes conjungi debeant in matrimonium — quam opinionem saltem indistincte, et quando, adhibito dicto temperamento aut alio simili, facilis est accessus ad Sanctam Sedem nec ullum ti-

Digitized by Google

metur oriri scandalum, retinendam
non esse et rejiciendam tamquam
erroneam existimo.

Notandum demum nunquam
Episcopis competiisse neque com-
petere facultatem dispensandi su-
132 per impedimento dirimente non
occulto sed publico, quod obstet
matrimonio contrahendo, quamvis
133 gravis urgeat illud contrahendi ne-
cessitas, ut juribus et rationibus
solide probat *Benedict. XIV. de Syn-
nod. Dioeces. lib. 9. dicto cap. 2.
num. 3. ad fin.*

Quamvis supra dixerim quod
Sac. Poenitentiaria dispensationem
concedit super impedimentis occul-
tis, hoc tamen sine distinctione
non transit — si enim agatur de im-
pedimentis tum consanguinitatis
tum affinitatis ex copula licita,
tum cognationis spiritualis, quam-
134 vis occulta sint et matrimonium
nondum sit contractum, nunquam
Poenitentiaria dispensat ad illud
contrahendum — si vero matrimo-
nium jam contractum sit, Poeni-
tentiaria, excepto primo et secundo
consanguinitatis et affinitatis gradu,
in caeteris, si sint occulti, dispen-
sat, imo, etiamsi fuerint publici,
matrimonia in iis nulliter contra-
135 cta revalidare potest, *quando nul-
litas provenit ex causa subreptionis,
vel obreptionis occultae literarum*
136 a Dataria obtentarum, *praeterquam
si falsitas consistat in narratione
praecedentis copulae, quae tamen
ante non intervenit*, ut his verbis
137 advertit *Syrus*, olim unus ex Mi-
noribus Poenitentiariis, in suo opere,
cui titulus *Dilucidatio facultatum
Minorum Poenitentiar. par. 2. cap.
2.* — item in omni linea et gradu
affinitatis ex copula illicita et oc- 138
culta contractae dispensare valet.

In foro autem exteriori expe-
diuntur *in Dataria* dispensationes, 139
quae in quarto, vel in tertio et
quarto gradu petuntur, sive ab
uno sive a diversis proveniant sti-
pitibus. In *Cancellaria* expediuntur
dispensationes pro tertio, vel se-
cundo et tertio gradu, sive ex uno 140
sive ex pluribus stipitibus pariter
proveniant. In primo autem affini-
tatis gradu, vel in primo et secun-
do, vel in primo et tertio, vel in
primo et quarto consanguinitatis 141
aut affinitatis gradu expediuntur
in *Praefectura Brevium* et sub anu-
lo Piscatoris.

Formula supplicationis pro ob-
tinenda a Cardinali Majori Poeni-
tentiario dispensatione pro foro in-
terno juxta solitum haec esse potest: 142

Eminentiss. et Reverendiss. Domine.

NN. Laicus (nomen enim
proprium oratoris seu oratorum
poni non debet) *conscius* (vel
ignarus, si hoc verum sit) *impedi-
menti, contraxit in facie Ecclesiae
matrimonium cum muliere, cujus
matrem*, vel *filiam*, vel *sororem
prius carnaliter cognovit; quare,
cum absque scandalo separari non
possint et impedimentum sit oc-
cultum, humillime supplicat pro
absolutionis et dispensationis re-
medio.*

Hujusmodi preces pro oratore
vel oratoribus scribere potest eorum
Confessarius, vel si scribere nolit
ad Majorem Poenitentiarium juxta
monitum *Reiffenstuel. lib. 4. De-* 143

Digitized by Google

cretal. in append. num. 433. *et seq.* scribere potest ad unum ex Procuratoribus Generalibus Ordinum, qui hoc munus propter amorem Dei libenter suscipiunt, quando tamen cum sola Poenitentiaria est agendum. En exemplum talium literarum juxta stylum:

Reverendissime in Christo Pater

Quod gravia et copiosa Reverendiss. Paternitatis Vestrae negotia interpellem urget caritas proximi. Siquidem mulier NN. votum simplex perpetuae castitatis emisit, sed cum de facto suis orbata parentibus, variis exponatur incontinentiae periculis, ita ut continenter se vivere posse diffidat, enixe rogat dispensationem ad effectum nubendi, ut sibi debitum conjugale et exigere et reddere liceat. Quare humillime rogat, et ego cum ipsa, dignetur Vestra Paternitas Reverendissima necessariam dispensationem pro foro interno apud Sacram Poenitentiariam amore Dei et proximi procurare et obtentam mihi transmittere. Deus, omnis caritatis largissimus retributor, dabit mercedem quae, ut copiosa sit, exiguas preces meas promitto, et humillime me commendo. — Paternitatis Vestrae Reverendiss. — Florentiae 29. *Maii* 1772.

Servus in Christo addictissimus
Joseph Angelus etc.

(*Ponitur nomen et cognomen proprium ipsius Confessarii.*)

Quando dispensatio petitur a Dataria, supplices literae sic diri-
44 guntur ad Papam:

Beatissime Pater

Exponitur humiliter Sanctitati Vestrae pro parte devotorum oratorum Francisci etc. et Margaritae etc. (ponitur utriusque nomen et cognomen, patria, seu locus domicilii) *quod cum dicta oratrix dotem habeat minus competentem juxta status sui conditionem, cum qua propter angustiam dicti loci, virum non consanguineum* (vel *non affinem*) *paris conditionis, cui nubere possit, invenire nequeat, et dictus orator, qui in memorato oppido domicilium fixit, cum dicta minus competenti dote oratricem in uxorem ducere intendat, et si extra dictum locum nubere cogeretur, dos, quam ipsa habet, non esset competens nec sufficiens ut virum paris conditionis invenire valeat* (loco hujus causae, alia quaecumque modo sit vera et sufficiens allegari potest una cum expressione copulae notoriae omnino necessaria, si habita fuerit sub spe facilius obtinendae dispensationis et probabiliter necessaria etiam extra hujus nefariae intentionis casum.) *Quia vero tertio et quarto gradu consanguinitatis conjuncti* (ponitur impedimentum vel impedimenta, si plura sint, cum omnibus circumstantiis necessario exprimendis) *desiderium suum in hac parte adimplere non possunt, humiliter supplicant Sanctitati Vestrae, quatenus cum iisdem oratoribus, quod impedimento quarti* (vel *tertii et quarti*) *consanguinitatis gradu non obstante, matrimonium inter se, servata forma*

Digitized by Google

Concilii Tridentini, contrahere, illudque in facie Ecclesiae solemnizare et in eo postmodum remanere libere et licite valeant, dispensare; distantiam vero tertii gradus praedicti eis non obstare, declarare, prolemque suscipiendam exinde legitimam nuntiare dignetur de speciali gratia, non obstantibus praemissis, ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque cum clausulis opportunis.

Si partes in forma pauperum
145 dispensari cupiant, Parochus eorum paupertatis fidem facere debet, sub cujus fide Episcopus vel ejus Vicarius Generalis testimonialem ad Apostolicam Sedem transmittendam ita concipiet:

Nos NN. Illustrissimi et Reverendissimi NN. Episcopi, vel *Archiepiscopi NN. Vicarius Generalis*

Universis et singulis has nostras visuris lecturis et inspecturis fidem facimus et attestamur Franciscum N. et Margaritam N. hujus Dioecesis adeo pauperes et miserabiles existere, quod ex labore et industria sua tantum vivunt, prout ex fide Parochi aliorumque fide dignorum testimonio Nobis constare fecerunt, in cujus rei testimonium praesentes fieri fecimus manu nostra subscriptas nostroque sygillo munitas. Florentiae ex Archiepiscopali Cancellaria hac die etc.

Plura circa hujusmodi methodum ac formulas videri possunt apud *Corrad. de dispensat. lib.* 2. *cap.* 2. *et lib.* 8. *cap.* 5. *num.* 18.

CAP. XIII.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum propter coeundi Impotentiam.

SUMMARIUM.

1 Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum et dirimit contractum,

2 Si tamen sit perpetua, *et n.* 10.

3 Nec ei naturae vel artis auxilio subveniri possit:

4 Et hoc impedimentum inducit sive sit naturalis, sive accidentalis, sive absoluta, sive respectiva, tam de jure ecclesiastico quam de jure naturae.

5 Si matrimonio jam contracto supervenerit, illud non dirimit.

6 Impotentia naturalis.

7 Impotentia accidentalis, qua maleficiati et castrati laborantes a contrahendo matrimonio abstinere debent.

8 Impotentia absoluta.

9 Impotentia respectiva.

11 Cum dubitatur an impotentia sit perpetua vel temporalis, fit experimentum, an copula haberi possit per simultaneam conjugum cohabitationem ad triennium, quod incipit currere a die decreti per judicem emanati:

12 Quo tempore elapso, uterque conjux jurare debet inutiliter se tentasse copulam, et septem propinqui conjugum seu vicini jurare debent se credere,

Digitized by Google

quod conjuges verum affirmaverint:

13 Quod sufficienter affirmatum dicitur, si conjuges in eodem lecto habitasse constiterit.

14 Si alter ex conjugibus neget, alter affirmet perpetuitatem impotentiae, septem tantum propinqui seu vicini ex parte affirmantis sunt adhibendi.

15 Si vir dubie impotens copulam intervenisse negat, et mulier affirmat, huic creditur, si signa ambigua et non certa impotentiae concurrant:

16 Si autem mulier neget, et vir dubie impotens affirmet, ei creditur, quatenus signa certa impotentiae non habeantur, et in utroque casu pro valore matrimonii est judicandum:

17 In quocumque casu necessaria est inspectio corporis utriusque conjugis.

18 Inspectio corporis uxoris fit per duas, et in magna civitate per tres obstetrices — mariti vero per viros peritos privatos.

19 Obstetrices referre debent cum juramento de credulitate, quae non sint senio confectae, nec juvenes, et beneficio visus non careant,

20 Septuagenaria tamen admittitur, si appareat idonea.

21 Ante inspectionem mulier ponenda est in balneo per tres quartas partes horae et deinde fieri debet inspectio una cum tactu.

22 Si obstetricum peritia non sufficiat, a viris peritis fit inspectio, seu illarum relationes audiunt et super illis suam proferunt sententiam.

23 In casu arctitudinis et respective magnitudinis, inspectio utriusque conjugis fit per viros peritos, ut constito de impotentia, sine triennali experimento matrimonium dissolvatur.

24 Sed etiam in hoc casu experimentum non est omittendum.

25 Judex in hac materia superfluas etiam probationes exquirere potest, ut omnis fraus et error excludatur.

26 Quando impotentia est evidens et indubia, sine triennali experimento ac conjugum juramento, statim separantur.

27 Si impotentiae signa sint verisimilia et moraliter quasi certa, omitti potest triennale experimentum,

28 Et, accedente juramento conjugum et propinquorum seu viciniorum, pro nullitate matrimonii est pronunciandum.

29 Quando constat de impotentia naturali et intrinseca, praesumitur praecessisse matrimonium.

30 Quod a natura inest, semper inesse videtur.

31 Si impotentia sit accidentalis, et conjux potens uno vel altero mense post matrimonium reclamaverit, prout reclamare tenetur, matrimonium praecessisse censetur,

32 Secus si post longum tempus reclamaverit.

33 Cum impotentia oritur ex maleficio seu ex morbo accidentalis aut dubitatur an sit na-

Digitized by Google

SI FORTE COIRE NEQUIBIS.

Impotentia coeundi impedit matrimonium contrahendum, *Cap. Quod sedem 2. De frigid. et malefic.*, et dirimit vinculum contracti, *Cap. Fraternitatis 6. de frigid., et malefic.; Can. Si per sortiarias 4. caus. 33. quaest. 1.* — si tamen sit perpetua *d. Cap. 2.* ibique DD. *De frigid. et malefic., Bonacin. Theolog. Moral. tom. 1. tit. de Matrim. quaest. 3. punct. 13. n. 9., Rub. in annot. ad Rot. decis. 392. num. 34. par. 4. tom. 2. et decis. 54. num. 2. par. 7. recen.*, nec ei per naturam vel artem subveniri possit *Abb. Hostiens.*, et *Innoc.*

in Cap. Consultationi 4. *De frigid.*
et malefic., *Pirhing. in Jus Can.*
lib. 4. *Decretal. titul.* 15. *num.* 9.,
ibique, *Reiffenstuel. num.* 5. *et* 9.,
Navarr. in Manual. cap. 22. *num.*
59., *Koninck disput.* 31. *dub.* 7.
num. 77.; *Bonaccin. Theol. Moral.*
tom. 1. *tit. de Matrim. quaest.* 3.
punct. 13. *proposit.* 3. *num.* 12.
Rosignol. contr. 15. *de Matrimon.*
11. *praenot.* 17. *num.* 5.; dictum-
que impedimentum impotentia ta-
lis inducit, sive fuerit naturalis,
sive accidentalis, sive absoluta,
4 sive respectiva, tam de jure eccle-
siastico quam de jure naturae,
Cap. 1. *Cap. Quod sedem* 2. *Cap.*
Ex literis 3. *Cap. Laudabilem* 5.
Cap. Fraternitatis 6. *Cap. Literae*
7. *De frigid. et malefic.*, dummodo
praecesserit contractum matrimo-
nialem, nam si matrimonio jam
contracto supervenerit illud non
dirimit ad *Text. in Can. Hi qui*
5 25. *caus.* 32. *q.* 7.

Impotentia *Naturalis* oritur
6 ex ipsius naturae defectu, nimirum
ex nimia frigiditate, debilitate, de-
ficientia aut ineptitudine necessa-
riorum: et in foemina ex tali vasis
arctitudine, ut a viro penetrari
7 non possit. — *Accidentalis* ea est,
quae provenit non ex defectu na-
turae, sed ex causa extrinseca,
scilicet ex maleficio vel ex homi-
nis opera, qua maleficiati et ca-
strati laborant, qui a contrahendo
matrimonio omnino abstinere de-
bent, ut declaravit *Sistus V. in*
Constit. 59. incipien. = *Cum fre-*
quenter = in qua eunuchi tam-
quam ad generationem inhabiles
ab ineundis nuptiis repelluntur. —
Absoluta reperitur in viro per or- 8
dinem ad quascumque mulieres, aut
in muliere per ordinem ad quoscum-
que viros. — *Respectiva* vero est illa, 9
quae constituit impotentem respectu
ad aliquam certam et determinatam
personam, et non ad alias.

Verum si impotentia non fue-
rit perpetua, sed temporalis, matri- 10
monium non irritat, *Cap. Frater-*
nitatis 6. *De frigid. et malefic.*;
et si adesset dubium an impoten-
tia sit perpetua vel temporalis 11
antequam contrahantur matrimo-
nium, illud contrahere non licet,
ne, sine necessitate, Sacramentum
periculo nullitatis exponatur — sed si
matrimonium jam contractum fue-
rit intra triennium a jure conces-
sum (quod computatur a die tenta-
tae copulae seu verius a die de-
creti per judicem emanati, *Rub. in*
annot. ad Rot. decis. 392. *n.* 22.
par. 4. *tom.* 2. *recen.*, non vero a
die contracti matrimonii *Gloss. in*
d. Cap. Laudabilem verb. Celebrati
de frigid. et malefic., *Sanch. de*
Matrim. lib. 7. *disput.* 110. *num.* 1.)
fit inter conjuges experimentum,
an inter eos perfecta copula haberi
possit *Cap. Laudabilem* 5. *Cap.*
Literae 7. *De frigid. et malefic.*,
Rot. decis. 54. *num.* 4. *par.* 7. *re-*
cen., quo facto, eoque tempore
elapso, ut nullum declaretur ma-
trimonium et conjugum separatio
concedatur, non sufficit ut ambo
fateantur in foro externo ex parte
unius perpetuam adesse impoten-
tiam, sed ad praescriptum *Sacro-*
rum Canonum vir jurare debet,
quod serio per tale tempus inuti-
liter copulam tentaverit, et mulier

Digitized by Google

quod conata sit nec impedierit,
simulque jurare debent ex parte
cujuslibet conjugis septem propin-
qui, iisque deficientibus, septem
vicini boni nominis et famae, *Rot.*
decis. 392. *num.* 3. *et decis.* 445.
num. 4. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*, quod
12 credant veritatem conjuges affirma-
re, *d. Cap. Laudabilem* 5. *Cap.*
Literae 7. *de frigid. et malefic.*,
decis. 695. *num.* 2. *par.* 1. *recen.*;
eaque sufficienter dicitur per con-
13 juges affirmata, si ambo in eodem
lecto cohabitasse constiterit, *Rot.*
d. decis. 392. *num.* 4. *par.* 4. *tom.*
2. *recen.*, sed si alter ex conjugibus
neget, alter autem affirmet perpe-
tuam adesse impotentiam, tunc so-
lum septem propinqui seu vicini
14 ex parte affirmantis sunt adhiben-
di, *Hostiens.*, *Jo. Andr.*, *Ancharan.*
in d. Cap. Laudabilem 5. *de fri-*
gid. et malefic., *Reiffenstuel. in Jus*
Can. lib. 4. *Decretal. tit.* 15. *num.*
51., *Rosignol. contr.* 15. *de Matrim.*
11. *praenot.* 17. *num.* 49., *Sanch.*
de Matrim. lib. 7. *disput.* 109.
num. 13.

Utrum autem parti affirmanti
vel neganti adhibenda sit fides,
ita distinguendum esse videtur —
aut elapso triennio vir dubie im-
potens perfectam se habuisse copu-
lam negat, mulier autem affirmat,
tunc mulieri credendum est, si
non habeantur nisi signa dubia
et ambigua impotentiae, secus si
15 signa certa appareant, *Jo. Andr.*,
et Anchar. in d. Cap. Laudabilem
num. 4. *De frig. et malefic. Sanch.*,
de Matrim. lib. 7. *dicta disput.*
109. *num.* 9. — itemque credendum
viro dubie impotenti, si perfectam
habuisse copulam affirmet et mulier
neget, quatenus signa tantum du-
bia et ambigua, non autem certa,
impotentiae resultent; et pro valore
matrimonii in utroque casu est pro- 16
nunciandum *Can. Siquis* 3. *caus.*
33. *quaest.* 1. *Cap.* 1. *De frigid.*
et malefic., *Pirhing. in Jus Can.*
lib. 4. *Decretal. tit.* 15. *num.* 14.
ibique *Engel. num.* 6., *Reiffenstuel.*
num. 49., *Sanch. de Matrim. lib.* 7.
disput. 109. *num.* 2.

In quocumque tamen casu sem-
per est necessaria inspectio corpo-
ris utriusque conjugis *Cap.* 1. ibi- 17
que *gloss. verb. Caput*, *Cap. Fra-*
ternitatis 6., *Cap. Literae* 7. *De*
frigid. et malefic., *Cap. Proposuisti*
4., *Cap. Causam Matrimonii* 14. *De*
probat. — uxoris videlicet facienda
per duas et in magna civitate per
tres mulieres expertas seu obstetri-
ces, partibus non suspectas, a judice
deputandas — et respective mariti
per viros peritos cum iisdem cau-
telis per judicem eligendos. Obste- 18
trices debent esse aptae ad referen-
dum cum juramento de credulita-
te; nec senio confectae, nec juve-
nes, itaut habeant omnimodam
experientiam et beneficio visus non 19
careant; sed si aliqua ex illis sit
etiam septuagenaria et ex qualitate
relationis atque ex diligentiis fa-
ctis appareat idonea, non est uti- 20
que repellenda. Antequam fiat in-
spectio mulier ponenda est in bal-
neo, ibique permanere per tres
quartas partes horae, et postea de-
veniri debet ad inspectionem et ta- 21
ctum: et ubi obstetricum peritia
non sufficiat ad resolvendum an
impedimentum, quod adest, tolli

Digitized by Google

possit, virorum peritorum inspectio est admittenda, seu saltem periti illarum relationes audire de-
22 bent et suam super illis proferre sententiam, ut docet. *Rot. d. dec.* 392. *a num.* 1. *ad* 20. *par.* 4. *tom.* 2. *recentior.*

Quandoque tamen expedit inspectionem utriusque conjugis omnino fieri per viros peritos, et signanter in casu arctitudinis et respectivae magnitudinis, ad effectum ut si ex utraque inspectione arctitudo talis appareat quae ex parte viri penetrari non possit, matrimonium
23 dissolvi valeat absque triennali experimento, licet arctitudinem non esse impedimentum evidens et necessarium, sed tantum verisimile dubium et praesumptivum, et propterea, eo non obstante, uti necessariam omitti non debere trien-
24 nalem experientiam tenuisse videatur *Rot. decis.* 695. *num.* 5. *et seq. par.* 1., *et decis.* 781. *num.* 1. *par.* 2. *recen.* Agitur enim de materia circa quam multum relinquitur arbitrio judicis, nullatenus reprehendendi si omnem adhibeat diligentiam ac superfluas etiam probationes exquirat ut omnis fraus vel
25 error excludatur *Rot. dicta decis.* 781. *num.* 2. *par.* 2., *Rub. in annot. ad ejusdem Rot. dec.* 392. *n.* 27. *et* 28. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*

Quando tamen constat de antecedenti impotentia perpetua per inspectionem corporum a sacris canonibus, ut supra, demandatam, aut est certa evidens et indubitata, et tunc statim matrimonium declarandum est nullum, et, absque tum triennali experimento tum conjugum juramento, ipsi sunt separandi ab omni carnali commer- 26
cio *Rot. decis.* 695. *num.* 2. *par.* 1. *recen.*, et conjux potens alii nubere potest *Abb. in Cap. Fraternitatis* 6. *num.* 11. *De frigid. et malefic.*, *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 107. *num.* 7.

Aut per inspectionem aut aliam probationem non habentur signa physice certa, et simpliciter evidentia, excludentia potentiam, sed tamen verisimilia et moraliter quasi certa, et tunc regulariter, et nisi contrarium judici expedire videbitur, omisso triennali experimento et accedente solum jura- 27
mento, tum conjugum de defectu perfectae copulae, tum septem propinquorum seu viciniorum de praestanda conjugibus fide, pro nullitate pariter matrimonii est pronun- 28
ciandum *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *Decretal tit.* 15. *num.* 43., *Engel. ibid. num.* 6., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 107. *num.* 4., *La Croix lib.* 6. *par.* 3. *num.* 787, *Rot. decis.* 695. *n.* 2. *par.* 1. *recen.*

Accidere quoque potest quod constet de impotentia perpetua, sed dubitetur an praecesserit vel subsecuta fuerit matrimonium, et hoc casu sic est distinguendum — aut constat de impotentia naturali et intrinseca, et praesumitur prae- 29
cessisse, *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 103. *num.* 4., *Gutierrez de Matrim. cap.* 116. *num.* 2., quod 30
enim a natura inest semper inesse videtur *Menoch. de praesumpt. lib.* 1. *praesumpt.* 14. *n.* 3. — aut est accidentalis et extrinseca, ut pro-

Digitized by Google

veniens ex maleficio mutilatione
et hujusmodi, et tunc iterum di-
stinguendum; aut conjux potens
uno vel altero mense post matri-
monium de impotentia alterius re-
clamavit, prout infra bimestre re-
clamare tenetur *Sanch. de Matrim.*
lib. 7. *disput.* 109. *num.* 3.; *Rot.*
dec. 54. *num.* 5. *et* 6. *part.* 7. *re-*
centior., et tunc in foro externo
31 praesumitur praecessisse; aut recla-
mare distulit post longum tempus,
32 et subsecutam fuisse censetur *Cap.*
1. *De frigid. et malefic.*, *Reiffen-*
stuel. in Jus Canon. lib. 4. *Decre-*
tal. tit. 15. *num.* 30., *Sanch. de Ma-*
trim. lib. 7. *disput.* 103. *num.* 6.,
Gutierrez de Matrim. cap. 116.
num. 2., *Rosignol. contr.* 15. *de Ma-*
trim. 11. *praenot.* 17. *num.* 63.
modo corrupta fuerit; si namque
virginem esse constet post multos
etiam annos reclamare potest et au-
diri meretur, ut docet *Sanch. de*
Matrim. lib. 7. *dicta disput.* 109.
num. 2. 5. 6., non omisso tamen
triennali experimento, ut advertit
n. 10. *et seqq. ibid.*

Cum autem impedimentum ori-
tur ex maleficio, vel ex aliquo
morbo accidentali, itaut maritus
qui cum uxore defuncta potens
erat cum secunda consummare
non possit, seu dubitatur an im-
pedimentum sit naturale, vel ac-
33 cidentale, semper est expectandum
triennium, quo durante, si dubi-
tetur procedere ex maleficio, judex
conjuges hortari debet, ut, quan-
tum in ipsis est, matrimonium
consummare procurent, et interim
sacramenta frequentent, offerant
sacrificia, elargiantur eleemosynas,
jejunent, aliisque piis operibus in-
cumbant, ut a Deo talis impedi-
menti impetrent remotionem, et ad
remedia divina et ecclesiastica seu
ad exorcismos recurrant. Si vero 34
impedimentum provenire appareat
ex aliquo vitio et morbo acciden-
tali et naturali, tunc ad remedia
naturalia est recurrendum *Rub. in* 35
annot. ad Rot. dec. 392. *a n.* 23.
ad 33. *par.* 4. *tom.* 2. *recentior.*
Unde si impedimentum arctitudi-
nis per scissionem absque periculo
vitae tolli potest, hujusmodi reme-
dio est utendum, non autem ad 36
matrimonii dissolutionem deveniri
debet *Rot. d. decis.* 392. *n.* 18. *par.*
4. *tom.* 2. *recentior.*, quia ubi im-
pedimentum est medicabile medi-
cina est adhibenda, non autem pro
matrimonii dissolutione pronun-
ciandum *Rot. dicta decis.* 392. *loc.* 37
cit., *et decis.* 445. *num.* 3. *part.* 4.
tom. 2. *recentior.* Sed si tale fue-
rit, ut nullatenus arte medicorum
vel remediis humanis reparari pos-
sit, impedit matrimonium con-
trahendum et dirimit jam contra- 38
ctum *Can. Consuluisti* 20. § *Hoc*
autem in fin. caus. 2. *quaest.* 5.,
Can. 1., *Can.* 2. *caus.* 33. *quaest.* 1.,
Cap. Ex literis 3. *de frigid. et*
malefic., *D. Thom.* 3. *par. de Sa-*
cram. quaest. 89. *art.* 1.

Dissoluto per impotentiam ma-
trimonio, si conjux praesumptus
impotens alias deinde nuptias con-
traxerit, et cum nova uxore et re-
spective viro perfectam copulam
habuerit, cum primum matrimo-
nium sit validum, comperto er-
rore est reintegrandum primum et 39
dissolvendum secundum *dicto Cap.*

Digitized by Google

Laudabilem 5., *Cap. Fraternitatis*
6. *De frigid. et malefic.*

Limita primo, quando impotens
40 factus est potens per miraculum,
quia exinde non sequitur quod
potentia non fuerit perpetua, sed
temporalis *dicto Cap. Fraternitatis*
6. *De frigid. et malefic.*, *Rub. in*
annot. ad dict. Rot. decis. 392.
num. 31. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.*

Limita secundo, si tollatur im-
41 potentia ope daemonis, quia per-
petua censetur impotentia quae
nonnisi modo illicito tolli potest
d. Cap. Fraternitatis 6.

Limita tertio, si impotentia per-
petua fuerit respectiva, quia nempe
respectu mulieris, ob arctitudinem
42 vasis, cum ea vir copulam habere
non potuerit, quam habuit cum
secunda tali impedimento carente,
quia respectu primae impotentia
est perpetua *Reiffenstuel in Jus*
Can. lib. 4. *Decretal. tit.* 15. *num.*
59., *Rosignol. contr.* 15. *de Ma-*
trim. 11. *praenot.* 17. *num.* 57.,
Sanch. de Matrim. lib. 7. *cap.* 99.
n. 18.

Limita quarto, si impotentia
provenerit ex maleficio et praemis-
sum fuerit triennale experimentum,
ac habitae probationes a jure prae-
scriptae antequam matrimonium
dissolveretur, quia aliquando acci-
dit quod fiant maleficia ad causan-
dam impotentiam perpetuam respe-
43 ctu certae dumtaxat personae, et non
omnium *Can. Si per sortiarias* 4.
caus. 33. *quaest.* 1., *Gloss. in cap.* 1.
verb. Reparare, et in Cap. Lauda-
bilem verb. Separentur et verb. Re-
dire, et in Cap. Literae verb. Co-
gnoscendi De frigid. et malefic.,
D. Thom. in 4. *distinct.* 35. *quaest.*
unic. art. 3. *in corpor.*, *Tolet. in-*
struct. Sacerdot. lib. 7. *cap.* 12.
§ *Altera est in fin.* — et celebre est
matrimonium Principis ab Auria, 44
non multis ab hinc annis ob hanc
causam dissolutum post maturam
causae discussionem, qui, quamvis
longo tempore cum uxore cohabi-
taverit nullosque filios habuerit,
adhuc, dissoluto matrimonio, cum
uterque conjux alias nuptias con-
traxerit, ambo filios ex ipsis susce-
perunt.

Non omittendum, quod circa
hujusmodi impedimentum, vel ab
utroque conjuge reciproco consensu 45
inter se colludendo, seu ab uno
vel ab altero ex ipsis, ut ad alias
transeant nuptias, nonnunquam
fraudes committi solent. Egometipse
testificari possum, quod dum, va-
cante per obitum Benedicti xiv.
apostolica sede, munus Fiscalis Vi- 46
cariatus almae Urbis obirem, quae-
dam foemina satis juvenis et aspe-
ctu formosa instituit adversus vi-
rum, qui majori annorum numero
praemebatur, judicium pro nulli-
tate matrimonii propter ipsius viri
impotentiam. Utrisque conjugibus
examini per me suppositis, maritus
de sua potentia, uxor de illius im-
potentia solemne praestiterunt jura-
mentum. Inspecto quoque per duos
peritos corpore viri, inspectoque
post dictum balneum corpore mu-
lieris, cum juramento pariter retu-
lerunt illum ante matrimonium
fuisse, et adhuc esse, et perpetuo
in futurum fore impotentem, mu-
lierem vero nunquam florem ami-
sisse virginitatis. Post haec, una

Digitized by Google

simul cohabitantes, veridicum apparuit juramentum viri — mulier vero perjura, et saltem fallax peritorum judicium, quia mulier ex congressu mariti evasit gravida et post novem menses prolem dedit in lucem.

Licet Eunuchi et Castrati contrahere nequeant matrimonium, illud tamen contrahere non prohi-
47 bentur Hermaphroditi, alias Andro-
gyni, quia potentes sunt ad generationem; inspiciendum tamen est, num in hermaphrodito unus vel alter sexus praevaleat, an vero sit aequalis: in primo casu inire potest matrimonium juxta sexum qui praevalet; ita ut si sexus praevalens sit foemineus viro nubere non impeditur, nec foeminam du-
48 cere prohibetur si sexus virilis
praevaleat *Gloss. in Can. Si testes* 2. *verb. Ad testimonium caus.* 4. *quaest.* 3., *Bald. in Leg. Quaeritur* 10. *ff. de stat. homin.*, *Pirhing lib.* 4. *Decretal. tit.* 15. *num.* 3. ibique *Reiffenstuel. num.* 22., quia, juxta sexum in eo praevalentem,
49 an sit vir potius quam foemina, est
judicandus ad *text. in d. L. Quaeritur* 10. *ff. de stat. hominum* — ibi — *Quaeritur haermaphroditum cui comparamus; et magis puto ejus sexus existimandum, qui in eo praevalet* — unde infertur, quod matrimonium irritum esset, si praevalens sexus virilis nuberet viro,
50 seu praevalens foemineus nuberet
foeminae; cum de jure naturae neque vir cum viro neque foemina cum foemina in matrimonium conjungi valeat.

Si vero uterque sexus sit aequa-
lis, tunc eligere potest sexum quo 51
uti malit *Bald. in d. leg. Quaeritur in addit. num.* 1. ibique *Alberic. num* 5., *Henriquez lib.* 14. *de irregular. cap.* 8. *num.* 6. *in fin.*, modo tamen antequam matrimonium contrahat se non abusurum altero sexu coram judice cum juramento promittat, argumento *text. in Can. Praesbyteros* 38. *caus.* 16. *quaest.* 1, *Cap. Diversis* 5. *de Cleric. conjug.*, *leg. Si plures* 10. *ff. de pact.*, *Moller de hermaphrodit. cap.* 6. *pag. mihi* 182., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 106. *n.* 1., *Sylvest. in Summ. verb. Hermaphroditus in fin.*, *Reiffenstuel. et Pirhing. loc. cit.*; et si
viduus remaneat, et ad secundas 52
nuptias convolare peroptet, quoties in primo conjugio juxta suam electionem usus fuerit sexu foemineo, absque lethali culpa illum in secundo mutare non potest, nec mutare potest sexum virilem si illum in primis nuptiis elegit *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *dicta disput.* 106. *num.* 8., ubi tamen subdit matri-
monium esse validum, quod e con- 53
tra negant *Moller. loc. cit. cap.* 184., *Lara in compend. vit. homin. cap.* 11. *num.* 49., qui tamen subjungit quod si sexus quem prius elegit, soluto per mortem primi conjugis
matrimonio, frigescat et alter in- 54
caluerit, neque se continere valeat; consulendus sit Summus Pontifex, qui ei indulgere potest ut cum usu alterius sexus novum contrahere valeat matrimonium.

In quocumque casu tamen, ut matrimonium legitime contrahatur,

Digitized by Google

ante omnia fieri debet inspectio per
55 medicos et chirurgos, et quandoque per obstetrices, an revera sexus ille praevaleat juxta quem contrahere intendit, vel uterque sit aequalis; cui inspectioni si se su-
56 bjicere nolit, ad matrimonium contrahendum nullatenus est admittendus *Moller. de Hermaphrod. d. cap.* 6 *pag.* 178.

Certum est autem, quod si in utroque sexu sit potens, una simul
57 eodemque tempore, uxorem ducere, et viro nubere nequit *Moller. loc. cit. cap.* 6. *pag.* 178., licet aliquando, si non simul, prius tamen et postea, diversoque tempore, variato sexu, et viro nubere et uxorem ducere possit. Si namque viro nupserit uti foemina, et in ea deinde tractu temporis, consistente matrimonio, sexus virilis erumpat, et foemineo praevaleat, matrimonium cum restitutione dotis dissolvitur, novasque nuptias, marito relicto, cum foemina contrahere non prohibetur; ut hermaphroditae, quae in primis nuptiis uti mater filium pepererat (quaeque propter virilem sexum prius in ea latentem, deinde in eadem superventum ac sexui foemineo praevalentem, dissoluto matrimonio, novoque cum foemina contracto, plures uti pater ex ea filios suscepit) olim evenisse narrat *Pignatell. consult.* 34. *n.* 2. *tom.* 4.

Hermaphroditi vero aequaliter praevalentes in utroque sexu inter se in matrimonium conjungi non posse videntur, ne, parem gignendi
58 et pariendi potentiam habentes, id sequatur quod accidisse narrant *Ursay. Instit. Crimin. lib.* 3. *tit.* 5. *num.* 15. et alii, referentes quod contracto aliquando matrimonio, ambo praegnantes evaserunt; contra quod factum tamen urgent late deducta apud *Clericat. decis.* 43. *de Sacram. Poenitent. num.* 12.

Sunt autem irregulares et ad
Ordines promoveri non possunt ab- 59
sque Summi Pontificis dispensatione *Navarr. in Manual. cap.* 27. *num.* 203. *vers. Decimoquinto*, *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de irregularit. disput.* 7. *quaest.* 2. *punct.* 2. *proposit.* 1. *num.* 12. *et* 13., *Piasec. in prax. par.* 1. *cap.* 1. *art.* 3. *num.* 2., *Pignatell. consult.* 34. *num.* 9. *tom.* 4., *Monacell. in formular. tom.* 3. *tit.* 1. *annot. ad formul.* 36. *num.* 30., quam obtinere possunt illi quibus praevalet sexus virilis *Sayr. de Censur. lib.* 6. *cap.* 8. *num.* 25. *et seq.*, *Monacell. loc. cit. num.* 30., *Navarr. in Manual. loc. cit. num.* 203., eaque dispensatio est necessaria etiamsi praedicta qualitas sit occulta, non obstante opinione *Marchin. tract.* 1. *de Sacram. Ordinis par.* 4. *cap.* 2. *num.* 11., *Tolet. in Instruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 6. *vers. Fateor*, *Gaballin. de irregular. cap.* 3. *consect.* 6. *in fin.*, putantium requiri tantum dispensationem cum eadem qualitas publica est et nota, quia haec eorum opinio communiori sententiae adversatur, teste *Filliuc. Oper. Moral. tom.* 1. *tract.* 19. *cap.* 6. *num.* 163, adeout sine dispensatione nec ad Ordines nec ad Regularem Professionem admitti valeant *Pelizzar. in*

Digitized by Google

Manual. Regul. tom. 2. *tract.* 7. *cap.* 5. *sect.* 2. *num.* 53., *Perez de Matrim. disput.* 37. *sect.* 3. *sub n.* 7., *Capon. discept.* 220. *num.* 34., *Donat. in prax. rer. regular. tom.* 2. *tract.* 3. *de qualitatibus recipiendorum quaest.* 23. *per tot*, *Monacell. in Formular. tom.* 3. *tit.* 1. *annot. ad formul* 36. *num.* 29.

Nullatenus vero dispensandi sunt illi in quibus uterque sexus
60 est aequalis, qui nec licite nec valide ad Ordines promoventur *Tolet. in Instruct. Sacerd. lib.* 1. *cap.* 58. *num.* 4. *vers. Aut est parilitas*, *Sayr.*, *Monacell. loc. cit.*, *Navarr. loc. citat. et consil.* 8. *de aetat. et qualit. Ordinand.*, *Henriquez lib.* 10. *cap.* 16. *num.* 1., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 106. *numer.* 10., nisi praevaleat, ut dixi, sexus virilis, nec in virorum seu mulierum religione professionem emittere possunt, et quatenus illam emiserint, nullitate et insubsistentia laborat *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Clausura quaest.* 2. *punct.* 10. § 5. *num.* 2. = ibi = *Si vero uterque sexus aequalis sit, in neutra Religione valide profiteri potest* = concordat *Passerin. de Statu Homin. tom.* 3. *quaest.* 189. *art.* 10. *inspect.* 4. *num.* 148. = ibi = *Sed loquendo de illis in quibus uterque sexus extrinsecus est rite formatus, unde et ad utrumque usum veneris sunt habiles, puto quod sine distinctione professio illorum in quocumque monasterio sit irrita* = Ad differentiam Monialium, in quibus sive uterque sexus fuerit aequalis, sive unus aut alter prae-
valeat, ad professionem non sunt 61
admittendi, *Sanch. loc. mox cit.*, *Donat. in prax. rer. regular. tom.* 4. *tract.* 9. *quaest.* 5. *num.* 1., *Pelizzar. de Monial. cap.* 3. *num.* 32., et hanc sententiam amplexa est etiam *Sac. Congreg. Concil.* et presertim in *Dub. Profession.*, in qua expositum fuit, quod quaedam nobilis puella, recepta tamquam novitia in monasterio monialium in quo novitiatum incaeperat, et magno cum devotionis fervore prosequebatur, et jam esset in statu emittendi professionem, etsi in ingressu monasterii non advertisset se esse hermaphroditam (simplicitate namque et pudore quodam virginali insignita dicebatur) attamen expost id adverterit, suoque juramento firmaverit *sexum foemineum notabiliter pollere et praevalere, et sexum virilem vix apparere*, et summopere optaret professionem emittere regularem, saltem cum dispensatione; propositis proinde dubiis —

I. *An Novitia sit admittenda ad professionem in casu, et quatenus negative:*

II. *An cum ea sit dispensandum in casu etc.*

Eadem *Sacr. Congregatio sub die* 6. *Decembris* 1722. respondit

Ad utrumque negative.

Et ratio est, quia licet in eorum tenera adhuc aetate vel non certus, sed dubius appareat uterque
sexus, vel sexus foemineus potius 62
quam virilis cognosci valeat, tractu tamen temporis et crescentibus an-

Digitized by Google

nis in virum converti possunt, ut advertit *Baricell. in suis Hortul. genitalib.* = ibi = *Apud multos Auctores ex pluribus observationibus notatum reperio, foeminas in mares quandoque commutatas fuisse: referam solum, quod tempore Ferdinandi 1. Regis Neapolis successit. — Erat Salerni quidam Ludovicus Guarria, a quo quinque filiae susceptae sunt, quarum natu majoribus duabus, alteri Franciscae, alteri Carolae erat nomen. Hae ambae cum pervenissent ad decimumquartum annum in mares mutatae sunt, iis enim genitalia membra instar marium creverunt, mutatoque habitu pro maribus habitae sunt, Franciscus et Carolus nuncupati* =. Idque accidisse in alio hermaphrodito comprobat *Cospi in ejus Judic. Criminal. par. 2. cap. 7. sub num. 43. in fin.*, ubi quod dum studiorum causa moraretur Senis,
63 vidit Spoletanum juvenem, qui prius admissus fuerat tamquam foemina in monialium monasterio, e quo paulo post exiverat, habituque virili indutus incedebat.

Quamobrem si quis eorum, qui foemina appareat, in approbata religione mulierum professionem emittat, et deinde in illo virilis
64 sexus erumpat, nulla et irrita est professio, *Sac. Congregat. Concil. in Spoletana* 14. *Martii* 1722., quia nonnisi ad monialium professionem, cujus est incapax, se obligare voluisse censetur *Pignatell. consult.* 34. *num.* 8. *tom.* 4.: ideoque e monasterio extrahi debet cum restitu-
65 tione dotis, *Pignatell. loc. mox cit. num.* 9., *Capon. discept.* 220. *n.* 44. *tom.* 3., prout accidit in *Spoletana* in qua cum Felix Alexandra Becchelli anno 1709. ingressa fuisset monasterium monialium B. Clarae de Monte Falco, ibique anno 1710. professionem regularem emisisset, constituta postmodum in aetate annorum triginta, suo fratri germano sacerdoti, se hermaphroditam evasisse, sexumque virilem in se praevalere narravit. Is rem totam Episcopo Spoletano detulit. Facta subinde, prout fieri debet, a peritis, hoc est a medico et chirurgo loci magna cum circumspectione, una cum assistentia duarum matronarum ex honestioribus dictae terrae, monialis recognitione, sine qua solum hermaphroditi dictum minime sufficit *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 106. *num.* 2., *Cabassut. in theor. et prax. Jur. Can. lib.* 3. *cap.* 25. *num.* 17, *Monacell. in Formular. tom.* 3. *tit.* 1. *annotat. ad formul.* 36. *num.* 26., *Donat. in prax. rer. regul. tom.* 2. *tract.* 3. *de qualitatibus recipiendorum quaest.* 23. *num.* 7., *Clericat. de Sacram. Poenitent. dec.* 43. *n.* 10, utriusque periti judicium fuit, quod monialis esset hermaphrodita, et capax coeundi tamquam vir cum qualibet muliere; cujus judicii fundamentum constitutum fuit nedum in signis ut plurimum extrinsecis et aliquando aequivocis, nempe pilorum tam in pectore et labio superiori, quam in maxillis, in voce sonora, in mammillis nullatenus turgentibus, in defectu a multo tempore menstruorum, in stimulis concupiscentiae, quibus jam ab octo annis se in occursu mulierum com-

Digitized by Google

moveri sentiebat, sed etiam in signis intrinsecis et certioribus, videlicet in extrinseca apparitione omnium virilium genitalium, consistentibus tamen in suo primaevo statu pudendis mulieribus, quare, ne interim aliquod scandalum, quod usque tunc in monasterio non contigerat, contingeret in futurum, eam Episcopus consignavit praefato illius germano fratri cum retentione habitus monachalis caute custodiendam, propositisque deinde *Sacr. Congreg. Concil.* dubiis:

I. *An Professio irrita sit in casu, et quatenus affirmative* —

II. *An dos sit sorori Felici restituenda in casu etc.* —

Eadem *Sac. Congregatio sub die* 14. *Martii* 1722. respondit

Ad I. Affirmative — ad II. Affirmative.

Et hoc etiam antea in praxi pluries servatum fuisse prae caeteris testantur *Dian. par.* 5. *tract.* 14., *Miscellan. resolut.* 49., *Card. de Lug. in respons. moral. lib.* 1. *dub.* 31. *num.* 2. et signanter cum
66 hoc evenit Romae in filio Laertii Cherubini mortuo *sub die* 23. *Maii* 1626., et in ecclesia Sanctae Mariae de Scala tumulato, qui fuerat monialis in quodam monasterio almae Urbis, quique ex moniali in virum conversus ex monasterio extractus, fuit ordinatus sacerdos et factus Canonicus Sanctae Mariae in Via Lata ut affirmat *Abb. Piazza in Hierarch. Eccles. pag.* 1877., ultra alios plures casus quos recenset *Pignatell. consult.* 34. *num.* 1. 2. *et* 3. *tom.* 4.

Si vero is, in quo sexus virilis praevaleat, per apostolicam dispensationem ad sacros ordines promotus fuerit et postea praevaleat 67
in eo sexus foemineus, quamvis in eo character remaneat, quia est indelebilis, fit nihilominus iterum irregularis et inhabilis ad valide consecrandum et absolvendum, 68
cum non sit amplius masculus, cui tantum D. N. J. C. Sacerdotalem potestatem competere voluit 69
Card. de Lug. in respons. moral. lib. 1. *dub.* 31. *num.* 4., *La Croix. lib.* 7. *num.* 496.; etsi hic casus naturaliter non sit contingibilis, quia vir nunquam transit in foeminam, neque hoc fieri posse tenent 70
medici et notat *Card. de Lug. loc. cit. num.* 3.

Hinc evincitur quod foeminam perfectum opus non esse, ut nonnulli oblatrant, dici non potest *Andr. Laurent. in histor. anatom. lib.* 8. *quaest.* 1.; qui proinde dicunt foeminam esse monstrum, non ea qua decet reverentia de primae mulieris creatione, digito Dei peracta, loquuntur — et errant. Si perfectus enim est vir a Deo de limo terrae formatus, quia est animal rationale tres animae potentias habens et quinque corporis sensus, ex hoc perfecta est quoque foemina a Deo pariter ex latere Adam formata, quae his omnibus minime caret, imo aequalis quoque est cum masculo quoad singula membra, nec etiam genitalibus exceptis, quae in illis, ut supra, latent et inter virum et foeminam solo situ distinguntur, nam ea vir foris habet, quia pro-

Digitized by Google

pter ejus calliditatem foras erumpunt, foemina vero illa continet intus, quia propter ipsius frigiditatem foras erumpere nequeunt, ut tenet communis Graecorum et Arabum medicorum sententia, inter quos *Ægineta*, *Avicenna*, *Rasius*, *et Galenus lib.* 2. *de Foemin.* — ibi — *Est enim proportio maxima inter genitalia masculi et foeminae: omnia siquidem genitalia membra tum masculus tum foemina habere eadem videntur, positione tantum et magnitudine differentia; quin et vasa testes nutrientia utrique sexui ex eisdem venis et arteriis procedunt* —; praeterea omnis rerum naturalium perfectio est ex fine petenda — Finis autem ita formandi foeminam fuit humani generis conservatio: ergo foemina ratione finis est perfecta, et imperfecta potius esset si ejus forma, ad hanc conservationem necessaria, diversa foret et finis obtineri non posset. Tandem scimus naturam semper quod perfectius est intendere; si ergo virum gignere intendit perfectissimum intendit gignere, perfectissimum simul gignere intendit cum foeminam gignit, *Pignatell. d. consult.* 34. *num.* 7. *tom.* 4.

De matrimonio sterilium late agit *Sanchez in praecitat. illius*
71 *Tract. lib.* 7. *disput.* 92., ubi concludit *num.* 26. illorum matrimonium esse validum nec impediendum, quia, etsi frustretur finis primarius qui est generatio prolis, remanet tamen secundarius qui est extinctio libidinis. Sed si hujusmodi sterilitas proveniat et vir sit adeo senex atque decrepitus, ut
impotens sit ad copulam, nec judi- 72
cio medicorum arte juvari possit, eum esse matrimonii ineundi incapacem firmat in praecedenti *num.* 24. *ibid.* —

CAP. XIV.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Clandestinitatem.

SUMMARIUM.

1 Matrimonium contractum sine Parochi et testium praesentia est clandestinum, nullum, et contrahentes perpetuo sunt separandi, *et num.* 7. 116.

2 Triplex est species clandestinitatis — et prima si matrimonium contrahi praesumatur coram Parocho sine testibus aut sine sufficienti numero testium:

3 Altera si coram testibus sine Parocho attentetur:

4 Tertia si contrahatur coram Parocho et testibus, non praemissis denunciationibus, *et numer.* 54.

5 Prima et secunda, non autem tertia, causat matrimonii nullitatem.

6 Clandestinum tertiae speciei est quoque matrimonium a filiis

Digitized by Google

insciis vel invitis juxte parentibus contractum.

7 Nullum est matrimonium attentatum sine praesentia Parochi, aut sine praesentia vel sufficienti numero testium:

8 Limita quoad existentes in terris sub dominio haereticorum, ubi non sunt Parochi, nec Episcopi, vel ubi Tridentinum non est publicatum,

9 Ibi sufficit expressus verbis contrahentium in matrimonium consensus juxta jus antiqnum,

10 Nec illud ibi Episcopus invalidare potest.

11 Invalidum tamen est si eo extranei ad hunc effectum data opera proficiscantur.

12 Ubi Tridentini dispositio servanda est, Parochus assistens esse debet Parochus proprius unius vel amborum contrahentium, *et num.* 117.

13 Quinam sub nomine proprii Parochi comprehendantur.

14 Inter eos numerantur etiam omnes Sacerdotes seculares et regulares ad hunc effectum ab habente potestatem specialiter delegati,

15 Et signanter ab Ordinario, seu a proprio Parocho unius vel amborum contrahentium, *et num.* 116.

16 Si Parochus hanc delegationem impugnet, sacerdos assertus delegatus seu contrahentes contrarium probare tenentur,

17 In delegatione non est necesse specificare nomina contrahentium, sed sufficit licentia in genere assistendi matrimoniis, seu licentia generalis ad exercenda jura parochialia.

18 Dummodo sit expressa, non vero tacita.

19 Sufficit et jam facultas alicui sacerdoti ab Ordinario tributa quoad omnia sacramenta durante Parochi infirmitate.

20 Nec cessat licet, infirmitate durante, Parochus Missam celebraturus ad ecclesiam accedat, aut in eo adsit imbecillitas a morbo praecedente causata.

21 Dummodo propter imbecillitatem, aut aliud impedimentum ipse Parochus curam exercere non possit.

22 Validum est matrimonium contractum coram Episcopo, quod erat ex apostolica dispensatione coram Parocho contrahendum,

23 Vel si aliquo sacerdote solemnia matrimonii peragente, Parochi praesentia etiam fortuita interveniat,

24 Vel si contrahatur extra ecclesiam, *et num.* 26.

25 Ad validitatem matrimonii requiritur praesentia testium et Parochi, aut sacerdotis a Parocho vel Ordinario delegati, *et num.* 49.

27 Potest Parochus licentiam concedere alicui sacerdoti, ut conjungat in matrimonium suos parochianos etiam extra propriam parochiam:

28 Multoque magis id ei facere licet.

29 Praesentia Parochi requiritur ad tollendam clandestinitatem et ad auctoritatem matrimonio praestandam, *et num.* 48. 51.

30 Quae extra quoque parochiam praestari potest.

31 Contrahentes habentes duo domicilia, coram alterutro Parocho matrimonium valide contrahunt.

32 Et etiamsi in aliena parochia coeperint habitare ad evitanda injusta parentum impedimenta.

33 Dummodo animum habuerint contrahendi in ea parochia domicilium, licet sua bona ex causa ad illam non detulerint.

34 Limita si id fecerint in fraudem Tridentini,

35 Quae fraus est concludenter probanda.

36 Validum est matrimonium contractum coram Parocho loci, a quo alter ex sponsis praeceptatus discedere nequit:

37 Seu contractum ab Educanda ad crates monasterii coram Parocho loci ubi situm est monarium;

38 Vel a Praetore, Medico, Chyrurgo, Ludi-Magistro etc. coram Parocho loci, ubi officium exercent.

39 Limita si contrahatur ab eo, qui ibi permanet recreationis gratia:

40 Vel contrahatur ab Educanda coram Cappellano, qui non sit Parochus loci, nec a Parocho, seu ab Ordinario facultatem habeat,

41 Seu contrahatur a Milite coram Cappellano exercitus ad hoc nec a Sede Apostolica nec ab Episcopo facultatem habente,

42 Quae ab Apostolica Sede concedi solet tantummodo pro tempore quo milites sunt in actuali expeditione.

Nulliter etiam contrahitur matrimonium coram Parocho carceris ab eo, qui ibi detinetur accidentaliter ad correctionem vel custodiam:

Secus si ibi fuerit in poenam per aliquod tempus condemnatus.

43 Validum est matrimonium contractum coram Parocho sive accidentaliter, sive data opera, sive invito suam praebente praesentiam, *et num.* 84.

44 Sive scienter interfuerit, aut scienter matrimonium non prohibuerit,

45 Sive accidentaliter pertransierit:

46 Etiamsi nondum fuerit infra annum ad sacerdotium promotus,

47 Aut fuerit in possessione parochiae, quae illi tamen controvertitur,

48 Seu excommunicatus,

49 Quamvis contrahentes non interroget.

50 Et consensum non praestet.

52 Debet retinere librum, ubi notet matrimonia, et quoties in hoc deficit, lethaliter peccat, *et num.* 55. *et* 114.

55 Contrahentes matrimonium, omissis denunciationibus, puniuntur poenis pecuniariis aliisque arbitrio Ordinarii.

56 Parochus vero, si ei scienter intersit, punitur suspensione ab officio per triennium, alii-

sque gravioribus arbitrio Episcopi.

57 Et si ex improviso fuerit adortus, quantum in se est, matrimonium prohibere et impedire tenetur, ita ut ejus praesentia moralis desit, *et n.* 83.

58 Qua deficiente, nullum est matrimonium, quia physica et materialis non sufficit, *et num.* 98. *et seqq.*

59 Si verba contrahentium sint dubia, eorum declaratio spectat ad Parochum et ad testes.

60 Affertur opinio Benedicti xiv. sententis Parochum impedire non debere matrimonia clandestina, et quando.

61 Eamdem non subsistere demonstratur, *et num. seqq.*

62 Parochus impediens hujusmodi matrimonia nullo utitur arbitrio contra libertatem matrimonii, sed paret expresso praecepto sacrorum canonum *et num. seqq.*

63 Seque praebet dispositionis juris executorem, jurisque observantiam tuetur.

64 Impedit usum libertatis per sacros canones jam impeditae et ademptae, *et num.* 68.

65 Parochus, ac alius sacerdos, notorium peccatorem impedire debet et prohibere ne Eucharistiam recipiat:

66 Eodem modo Parochus impedire debet ne contrahentes matrimonium illud cum notorio sacrilegio contrahant.

67 Potens impedire ne alius mortaliter peccet, si non impedit, ipse quoque mortaliter peccat.

69 Ad matrimonii libertatem non spectat, ut illud cum peccato contrahatur.

70 Libertas ad malum est potius defectus quam effectus libertatis.

71 Parochus ponendo obicem hujusmodi matrimonii, animos contrahentium aliquando scrupulis torquet:

Contrarium *num.* 81. *et seqq.*

72 Si haec exceptio non obstat testibus, nec Parocho obstare debet de cujus fide plurimum ecclesia confidit et a quo insuper alii testes integrantur, *et num.* 74. 95.

73 Si testes non audiant aut audire nolint verba contrahentium, matrimonium est nullum *et num.* 105.

75 Parochus licite sua praesentia et auctoritate firmare non potest contractum, quem scit a contrahentibus sacrilege iniri.

76 Parochus impediens hujusmodi matrimonia, talem contractum sua praesentia non confirmat.

77 Impedit ne a contrahentibus committatur sacrilegium:

78 Et ne deinde quoque matrimonium contrahatur si sit illicitum, vel quia agatur de matrimonio catholici cum haeretica,

79 Vel de matrimonio cum injuria parentum et familiae ineundo.

80 Si Parochus verba contrahentium non audire simulaverit, matrimonium est validum.

82 Contrahentes matrimonium sive invalide sive valide, sed illicite, non praemissis denuncia-

Digitized by Google

tionibus, sub poena culpae lethalis a copula se abstinere tenentur.

85 Parochus non est sacramenti matrimonii minister.

86 Ideo ejus praesentia tantum, non autem consensus nec intentio requiritur.

87 Validum est matrimonium si testes, sive scienter, sive ignoranter, sive decepti, assistant, sed mortaliter peccant si ipsi quoque sint in culpa,

88 Et poena arbitraria puniri debent.

89 Hoc est poena exilii, vel simili, arbitrio judicantis, et pecuniaria *et num. seq.*

91 Et tam ipsi quam adjuvantes et consulentes, etiam excommunicatione latae sententiae, puniri possunt,

92 Matrimonium fuisse contractum probant Parochus et testes de eo cum juramento deponentes;

93 Maxime si non sint conjuncti, vel amici alterutrius contrahentis, nec eorum intersit an matrimonium firmum seu nullum declaretur.

94 Licet consanguinei quoque in testes admitti possint.

95 Nam integrantur a Parocho, potissimum si utriusque contrahentis sint aequaliter consanguinei;

96 Limita si impugnetur matrimonium jam contractum, quia tunc requiruntur testes omni exceptione majores.

97 Testium quoque praesentia moralis esse debet, nec sufficit physica aut materialis *et n. seqq.*

101 Qui adest sed non intelligit, pro praesente non habetur *et num.* 103.

102 Nec testificari potest de matrimonio juxta formam a Tridentino praefinitam.

104 Non probant matrimonium fuisse contractum testes deponentes se non audivisse verba contrahentium; sive id acciderit ob mentis evagationem,

105 Sive data opera, quia videre et audire noluerint.

106 Parochi praesentia supplet qualitates personales testium, non eorum vices.

107 Nec probant si deponant se mutuum contrahentium consensum percepisse ex verbis a Parocho prolatis *et n.* 109. 112.

108 Parochi et testium praesentia praescripta est non ad probationem tantum sed etiam ad formam.

110 Dictio — *omnino* — est praecisa, et significat omnem casum et eventum, sine ulla exceptione, remedio, ac dispensatione.

111 Moralis Parochi et testium praesentia intervenire debet ipso tempore quo actus in esse producitur;

113 Qua deficiente, matrimonium probatum non remanet, etiamsi fuerit in matrimoniorum libro descriptum.

115 Libro matrimoniorum tunc adhibetur plena fides, cum agitur incidenter de matrimonio ad effectum legitimitatis prolis.

Digitized by Google

117 Non sufficit praesentia alicujus Parochi, si non sit proprius unius aut amborum contrahentium, etiam in articulo mortis.

118 Matrimonium celebratum sine praesentia proprii Parochi, vel cum alio essentiali defectu, vim nec etiam habet sponsalium de futuro, etiamsi in figura matrimonii copula accesserit *et num. seqq.*

119 Et filii inde nati sunt illegitimi.

122 Validum est matrimonium etiamsi testes fuerint censuris obstricti, vel infideles.

123 Episcopus prohibere nequit ne Parochi jungant in matrimonium suos parochianos a se bene cognitos, et, praemissis denunciationibus, de nullo canonico impedimento accusatos,

124 Exceptis casibus particularibus, in quibus, ex justa causa, id est ei prohibere permissum.

125 In aliquibus Episcopatibus nonnisi cum licentia Ordinarii matrimonia contrahuntur.

126 Nec conceditur nisi probato prius statu libero, etiamsi contrahentes dioecesani sint, imo parochiani ejusdem Parochi.

127 Haec licentia ubique requiritur si alter ex contrahentibus vel ambo sint alienigenae, ignoti, exteri, et vagi.

128 Nullatenus concedenda nisi probato prius statu libero per documenta provenientia a loco originis, vel ab aliis locis ubi commorati fuerint.

129 Ultra hanc licentiam, quaenam attestatio necessaria sit tam pro dioecesanis qui in aetate nubili per sex menses continuos a dioecesi abfuerunt, quam pro extradioecesanis?

130 Nec non pro illis qui per decennium et ultra domicilium acquisiverunt in loco ubi matrimonium contrahere volunt, quamvis ibi non desint testes qui de eorum statu libero deponere valeant?

131 Et pariter pro advenis, quarum uxor seu maritus obiit in loco ubi superstes iterum vult alias nuptias contrahere?

132 Et demum pro militibus alienae nationis residentibus in locis ubi matrimonium contrahere volunt?

133 Si secus tamen factum fuerit, matrimonium est validum, sed Parochus et contrahentes acriter sunt puniendi.

134 Praemissis necessariis justificationibus, vir exterus contrahere potest matrimonium coram Parocho loci ubi eo tempore reperitur, excluso quoque Parocho mulieris.

135 Parochus exteri est Parochus loci ubi tunc ipse reperitur.

136 Extradioecesani qui ante nubilem aetatem a loco originis vel domicilii discesserunt, pro eo tempore cum attestatione horum Ordinariorum statum liberum probare non tenentur.

137 Sine illo conjungi quoque possunt nuptias inituri in articulo mortis, aut in alio casu praecisae necessitatis, sed deinde abstinere debent a copula, donec talis probatio habeatur.

Digitized by Google

138 Parochus unius parochiae conjungere nequit parochianum alterius Parochi ejusdem loci sine hujus attestatione de praehabitis denunciationibus.

SI PAROCHI, ET DUPLICIS DEFICIT PRÆSENTIA TESTIS.

Matrimoninm est clandesti-
num, et propterea nullum, et nulli-
ter illud contrahentes sunt perpetuo
separandi etiam *quoad vinculum*,
si uempe fuerit sine praesentia Pa-
1 rochi, duorumque testium cele-
bratum *Concil. Later. IV. Cap.* 51.,
Concil. Vernens. ann. 756. *Cap.* 15.,
Concil. Turonens. ann. 1448. *Cap.*
12., *Concil. Senonens. ann.* 1528. *de
morib. Cap.* 39., *Sac. Concil. Trid.
Cap.* 1. *sess.* 24. *de Reform. Matrim.*
Triplex enim est species clan-
2 destinitatis — *prima* quando co-
ram Parocho sine testibus, vel
sine sufficienti numero testium —
altera quando coram testibus sine
Parocho, vel sine Parocho et sine
testibus, masculus et foemina ma-
trimonium contrahere tentant —
3 *tertia* tandem quando testibus Pa-
rochoque praesentibus, sed omissis
culpabiliter in ecclesia denuncia-
4 tionibus, illud per verba de prae-
senti contrahitur; quae clandesti-
nitatis species in eo differunt,
quod prima tantnm et secuuda,
non autem tertia, matrimonii cau-
5 sant nullitatem *Monacell. in For-
mular. tom.* 2. *tit.* 16. *annotat. ad
formul.* 2. *num.* 27., cujus ultimae
speciei est etiam matrimonium a
filiis, insciis vel invitis parentibus,
initum, quod pariter clandestinum 6
nuncupatur *Gonzalez in Cap. Tua
num.* 11. *prope fin. de Desponsat.
impuber.* = ibi = *Cum inter alias
solemnitates consensus parentum
exigatur, non immerito aliter con-
tractum matrimonium clandesti-
num appellabitur, atque ideo inter
clandestina matrimonia illud re-
censet Tridentinum Sess.* 24. *De
Reformat. Matrim. Cap.* 1. =
Nullum ergo semper erit ma-
trimonium clandestinum *primae* et
secundae speciei, eruntque perpe-
tuo, etiam quoad vinculum, se-
parandi conjuges qui illud cum
praedicta clandestinitate contraxe-
rint, hoc est neque Parocho ne-
que testibus praesentibus, vel cum
praesentia Parochi, sed sine prae-
sentia aut sufficienti numero te-
stium *Rot. decis.* 21. *num.* 34. *part.* 7
9. *tom.* 1., *et decis.* 375. *num.* 2.
par. 11., *et dec.* 433. *num.* 1. *part.*
14. *recent.*, exceptis tamen matri-
moniis inter catholicos celebratis,
ubi *Tridentinum* publicatum non
fuit *Rot. decis.* 610. *num.* 5. *par.* 8
4. *tom.* 1., *et decis.* 189. *num.* 9.
par. 8, *et dec.* 86. *n.* 40. *par.* 12.
recent., *Rub. in annot. ad Rot. dec.*
431. *num.* 56. *et seqq. par.* 4.
tom. 2. *recent.*, vel celebratis in
terris ubi *Tridentinum* est pu-
blicatum sed sub dominio tempo-
rali Haereticorum existentibus, ut
in Hollandia; quibus in locis si
nullus catholicus reperiatur Paro-
chus, aut nullus alius catholicus
sacerdos qui Parochi vices suppleat,
vel si absque gravi periculo adiri

Digitized by Google

aut vocari non possit, (siquidem *Sac. Concilii Tridentini* dispositio ad ea loca, ubi non sunt Parochi, nec Vicarii, nec Episcopi nequaquam extenditur) matrimonium ex ecclesiae dispensatione est validum, quatenus, si sit ibi *Tridentinum* publicatum, saltem duorum testium praesentia non desit, ut declarasse *Sacram Congregationem Concilii* testatur *Bellarmin. in Epist. ad Octavium Tricar. Episc.*—si vero *Tridentinum* ibi publicatum non fuerit, sufficit quod contrahatur juxta dispositionem juris antiqui, cujus vigore satis erat solus con-
9 sensus contrahentium verbis expressus sine Parochi et testium praesentia, ut advertit *Rub. et Rot. loc. mox. cit., et dec.* 430. *num.* 79. *par.* 5. *tom.* 2., *et dec.* 317. *num.* 4. *par.* 12. *recen., Sacr. Congregat. Concil. in Rossanen.* 14. *Aprilis* 1611. *et in Carpentoraten.* 17.
10 *Junii* 1717; nec illud ibi Episcopus invalidare potest *eadem Sacr. Congregat. in Russiae* 18. *Novembris et* 2 *Decembris* 1628., sed si eo extranei, data opera, proficiscantur, ut sine Parochi et testium praesentia matrimonium ineant,
11 illud irritum est et invalidum *Sac. Congregat Concil. in Colonien.* 5. *Septembris* 1626. *et in Antuerpien.* 9. *Decembr.* 1628.

Ubi vero *Tridentini* dispositio est servanda, non quilibet Parochus cuicumque matrimonio assistere potest, sed debet esse Parochus pro-
12 prius contrahentium *Ritual. Roman. de Sacram. Matrim.* §. *Est autem, Concil. Colonien. n. ann.* 1549. *cap.* 32., *Concil. Mediolanen. v. cap.* 16., *Sac. Concil. Tridentin. loc. cit., Rot. decis.* 433. *num.* 13. *et decis.* 498. *num.* 16. *part.* 14. *et decis.* 305. *n.* 19. *par.* 15. *rec., S. Congr. Concil. anno* 1573. *lib.* 1. *Decretor. pag.* 125. *a tergo* = ibi = *Cum Concilium Tridentinum inter caetera praecipiat matrimonia esse contrahenda praesente parocho vel alio sacerdote de ipsius Parochi sive Ordinarii licentia, quaeritur quid, si contrahentes sint diversarum parochiarum, utriusque Parochi praesentia requiratur, sponsi ne an sponsae, an vero utriusque, an saltem alterius Parochi consensus accedere debeat—Sacra Congregatio etc. censuit ad validitatem matrimonii sufficere praesentiam solius Parochi proprii sponsae, quando matrimonium in parochia sponsae contrahitur, similiter sufficere, praesentiam solius Parochi sponsi, si matrimonium contrahatur in parochia ipsius sponsi* =; sub cujus proprii Parochi nomine
non solum veniunt ipsimet Parochi, 13
sed etiam Papa in toto Orbe—Legati a latere et Nuncii in suis provinciis (olim quoque Cardinales in suis Titulis, sed non hodie quia territorium separatum amplius non habent cum clero et populo, ut prius habuisse ex quadam Joann. viii. *Constit.* relata *a Baron. ad ann.* 882. advertunt censores *Biblioth. Ferrar. verb. Cardinales art.* 3. *post num.* 20.)—Episcopi et Vicarii Generales in suis Dioecesibus—Archiepiscopi tam in sua archidioecesi quam actu visitantes Suffraganeorum dioeceses, vel

Digitized by Google

si ab eos deferatur appellatio contra Suffraganeum aliquod matrimonium impedientem — Vicarius Capitularis in Sede vacante — Vicarius Apostolicus — Abbates ecclesiarum nulli Episcopo subjectarum — omnesque alii *Sacerdotes tamen* sive seculares sive regulares a praedictis respective ad hunc actum spe-
14 cialiter delegati, ut promiscue tradunt *Perez de Matrim. disput.* 41. *sect.* 1. *num.* 1. *et seqq.*, *Barbos. sup. Concil. Tridentin. sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1. *num.* 112. *et seqq. et de offic. et potest. Episc. lib.* 2. *alleg.* 32., *Rot. decis.* 166. *num.* 8. *et* 9. *par.* 1. *et decis.* 190. *num.* 31. *et seqq.*, *par.* 9. *tom.* 1. *et decis.* 312. *num.* 13. *par.* 13. *et decis.* 433. *num.* 1. *et seqq. par.* 14. *et dec.* 490. *num.* 1. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*, *Sac. Congregat. Concil.* 4. *Julii* 1602.; sive delegati per Ordinarium aut per Parochus contrahentium, *Rota in Compostellana* 2. *Maii* 1755. §. *Absoluta cor. Canilliac*, et in ejus confirmatoria *diei* 30. *Aprilis* 1756. §. *Hactenus coram Eodem*, et in altera pariter confirmatoria *diei* 10. *Januarii* 1757. §. *Sit vindicata cor. Eod.*, et in altera confirmatoria praecedentium *in Compostellana Filiationis et Matrimonii* 27. *Novembris* 1758. §. *Completissime coram Card. Bussio*;
15 sive de mandato alterutrius eorum *Concil. Tridentin. dicta sess.* 24. *loc. cit*, *Concil. Avenionen. ann.* 1594. *cap.* 20.; sive per Vice-Curatos tam praesentibus quam absentibus Parochis, utpote destinatos ad universitatem causarum *Perez de Matrim. disput.* 40. *sect.* 6. *num.* 5., — sed si proprius Parochus hanc delegationem impugnet, onus est sacerdotis asserti delegati vel con- 16
trahentium probare illam intervenisse, nam asserenti matrimonium valide fuisse contractum probandi onus incumbit *Mascard. de probat. conclus.* 1021. *num.* 3.

In delegatione tamen seu licentia ab Episcopo seu a Parocho alicui sacerdoti ad praedictum effectum concedenda *Concilium Tridentinum* non requirit ut nomina contrahentium specificentur, sed sufficit simplex licentia in genere assistendi matrimoniis, seu etiam licentia generalis ad exercenda jura 17
parochialia *Rot. dec.* 433. *n.* 7. 8. 9. *et* 11. *par.* 14. *recen.*, dummodo sit expressa, non vero tacita ex 18
permissione vel ex conniventia *Sac. Congregat. Concil.* apud *Gonzalez ad Reg.* 8. *Cancellar. Gloss.* 47. *n.* 52.

Censetur etiam eadem licentia ab Ordinario concessa ex generali facultate alicui sacerdoti data quoad omnia sacramenta *Perez de Matrim. disput.* 4. *sect.* 1. *num.* 8., *Rot. dec.* 431. *num.* 5. *par.* 4. *tom.* 2. *recen.* donec Parochus esset infirmus et ad ecclesiam non accederet, non obstante quod, etiam infirmitate durante, Missam cele- 19
braturus ad ecclesiam se conferat, aut in eodem Parocho orta sit imbecillitas, quae non differt ab ipsa infirmitate, si sit ex morbo praecedente causata, dummodo tam 20
imbecillitas aut aliud quodlibet impedimentum, ut excuset, sit tale per quod in Parocho potentia exer-

Digitized by Google

21 cendi curam excludatur *Rot. decis.*
625. *num.* 6. 9. *et seqq. et num.*
22. *et* 23. *par.* 4. *tom.* 3. *rec.*

Advertendum tamen est quod
nullum est matrimonium contra-
ctum coram sacerdote antequam
sciat licentiam ab ipso petitam sibi
fuisse concessam, licet vere concessa
fuerit, vel quamvis alius illam pro
eo petierit et obtinuerit, ipse ta-
men fuisse obtentam ignoret *Pont.*
de Matrim. lib. 5. *cap.* 29. *n.* 8.,
Koninch. disput. 27. *dub.* 3. *num.*
32.—prout nullum est si licentia
per vim fuerit extorta, quia tunc
nulla concurrit concedentis volun-
tas, ut post *Text. in Cap. Sacris*
5. *De his, quae vi metusv. caus.*
inquit *Voet. in Commentar. ad*
Pandect. lib. 4. *tit.* 2. *numer.* 1.;
secus si licentia concessa fuerit per
metum, quia tunc voluntas con-
cedentis non deficit.

Item notandum quod si ex
apostolica dispensatione demanda-
tum fuerit ut matrimonium coram
Parocho seu alio sacerdote et te-
stibus contrahatur, non censetur
adempta facultas Episcopo si velit
eidem interessendi, ideoque, si tunc
coram Episcopo et testibus celebre-
22 tur, est utique validum *Rot. dec.*
233. *num.* 24. *par.* 10. *recen.* Que-
madmodum validum est si so-
lemnia matrimonii peragente aliquo
sacerdote, Parochi praesentia etiam
23 fortuita et casualis interveniat *Rot.*
dec. 301. *num.* 7. *par.* 11. *recent.*

Validum quoque est matrimo-
nium si contrahatur extra eccle-
siam, quia ad validitatem requiri-
24 tur dumtaxat praesentia testium,
et Parochi, vel alterius sacerdotis
de ejusdem Parochi vel Ordinarii 25
licentia deputati. — Quamvis enim
matrimonia de honestate in pro-
pria parochiali ecclesia sint contra-
henda, sustinentur tamen ubicum-
que contrahantur, dummodo testium
et Parochi praesentia non desit *Rot.* 26
dec. 390. *num.* 6. *par.* 2. *et dec.*
380. *num.* 33. 34. 35. *par.* 5. *tom.*
1. *et dec.* 190. *n.* 31. *et seqq. par.*
9. *tom.* 1. *recent.*; et propterea po-
test Parochus cuicumque sacerdoti
concedere licentiam ut conjungat
in matrimonium suos parochianos
etiam extra propriam parochiam
Rot. dec. 433. *num.* 2. *et* 3. *par.* 27
14. *recen.*, ejus enim praesentia
seu alterius sacerdotis specialiter
deputati requiritur ad tollendam
clandestinitatem et ad auctoritatem
matrimonio praestandam, quae ex- 28
tra quoque parochiam et parochia- 29
lem ecclesiam praestari potest, ut
cum *Sanch.*, *Garz.*, *Barbos.*, *Guti-* 30
errez., *Themud. decis.* 141. *par.*
2. advertit *Raynald. observat. crim.*
in supplement. ad cap. 22. *supplet.*
3. *n.* 11. *et seqq.*

Parochus proprius contrahen-
tium non solum est Parochus, in
cujus parochia ipsi nati sunt et
baptizati, sed etiam Parochus do-
micilii, ejus nempe loci ubi deinde
suam fixerint habitationem, qui
non tamen quoad contrahendum
valide matrimonium simultaneo
proprii sunt Parochi, sed si con-
trahentes nuptiarum tempore non
in loco ubi nati sunt commoren-
tur, sed alibi domicilium acqui-
sierint, eorum proprius Parochus
non est Parochus originis sed do-
micilii *Sanch. de Matrim. lib.* 3.

Digitized by Google

disput. 23. *num.* 7., *Perez de Ma-*
trim. disput. 40. *sect.* 2. *num.* 1.,
Pont. eodem tract. lib. 5. *cap.* 13.
§. 1. *num.* 2., *Salmaticens. Theo-*
log. Moral. tom. 2. *tract.* 9. *de*
Matrim. cap. 8. *punct.* 3. *num.* 25.,
Barbos. de Paroch. cap. 21. *sub*
num. 10. *lib.* 2., *Schmalzgrueber*
ad lib. 4. *Decretal. tit.* 3. *de clan-*
destina desponsatione §. 3. *num.*
144., *S. Cong. Concil. in Mutinen.*
Matrimonii 18. *Novemb.* 1702. *lib.*
52. *Decr. p.* 403.

Et si duo habeant domicilia,
matrimonium, coram alterutro do-
miciliorum Parocho et testibus
31 celebratum, est pariter validum *Ro-*
signol. de Matrim. par. 1. *tom.* 6.
contract. 5. *praenot.* 24. *num.* 3.
et 4., *Card. de Lugo respons. mo-*
ral. lib. 1. *dub.* 37. *num.* 3. *et seqq.*,
Leander Oper. Moral. tom. 1. *tract.*
9. *disput.* 7. *quaest.* 18. *et* 19.,
Clericat. decis. 15. *num.* 19., *Bar-*
bos. sup. Concil. Trident. cap. 1.
sess. 24. *de reformat. Matrim. n.*
15.; modo tamen in utraque paro-
chia aequaliter habitaverint aequa-
litate morali ut praecitati *Docto-*
res advertunt et comprobat *Text.*
in Cap. 2. *De sepultur. in* 6. iis
verbis = *Cum ab* eo *qui duo ha-*
bet domicilia se collocans aequa-
liter in utroque = nec non in *leg.*
Assumptio §. *Viris prudentibus. ff.*
Ad municip. = ibi = *Viris pru-*
dentibus placuit duobus locis posse
aliquem habere domicilium, si
utrobique ita se instruxit, ut
non ideo minus apud alteros se col-
locasse videatur =

Proprius item Parochus est et
matrimonium coram ipso contra-
ctum est validum si contrahentes
a loco originis, vel domicilii disce-
dentes in ejus parochia caeperint
habitare ad evitanda impedimenta,
quae injuste eorum parentes, sive
consanguinei, aut alii etiam extra-
nei de facili matrimonio sint prae- 32
bituri, licet propria sua bona ex
aliqua causa ad eam non asporta-
verint *Federic. de Sen. cons.* 254., 33
Fagnan. in Cap. Significavit 5.
num. 36. *et seqq. De Parochiis*,
dummodo tamen animum habue-
rint contrahendi in ea parochia
domicilium *Rot. decis.* 629. *num.*
11. 12. 13. *et* 22. *par.* 4. *tom.* 3.
et decis. 60. *num.* 16. *et* 17. *par.*
15. *recentior.* ibique quasi domici-
lium acquisierint, si aliquo nempe
tempore ante matrimonium in ea-
dem parochia animo permanendi
habitaverint, ut explicat *Clericat.*
decis. 35. *num.* 18., seu alter ex
contrahentibus antequam e loco et
parochia suae antiquae habitationis
cum altero ad evitanda praedicta
impedimenta discedat, expresse de-
claret se eligere in alio loco et
aliena parochia novum domicilium,
praesertim si ibi aliquis ejus pro-
pinquus, seu tutor et curator com-
moretur juxta casum decisum a
Sac. Congregat. Concil. in Caese-
naten., *seu Forolivien. Matrimo-*
nii 20. *Februar.* 1723.

Secus autem si contrahentes
in aliena parochia noviter et stu-
diose in fraudem *Tridentini* no-
vam domum conduxerint, ibique
novo domicilio vel quasi domicilio 34
non acquisito matrimonium inie-
rint, quia tunc matrimonium esset
invalidum, ut probant auctores

Digitized by Google

relati per *Clericat. in praecit decis.* 35. *num.* 18., *Rot. decis.* 498. *num.* 17. *et* 18. *par.* 14. *et decis.* 305. *num.* 20. *et seqq. par.* 15. *recen.*— et declaravit *S. Congr. Concil.* in *Romana* 22. *Februarii* 1631. *lib.* 14. *Decr. pag.* 390. *a tergo* = ibi = *Sacra etc. censuit dandam esse declarationem in abstracto in forma sequenti :—Vir et Mulier a loco suae habitationis absque animo illam relinquendi discedentes, et ad locum alterius parochiae solo animo illic matrimonium celebrandi non autem domicilium contrahendi se transferentes, ibi coram Parocho illius loci matrimonium inter se contraxerunt. Supplicatur per Sacram Congregationem declarari an hujusmodi matrimonium sit nullum vel validum.— Die* 22 *Februarii* 1631. *Sacra etc., secundum ea, quae proponuntur, censuit esse nullum* =.

Et pariter in altera *Lauretana*, cum expositum fuisset quod Antonius Civis Lauretanus captus amore Annae Margaritae modo ad urbem Maceratensem modo ad Montem Sanctum perrexisset, cumque paucis diebus in illis versatus fuisset, spatio tandem duorum mensium una cum eadem Anna Margarita habitaverat in loco Montis Casarii, a quo, post Parochi admonitiones de contrahendo cum ipsa matrimonium, praevisa difficultate de probando statu libero, discesserat et, una cum duobus testibus, accesserat ad terram Montis Luponi et coram Parocho illius loci Doctrinam Christianam pueros edocente, matrimonium ex improvviso contraxerat, statimque reversus fuerat ad terram Montis Casarii—proposito proinde dubio: *An matrimonium sit nullum in casu?*—sub *die* 13. *Julii* 1625. *Sacra Congregatio* respondit = *Affirmative* =

Aliaeque resolutiones ejusdem *Sacrae Congregationis* circa matrimonia contracta in *Tridentini* fraudem, (quae est concludenter probanda saltem per perspicuas praesumptiones et conjecturas *Rot. decis.* 35
629. *numer.* 18. 20. 21. *par.* 4. *tom.* 3. *recent.*) confirmatae fuerunt a Urbano viii. in vim *Brevis diei* 14. *Augusti* 1627. relati a *Card. de Lugo respons. moral. lib.* 1. *dub.* 36. *num.* 4., *et a Patre la Croix lib.* 6. *par.* 3. *de Matrim. sub num.* 710., quae resolutiones sunt sequentes videlicet = i. *An incolae tam masculi quam foeminae loci in quo Concilium Tridentinum in puncto matrimonii est promulgatum, transeuntes per locum in quo dictum Concilium non est promulgatum, retinentes idem domicilium, valide possint in isto loco matrimonium sine Parocho et testibus contrahere.* ii. *Quid si eo praedicti incolae tam masculi quam foeminae solo animo sine Parocho et testibus contrahendi se transferant habitationem non mutantes.* iii. *Quid si iidem incolae tam masculi quam foeminae eo transferant habitationem illo solo animo, ut absque Parocho et testibus contrahant. — Iidem Cardinales ad* i. *et* ii. *non esse legitimum matrimonium inter sic se transferentes ac transeuntes cum fraude ; ad* iii. *vero dubiorum hujusmodi si do-*

Digitized by Google

micilium vere transferatur, matrimonium esse validum responderunt et resolverunt = in quo tertio casu ideo matrimonium declaratum fuit validum, quia licet in eo quoque intervenerit fraus, adhuc cum fraude erat domicilium quoque conjunctum.

Nulla quoque cadit dubitatio super validitate matrimonii contracti coram Parocho loci a quo alter ex sponsis, nisi in spretum
36 praecepti poenalis sui superioris, discedere poterat *Sac. Congregat. Concil.* 26. *Junii* 1621. et recentius *in Caesenaten., seu Forolivien. Matrimonii* 20. *Februarii* 1723.

Seu contracti a puella Educanda in ecclesia, sive ad crates monasterii coram Parocho loci, ubi
37 idem situm est monasterium *Sac. Congregat. Concil. in Turritan.* 19. *Decembris* 1648., modo tamen non habeat alibi domicilium, tunc enim, solitis praemissis denunciationibus tam in parochia domicilii quam in parochia monasterii, matrimonium est ab ea contrahendum vel coram Parocho sponsi *ex juribus jam adductis*, vel coram Parocho domicilii sive paterni sive materni sive fraterni *Clericat. dicta decis.* 35. *de Matrimonio n.* 15. *et seqq., Giribald. de Sacrament. tract.* 10. *de Matrimon. cap.* 7. *dub.* 7. *num.* 56. *et* 57. ad quod conferunt etiam ea quae habentur in *Statuto Cleri Romani cap.* 3. *tit. de jure eligendi sepulturam atque funerandi* §. 9. in quo praescribitur quod si aliquis Seminarista moriatur in seminario, seu collegio, ejus funus spectet ad Parochum domicilii, ad Parochum vero loci ubi situm est seminarium seu collegium si defunctus sit exterus, et propterea domicilio careat in urbe; cumque huic statuto nonnullae additae fuerint annotationes examinatae per Congregationem particularem a Clemente xi. deputatam et ab ea *sub die* 11. *Januarii* 1702. cum ejusdem quoque Summi Pontificis *vivae vocis* oraculo approbatae, ea inter illas habetur quod, id quod statutum est pro seminaristis et convictoribus circa eorum funus, locum habere debeat etiam pro monasteriorum educandis *non solum in funeralibus sed etiam in contrahendo matrimonio etc. Publicationes autem matrimoniales fiant tam in parochia domicilii, quam collegii, monasterii, aut conservatorii in quo commorantur.* De matrimonio autem harum puellarum, quoad illarum proprium Parochum, omnis controversia regulariter cessat, quia servanda est *Epistola* per *Sacram Congregationem Episc. et Regular.* scripta Archiepiscopo Bononiensi *sub die* 8. *Octobris* 1723. hujus tenoris = *È stato rappresentato in Sacra Congregazione a nome delle Monache dei monasterj di codesta città, esser nati in essi gravissimi abusi contro la disciplina regolare, e quiete dei medesimi a causa delle Educande fattevi ritenere da' proprj consanguinei dopo promesse e destinate in ispose. Questi Eminentissimi miei Signori, inerendo a Decreti Generali e ad altri ciò*

Digitized by Google

proibenti emanati più volte da detta Sac. Congregazione, e specialmente de' 13. Gennaro 1634., e Cosenza 9. Novembre 1635. ed in altri tempi, m'hanno imposto di scrivere alla Eminenza Vostra che tutte quelle Zittelle, quali averanno contratti i sponsali o fatta promessa di matrimonio, si compiaccia d'ordinare, anche colle facoltà di essa Sac. Congregazione, che vengano subito e con effetto fatte uscire da qualunque monastero ancorchè esente, e rimandate alle loro case —; ultra alia decreta ejusdem *Sac. Congregationis* relata per *Nicol. in Floscul verb. Educandae num.* 14. *et* 17. videlicet in *Pistorien: Volaterrana, Callien. et Caesenaten.*

Minus dubitatur de validitate matrimonii a Praetore, Medico, Chyrurgo, Ludi-Magistro, Judice, Scolaribus et Famulis contracti coram Parocho loci, ubi ipsi respe-
38 ctivum suum officium, seu studium,
aut famulatum exercent, modo eorum in eo loco permanentia non sit momentanea, sed alicujus temporis, quo, si non verum, saltem quasi domicilium acquirere potuerint *De Justis de dispensat. Matrimonial. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 55. *Schmalzgrueber lib.* 4. *Decretal. tit. de Clandestina desponsat. n.* 149., *Pirhing. ibid.* § 3. *num.* 19., *Engel. ad eundem titulum num.* 12., *Reiffenstuel ibid.* § 2. *num.* 71., *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 23. *num.* 13. *et seq., Salmaticens. Theol. Moral. tom.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. cap.* 9. *punct.* 3. *a num.* 28., *Barbos. sup. Concil. Tridentin. sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1. *num.* 10., *et in Summ. Apostolic. decis. verb. Matrimonium num.* 10., *et in Collectanea Bullar. verb. Matrimonium vers. Matrimonium contractum coram Parocho illius loci, ubi contrahens moratur, et de offic. et potest. Paroch. cap.* 21. *num.* 38., *La Croix de Matrim. lib.* 6. *par.* 3. *num.* 721., *Clericat. dicta decis.* 35. *num.* 17., *Sac. Congregat. Concil.* apud *Barbos. ubi supra* et penes *Garz. de Benefic. par.* 5. *cap.* 7. *n.* 11. *in fin.*

Secus autem si matrimonium contractum fuerit coram Parocho loci, quo quis profectus fuerit rurandi et recreationis gratia, vel ob aliam causam absque animo ibidem acquirendi domicilium nisi alter contraheus ibi domicilium habeat,
licet enim *Pont. de Matrim. di-* 39
sput. 40. *sect.* 2. *num.* 1., *et Leander Oper. Moral. tom.* 1. *tract.* 9. *disput.* 7. *de consensu clandestino quaest.* 20. opinentur quod proprius Parochus sit etiam Parochus ruralis, quodque hic fuerit sensus *Sacrae Congregationis Concilii* contrario sensui *Sac. Rotae Romanae* praeferendus, in hoc tamen decipiuntur — tum quia communis est opinio quod in his terminis Parochus ruralis non sit pro matrimonio Parochus proprius *Sporer. Theol. Moral. par.* 4. *cap.* 1. *sect.* 4. *de Matrim.* § 4. *num.* 360., *Barbos. super Concil. Tridentin. cap.* 1. *sess.* 24. *de reformat. Matrim. num.* 16., *Schmalzgrueber lib.* 4. *Decretal. tit.* 3. *de clandestina desponsat.* § 3. *num.* 148., *Clericat. de Sacrament. Matrim. decis.* 35.

Digitized by Google

num. 14. — tum quia *Sacram Congregationem Concilii* hanc potius tenuisse sententiam testatur *Garz. de Benefic. par.* 5. *dicto cap.* 7. *num.* 11. *in fin.* referens quod propositis pluribus dubiis, inter quae IV. *An valeat matrimonium contractum coram Parocho illius loci ubi contrahentes reperiuntur, non animo ibi domicilium constituendi, sed recreationis causa.* V. *Et quid si contrahens ibi moretur tamquam Praetor, Judex, seu Medicus temporalis* — eadem *Sac. Congregatio* respondit *ad IV. non valere ad V. valere*, quod et confirmavit in sequentibus resolutionibus, nimirum = *Sacra etc., inhaerendo declarationibus alias factis, respondit, Parochum ruralem non esse proprium et verum Parochum quando rus itur causa recreationis vel pro rusticanis negotiis, ideoque matrimonium valide coram hujusmodi Parocho celebrari non posse. Partibus tamen dentur declarationes antiquae scilicet.* =

In una Florentina — Sacra etc. censuit quod Parochus ruralis non est verus Parochus, quando rus itur causa recreationis, vel pro rusticanis negotiis.

In Florentina similiter respondit Parochum ruralem non esse proprium Parochum, ideoque matrimonium coram eo celebratum fuisse nullum.

In una Abulen. — Sacra etc. censuit non valere matrimonium contractum coram Parocho loci ubi contrahentes reperiuntur non animo ibi domicilium contrahendi. Die 1. *Decembris* 1640. *lib.* 16. *Decretor. pag.* 470. *a tergo et pag.* 471.

De validitate matrimonii non est pariter ambigendum si contractum fuerit coram proprio Parocho conservatorii, hospitalis et loci ubi sponsa, tamquam in convictu, seu ut exposita vulgo *bastarda* moratur, nam (retenta tamen distinctione quoad puellas legitimas inter Parochum domicilii et Parochum loci, ubi situm est conservatorium, vel hospitale, seu monasterium, de qua *supra sub num.* 37.) coram praedicto Parocho matrimonium ab ea celebrari potest, non autem coram cappellano, seu confessario ejusdem conservatorii vel hospitalis ut declaravit *Sac. Congregat. Concil. in Eugubina* 22. *Aprilis* 1651. *lib.* 19. *Decretor. pag.* 124. *a tergo*, in qua exhibitis his sibi precibus = *Gubernatores hospitalis expositorum civitatis Eugubinae asserentes sacerdotem ibi in confessarium deputatum cum approbatione Episcopi hucusque puellis expositis administrasse matrimonia, praeviis denunciationibus in ecclesiae ipsius hospitalis, supplicant pro declaratione, hujusmodi matrimonia coram eodem sacerdote celebranda esse et non coram rectore ecclesiae parochialis, intra cujus limites dictum hospitale existit* = ita rescripsit = *Sacra etc. censuit matrimonia dictarum puellarum esse celebranda coram proprio Parocho, non autem coram dicto cappellano hospitalis* =; nisi cappellanus, aut confessarius habeat ab Ordinario, vel a Parocho facultatem assistendi

Digitized by Google

similibus matrimoniis, aut ipsemet
40 ipsius loci sit Parochus *Sac. Congregat. Concil. in Svessan.* 7. *Septembris* 1697. cum aliis apud *Pignatell. consult.* 396. *tom.* 1. — Idem dicendum si agatur non de conservatoriis seu hospitalibus, in quibus reperiuntur moniales et puellae in educationem recipiuntur, circa quarum matrimonia servanda est, ut dixi, praedicta distintio, de qua supra *num.* 37., sed de conservatoriis, quae eriguntur tantummodo pro alendis ac etiam; adveniente casu matrimonii carnalis vel spiritualis, dotandis puellis pauperibus, quia istae paternum domicilium deseruisse videntur, illudque in idem transtulisse conservatorium, idcirco coram Parocho loci, ubi situm est conservatorium, earum matrimonia sunt celebranda.

Nullum autem est matrimonium initum coram Cappellano exercitus inter ipsos milites et mulieres agmina militaria sequentes sine facultate Sedis Apostolicae vel Epi-
41 scopi *Sac. Congregat. Concil.* 6. *Martii* 1694., quae ab eadem Apostolica Sede concedi non solet, nisi
42 pro tempore quo milites permanent in stationibus et praesidiis *Sac. Congregat. Concil.* 28. *Septembr.* 1690. —

Vel contractum fuerit coram Parocho carceris ab eo qui ibi detinebatur accidentaliter ad correctionem seu ad custodiam — secus autem si carceratus fuerit ad carcerem in poenam per aliquod tempus determinatum, vel ad vitam, condemnatus, illius enim proprius Parochus est Parochus loci, ubi proprium habet domicilium; et consequenter ejus proprius Parochus est Parochus carceris, quia carceratus ibi domicilium per dictum tempus determinatum vel perpetuum acquirit, ut resolvit *Sac. Congregat. Concil. in Farfen. Matrimonii* 26. *Martii* 1707. quae resolutio relata fuit inter *Cleri Romani Statuta capit.* 3. *de jure eligendi sepulturam* § 9. *in Addit. vers. Carceribus pag.* 15., et de ea mentionem faciunt *De Justis de Dispensat. Matrimonial. in Annot. num.* 15., *Monacell. in formular. tom.* 4. *in supplement. ad tom.* 1. *tit.* 8. *formul.* 10. *num.* 170. *pag. Mihi* 16., *Ursaya discept. Eccles. tom.* 2. *par.* 1. *discept.* 10. *num.* 33. *et seqq.*, et sancivit *Text. in leg. Filii* 22. § 3. *ff. Ad Municipal.* = ibi = *Relegatus in eo loco, in quem relegatus est, interim necessarium domicilium habet* = Sicuti validum fuisse matrimonium contractum a muliere post quartum habitationis mensem coram Parocho oppidi, ad quod a civitate, in qua habitabat, jussu principis secularis ad submovenda scandala se conferre coacta fuerat sub praecepto non discedendi donec aliter statutum fuisset, aliis relatis dicit *Barbos. super Concil. Trident. sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 1. *n.* 12. =

Nec validum pariter esse desinit matrimonium sive accidentaliter sive data opera Parochus suam praesentiam exhibuerit aut 43
interfuerit invitus *Barbos. super Concil. Tridentin. sess.* 24. *cap.* 1. *num.* 84. *de reformat. Matrim.*, *Raynal. observat. crim. in supple-*

Digitized by Google

ment. ad cap. 22. *supplet.* 3. *num.*
11. *et ad cap.* 23., *supplet.* 5. *num.*
6. *et* 7., *Rot. decis.* 431. *num.* 1.
et seqq., par. 4 *tom.* 2. *recen.*, ibi-
que *Rub. in annot. num.* 14. *et*
seqq., Sac. Congregat. Concil. apud
Barbos. in Summ. Apostolic. decis.
collect. 554. *num.* 6., et apud *Gon-*
zalez ad reg. 8., *Cancell. gloss.* 48.
num. 7.; sive scienter interfuerit
aut scienter matrimonium non pro-
44 hibuerit *Sanch. de Matrim. lib.* 3.
disput. 48. *num.* 9. *et* 15., *Boss.*
de Matrim. cap. 8. *num.* 15.

Nec etiam de ejus validitate
est dubitandum, si fuerit celebra-
tum coram Parocho accidentaliter
transeunte cum ejus tamen intel-
45 lectus advertentia *Rub. in annot.*
ad dict. Rot. decis. 431. *num.*
22. *et seqq. par.* 4. *tom.* 2. *re-*
centior. —

46 Tum si Parochus nondum fue-
rit ad sacerdotium infra annum
promotus *Fagnan. in Cap. Quo-*
niam num. 26. *De Constit. S. Con-*
greg. Concil. in Abulen. 12. *Martii*
1593. apud *Barbos. in Summ. Apo-*
stolic. decis. verb. Matrimonium
num. 7. *et de offic. et potest. Pa-*
rochi cap. 21. *num.* 55., *et super*
Concil. Tridentin. sess. 24. *de re-*
format. Matrim. cap. 1. *num.* 90.
plurisque allegatis *n.* 97. — et pri-
ma tonsura tantum initiatus juxta
Decretum Sac. Congregationis Con-
cil. a Clemente viii. approbatum
et relatum a doctissimo *P. Girald.*
in Exposit. Jur. Pontific. etc. tom.
1. *sect.* 101. *vers. Imo ex praxi*
in fin. —

Tum si ejus provisio impugne-
tur et de ipsius validitate lis et
controversia agitetur, modo Paro-
chus in actuali possessione parochiae 47
reperiatur, ut resolvit *Sac. Con-*
gregat. Concil. in Ceneten. 31. *Ju-*
lii 1627. —

Tum si sit putativus, admi-
nistratione interdictus, suspensus,
irregularis, schismaticus, modo non
fuerit declaratus et parochia pri-
vatus; si fornicator notorius, non
tamen in judicio condemnatus; exi-
stens in peccato mortali; prohibi-
tus ab Episcopo vel a Vicario Ge-
nerali ne aliquos matrimonio co-
njungat, ut pluribus citatis advert-
tit *Barbos. super Concil. Triden-*
tin. sess. 24. *de reformat. Matri-*
mon. cap. 1. *n.* 88. 92. *et seqq.* —
vel sit excommunicationis censura
ligatus, quia in hoc casu ejus 48
praesentia nil aliud, ut dixi, ope-
ratur quam auctorizare matrimo-
nii contractum et tollere ejus clan-
destinitatem *Sac. Congreg. Concil.*
3. *Martii* 1594.

Dummodo ergo Parochus sit
praesens una cum testibus et utriu-
sque contrahentis consensum tam
ipse quam testes intelligant, ma-
trimonium valet, sive Parochus
eosdem contrahentes interroget *Rot.*
decis. 197. *par.* 3. *recentior.*, sive
non sint ab illo interrogati *Rot.* 49
dec. 375. *num.* 7. *et* 8. *par.* 11. *et*
dec. 312. *num.* 10. *par.* 13. *rec.*,
et consensum non praestet, ejus
enim praesentia adhibetur non ad 50
habendum illius consensum, sed
ut per ipsius testimonium constet
ecclesiae de consensu conjugum et 51
de matrimonio coram eo celebrato
Rot. dec. 124. *num.* 17. *et* 18. *par.*
7. *et dicta dec.* 375. *num.* 9. *par.*

Digitized by Google

11. *recent.*, ad quem propterea ef-
fectum ex dispositione *Sac. Concil.*
Tridentin. sess. 24. *cap.* 1. *vers.*
Habet Parochus de reform. Ma-
52 *trim.* librum bene compactum re-
tinere debet, in quo per ipsum
matrimonia aduotentur *Rot. decis.*
117. *num.* 38. *par.* 12., *et dec.* 312.
num. 14. *par.* 13. *recentior.*, quam
adnotationem quoties facere negli-
53 git toties lethalem culpam incur-
rit *Rot. dec.* 233. *num.* 10. *par.*
10., *et decis.* 301. *n.* 4. *par.* 11. *rec.*
Si tamen praecedentes desinit
denunciationes, quia hujusmodi ma-
trimonia *de jure* sunt *Clandestina*,
non *primae*, neque *secundae*, sed
tertiae speciei, utpote astute atque
dolose sine praeviis denunciationi-
54 bus attentata *Sanch. de Matrim.*
lib. 3. *disput.* 1. *num.* 1. *et* 3., ideo
non solum contrahentes puuibiles
sunt poenis pecuniariis locis piis
55 applicandis aliisque arbitrio Ordi-
narii *Sac. Congregat. Concil.* 10.
Februarii 1629. *in respons. ad* 2.
4. *et* 5., verum etiam si Parochus
illis scienter intersit, semper pu-
niendus est poena indicta in *Cap.*
fin. § *Sane De Clandestin. despon-*
sat., suspensione videlicet ab officio
per triennium, aliisque gravioribus
56 arbitrio Episcopi, a qua suspensione
ab Episcopo deinde absolvi nequit
Benedict. XIV. de Synod. Dioeces.
lib. 12. *cap.* 6. *num.* 2. —
Secus autem si ex improviso
fuerit adortus, quo casu tamen
verba contrahentium non audire
aut nutus non videre omnino cu-
rabit, quia hujusmodi matrimonia
prohibere et impedire, quantum in
se est, omnino tenetur, claudendo
oculos, obturando aures, velando
faciem, arripiendo fugam, aliisque
modis ex quibus ejus praesentia 57
moralis deesse possit, qua deficien-
te et concurrente tantummodo prae-
sentia physica et materiali, atten-
tatum sacrilegum matrimonium suo
caret effectu, nullumque remanet,
ut solide probant *Gutierrez de Ma-* 58
trim. cap. 39. *num.* 8., *Spin. in*
Specul. testament. gloss. 15. *num.*
47. *et seq.*, *Ledesm. de Matrim.*
quaest. 45. *artic.* 5. *in* 1. *dub.* §
Quo posito col. 3., *Henriquez lib.*
1. *de Matrim. cap.* 3. *num.* 1. *et*
9., *Rot. in Granaten. Matrimonii*
1. *Aprilis* 1639. § *Et non poterat*
dubitari coram Card. Verosp. re-
lata inter *recen. dec.* 122. *num.* 4.
par. 8. = ibi = *Cum praesentia*
Parochi requisita a Concilio de-
beat esse non solum corporalis seu
physica, sed etiam moralis ut in-
telligat quid agatur a contrahen-
tibus =; et ex aliis juribus et fun-
damentis per me adductis in *Oper.*
de Sponsalib. Filiorumfam. Vot. 1.
num. 81. *et seqq.*, et fusius in *Ad-*
dit. 1. *a num.* 128. ubi quod si
non audit vel audire nolit verba
contrahentium, testimonium red-
dere nequit ecclesiae cum juramen-
to de mutuo eorumdem consensu
et de matrimonii contractu tam-
quam testis magnae auctoritatis,
minusque potest eorumdem con-
traentium verba, si dubia fue-
rint, declarare, quam declaratio-
nem ad illum et contrahentes per-
tinere respondit *Rot. decis.* 124. 59
num. 11. *par.* 7. *recent.*

Digitized by Google

Quamobrem propositis per *Episcopum Giennensem anno* 1581. nonnullis dubiis *Sacr. Congregat. Concilii*, ad IV. ita conceptum = *Si Sacerdos adfuerit* (matrimonio) *nihil tamen eorum quae agebantur vidit neque audivit, utrum tale matrimonium valide contrahatur, vel potius, tanquam sine Sacerdote, nullius sit ponderis et momenti?* = respondit = *Non valere si Sacerdos non intellexit, nisi tamen affectasset non intelligere* = ut videre est in *lib. Decret.* 3. *pag.* 59. *et seq.* — quae responsio convenit cum alia ejusdem *Congregationis* data *in Ulyxiponen.* 29. *Aprilis* 1593 ut in *lib.* 7. *Decret. pag.* 106. *a tergo* = ibi = *Sacra Congregatio censuit, si vera sint quae narrantur et Parochus affectaverit non intelligere, matrimonium valere.* — ergo valere non potuisset si intelligere non affectasset, sed vere non audivisset.

Non me tamen latet aliter sensisse *Rot. dec.* 625. *num.* 18. *par.* 4. *tom.* 3. *recentior.*, nec non egregium *matrimoniorum in Urbe Defensorem in annot. ad Vot.* 526. *Constantin. n.* 158. *et seqq. tom.* 4. qui tamen ibi sequitur opinionem *Benedicti XIV. in tract. de Synod. Dioeces. lib.* 13. *cap.* 23. *sub num.* 10. *vers. Neque porro*, ubi putat „ *nullam habendam esse rationem affectatae ignorantiae illius qui cum videre commode posset, ipse sibi voluntarium posuit impedimentum ne videret et audiret* „ ita ut si sic agens vere non viderit nec audiverit, adhuc matrimonium sit validum, cum *aequum non sit* ut sic ab *arbitrio factoque* Parochi 60
pendeat matrimonii libertas.

At nihilominus, salva semper mea erga hunc Summum Pontificem tantumque doctorem existimatione, quae opinionum discre- 61
pantia non corruit, sum in sensu quod si matrimonium est nullum, quoties alii duo seu tres testes verba contrahentium audire *nolint* et vere *non audiant*, sibique ponant impedimentum ne videre et audire possint, nihilque intersit, ut infra apparebit *num.* 105., quod quatenus ita se gerant *ab eorum arbitrio et facto pendeat matrimonii libertas*, licet illos ad hoc faciendum expresse Sacri Canones non adstringant.

Pari modo matrimonium nullum esse debeat si Parochus nec contrahentes *videre nec* eorum verba *audire velit et vere non audiat*, et, ne possit audire neque videre, opportunum adhibeat impedimentum, eoque magis quia si ipse ita se gerat, nullatenus censeo quod aliquo utatur contra matrimonii libertatem *arbitrio*, sed potius obligatione et necessitate ductus illi pareat *expresso* Sacrorum 62
Canonum *praecepto*, quod habetur in *d. Cap. final. De clandest. desponsat.* = ibi = *Sane si Parochialis Sacerdos tales conjunctiones* PROHIBERE *contempserit etc. per triennium ab officio suspendatur, gravius puniendus, si culpae qualitas postulaverit* =

Non ergo arbitratur, non agit *ex arbitrio* uti praedicti testes, sed legis *praecepto* paret et quan-

Digitized by Google

tum in se est *prohibere non con-*
temnit, quod ei prohibere sub prae-
cepto poenali a lege est injunctum
itaque se praebet dispositionis juris
executorem, jurisque observantiam
63 tuetur, dum non prohibet nec
impedit matrimonii libertatem *in*
genere, sed usum seu verius abu-
sum hujusmodi libertatis in specie,
hoc est in eo praeciso casu in quo
non per ipsum, sed per expressam
juris prohibitionem catholicis fuit
hoc illegitimo et clandestino modo
64 contrahendi libertas jam impedita
et adempta.

Praeterea quemadmodum etsi
quilibet catholicus in legitima aeta-
te constitutus libertatem habeat
accedendi ad sumendum Sanctis-
simum Eucharistiae Sacramentum,
nihilominus si notorie constet ali-
quem non esse dispositum, sed
actualem publicum peccatorem et
in peccato existentem, nedum Pa-
rochus sed quilibet sacerdos illum
impedire debet, ne hoc Sacramen-
tum in peccato recipiat, eumque
a Sacra Mensa debet arcere, alias
65 sacerdotes contrafacientes ei vindi-
ctae subjacent, quam *S. Joann.*
Chrysostom. in Homil. 60. commi-
natur = *Non parva vobis imminet*
ultio, si quemquam illius culpae
conscii hujus Mensae participem
esse concedatis: sanguis ejus de
manibus vestris exquiretur — sive
quis Dux Militiae sit, sive Prae-
fectus, sive Princeps diademate co-
ronatus, indigne autem accedat,
prohibe; majorem illo potestatem
habes = *Propterea vos Deus hoc in-*
signivit honore, ut talia discerna-
tis. Hoc vestra dignitas est, hoc
securitas, hoc omnis corona. = Ita
Parochus, cui se offerunt contra-
hentes non dispositi sed cum pec-
cato matrimonium inire tentantes,
non videtur excedere limites aequi-
tatis et justitiae si illis omnimode
impediat ne hoc magnum eccle-
siae Sacramentum cum notorio sa- 66
crilegio suscipiant.

Eoque fortius quia tale facinus
impedire tenetur, quatenus possit,
sub poena culpae lethalis, *Navarr.* 67
in Manual. Cap. 14. *n.* 27. = ibi =
Quadragesimo sexto peccat morta-
liter qui potens impedire ne alius
mortaliter crimen admittat, non
impedit Cap. Qui alios de Haere-
tic. Can. Error dist. 83., *Can. Ne-*
gligere 2. *quaest.* 7., *et alia in*
glossis eorum citata. = absque
ulla laesione libertatis matrimonii,
quae ad illud, simili modo contra-
hendum est jam catholicis, ut dixi,
ab ecclesia interdicta et ablata, nec 68
amplius ea uti interdicta et illicita
ad malum facendum uti possunt, ad
matrimonii namque libertatem non
spectat, ut illud cum peccato con- 69
trahatur, *Barbos. in Cap. Requisivit*
17. *num.* 4. *De Sponsal.*, *D. An-*
selm. in Dialog. de liber., arbitr.
cap. 1., *Gabriel. a S. Vincent. de*
Sacram. Matrim. disput. 3. *quaest.*
6. *num.* 48. = ibi = *Ad matri-*
monii libertatem non spectat, quod
cum peccato fiat =; et libertas ad
malum est potius defectus, quam
effectus libertatis, *Caephal. consil.* 70
421. *lib.* 3., *Paschal. de patr. po-*
test. par. 2. *cap.* 5. *num.* 28., *Ca-*
piblanc. de Baron. lib. 2. *pragmat.*
9. *num.* 26., *Pignatell. consult.* 11.
num. 7. *et seqq. tom.* 4., *de Ma-*

Digitized by Google

rin. lib. 2. resolut. quotid. cap. 132. *num.* 6., *Basil. Pont. de Matrim. lib.* 2. *cap.* 1. § 2., *Gabriel. a S. Vincent. loc. mox citat.*, *Opator. de Matrim. disput.* 2. *quaest.* 18. *num.* 158., *Rebell. de obligat. just. par.* 2. *lib.* 2. *quaest.* 14. *sect.* 1. *sub num.* 9. *vers. At dices.*

Neutiquam subsistente quod si Parochus, ut supra, se gerat, nil aliud assequi valet quam *ut animos contrahentium aliquando scru-*
71 *pulis torqueat, qui scilicet, quamvis ut plurimum nesciant illicita ab invalidis distinguere, adhuc tamen non solum matrimonium, uti destinaverant contrahere sed etiam consummare non praetermittant, utrumque enim perficere in animo habent, quoties, circumvento aut deprehenso Parocho, coram eo proferunt verba ad animorum consensum idonea*; prout hisce verbis prosequitur laudatus clarissimus doctor *Benedict. XIV. loc. cit.*

Quandoquidem inprimis non capio cur, si testes matrimonio
72 praesentes verba contrahentium audire *nolint* et *vere non audiant* (quia tunc eorum deficit testimonium) absque ulla difficultate matrimonium debeat esse nullum — si vero Parochus audire *nolit* et *vere non audiat*, licet ejus desit testimonium, adhuc matrimonium validum esse debeat. Nec etiam capio cur Parochus *audire nolens et vere non audiens* nil aliud ope-
73 retur quam *ut animos contrahentium aliquando scrupulis torqueat*, ideoque matrimonium pro *valido* sit habendum — testes vero *audire nolentes* et *vere non audientes vel eorum animos hisce non torqueant scrupulis*, aut si torquent, matrimonium nihilominus uti *nullum* sit condemnandum.

Cum insuper testes etiam non idonei multisque exceptionibus obnoxii eatenus ad probandum matrimonium fuisse contractum admittantur, quatenus a Parochi praesentia et testimonio integrantur, alias propter eorum inhabilitatem probare non possent nec eis esset adhibenda fides; ideo minus intelligo cur de illorum testimonio ita ratio haberi debeat, ut si deficiat, quia contrahentium verba audire *nolint et impedimentum ponant* ne audiant, sine quo *commode videre et audire possent*, matrimonium non subsistit — nulla e contra ratio habenda sit de testimonio Parochi, itaut si deficiat, quia *audire nolit et impedimentum ponat* ne audiat, sine quo *commode videre et audire posset*, adhuc matrimonium totum robur firmitatis habere debeat; licet ejus testimonium principaliter et in majori pretio, quam testimonium praedictorum testium habendum sit nec contemni debeat, quia uti sacerdos tantam fidem meretur, ut in aliis casibus suppleat vices duorum testium *Gloss. in Can. Monachus verb. Quorum dist.* 77., *Menoch. consil.* 92. *num.* 89., *Cravett. consil.* 267. *num.* 1. *et* 2., *Paris. consil.* 57. *num.* 50. *lib.* 1., *Rocc. disput. jur. select. cap.* 177. *num.* 10. *vol.* 2., *Capyc. Latr. decis.* 12. *num.* 14. *lib.* 1., *Magon. decis. Florent.* 58. *num.* 20., *Rot. decis.* 630. *num.* 2. *par.* 3. *recen.*; et tamquam Parochus in hypothesi

Digitized by Google

assistit matrimonio uti testis ma-
74 gnae auctoritatis, de cujus fide plu-
rimum ecclesia confidit et a quo
insuper, ut dixi, alii duo seu tres
testes, quatenus opus, nempe si
sint ut plurimum inabiles, inte-
grantur, *Sanch. de Matrim. lib.*
3. *disput.* 41. *num.* 5., quos inte-
grare nequit si non audit.

Neque id praelaudatus ipsemet
Summus Pontifex impugnasse vi-
detur in praecit. *cap.* 23. *de Synod.*
Dioecesan. sub antecedenti num. 6.
= ibi = *Parochus enim interest*
matrimonio tamquam testis aucto-
rizabilis pro ecclesia, quae cum in
aliis duobus aut tribus testibus
ad matrimonium rite contrahendum
necessariis non eas qualitates re-
quirat, quae illos omni exceptione
majores constituant uti fuse de-
monstrat Sylvius etc.; idcirco Pa-
rochi praesentiam voluit UT IN IL-
LIUS PROBITATE MAXIMUM VERITATIS
FUNDAMENTUM STATUERET *etc. Paro-*
chus autem non potest testem agere
tantae in ecclesia auctoritatis, nisi
et VIDEAT CONTRAHENTES *et vel eo-*
rum AUDIAT VERBA, *vel, ea non per-*
cipiens, SIGNA SALTEM VIDEAT ET IN-
TELLIGAT, *quae mutuum significent*
utriusque partis consensum =

Deinde huic objecto convenire
mihi videtur responsio ab eodem
Summo Pontifice in simili casu data
in allegato ejus *Tract. de Synod.*
Dioeces. lib. 8. *cap.* 14. *sub n.* 5.,
ubi in proposito matrimonii dicit,
quod Parochus *licite sua praesentia*
et auctoritate firmare non potest
75 *contractum, quem scit a contra-*
hentibus sacrilege iniri. Etenim, si
adhibitis a Parocho praedictis modis,
contrahentium verba vere non au-
dierit aut eorum nutus non viderit,
itaque illius praesentia moralis de-
fecerit, itaut de coutrahentium con-
sensu testimonium reddere non va-
leat, id profecto assecutus erit ut
ex hoc ejus praesentiae defectu, nullo
matrimonio existenti, *nec sua prae-*
sentia et auctoritate firmaverit 76
contractum, quem scit a contra-
hentibus sacrilege iniri, nec ab ipsis
contrahentibus, efficere volentibus
sacramentum validum cum peccato 77
mortali, sacrilegium actualiter com-
mitti permiserit, imo impedierit
et insimul viam aperiet, ut idem
matrimonium in posterum ab eis,
quorum interest, impediri possit,
si, praemissis etiam denunciatio-
nibus prius omissis, licite contrahi
nequeat, veluti si agatur de con-
trahendo matrimonio catholici cum
haeretica sine dispensatione ab Apo-
stolica Sede jam denegata vel non 78
petita, aut de matrimonio indigno
cum peccato, scilicet cum injuria
parentum et familiae unius ex 79
contraheutibus, ineundo.

Si vero Parochus non audire
non curaverit, aut non audire af-
fectaverit seu simulaverit, et ta-
men viderit et audiverit, matri-
monium quidem erit validum *Card.* 80
de Luc. de Matrim. disc. 2. *sub*
num. 9., *Sacr. Concil. Tridentin.*
sess. 24. *d. cap.* 1. *de reform. ma-*
trim.; nullo autem *scrupulo* Paro-
chus animos contrahentium torquet,
si adhibito impedimento vere non
audiat. Et ratio est quia si con- 81
trahentes sive scientes *sive igno-*
rantes illicita ab invalidis distin-
guere, matrimonio illicite contra-

Digitized by Google

cto, deinde non suppletis denunciationibus, in hoc casu juxta solitum praetermissis illud consummare praesumpserint, non Parochi factum debet ullum eis ingerere scrupulum, sed actus consummationis, qui etiam sine praedicto Parochi facto illos reos facit esse peccati, quia tam in casu matrimonii invalidi, quam in casu matrimonii validi sed illiciti et clandestini, ob omissas denunciationes, donec istae suppleantur et status liberi probatio habeatur,
82 sub poena culpae lethalis a copula abstinere tenentur, *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disp.* 11. *n.* 3. *et seqq.*, *Barbos. de offic. et potest. Episc. alleg.* 32. *num.* 3.

Ex quibus, meo judicio, Parochus ex improviso deprehensus potest et debet, quantum in se est,
83 obicem ponere ne sacrilegum matrimonium sequatur; sed si hoc non obstante inducere non valeat suae praesentiae moralis defectum, quamvis eam praestare cogatur invitus, matrimonium tamen est quidem illicitum sed nequaquam, ut
84 dixi, aliquo nullitatis vitio laborat, *Fagnan. in cap.* 1. *de Constit.*, quia secundum magis communem et ab ecclesia receptam sententiam, Pa-
85 rochus non est sacramenti matrimonii minister, cujus proinde consensus et intentio ad validitatem non requiritur, sed solummodo praesentia talis, ut certum testimonium
86 de contracto coram se matrimonio cum juramento reddere possit — secus autem si uti minister esset habendus et invitus matrimonio cogeretur assistere, tunc enim sacramentum hujusmodi, eo ministrare nolente, illudque vere non ministrante et administrare recusante, ex defectu voluntatis et intentionis ministri, nullum esset et irritum matrimonium.

Nullam quoque invaliditatem inducunt duo testes sive scienter, sive ignoranter, sive cum deceptione, sive cum complicitate Parochi hisce matrimoniis assistant, licet mortaliter peccent, quatenus de futuro matrimonio clandestine celebrando praecedenter instructi, deinde ad suam ei praesentiam exhibendam ad ecclesiam, aut ad alium locum ubi matrimonium est cele- 87
brandum, accedant *Boss. de Matrim. cap.* 8. § 1. *num.* 1., *Raynald. in supplement. ad observat. crimin. cap.* 22. *supplet.* 3. *num.* 16.; sed et ipsi quoque praeterea pro tali excessu poena arbitraria puniri de- 88
bent *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 46. *num.* 8., *Gutierrez de Matrim. cap.* 75. *n.* 9., *Boss. loc. cit. cap.* 6. § 20. *num.* 71., *et dicto cap.* 8. § 7. *num.* 17., *Raynald. loc. cit. num.* 17., *Thomas Mieres ad Constit. Cathalon. collat.* 9. *in Curia Barchin. Regis Ferdinandi cap.* 12. *num.* 81. ubi quod puniuntur poena exilii vel simili arbi- 89
trio judicantis aut etiam pecuniaria *Sac. Congregat. Concil. in Florentina* 17. *Februarii* 1629. *libr. Decret.* 14. *pag.* 35. in qua propositis dubiis,

I. An Episcopus possit punire contrahentes matrimonium contra ejus prohibitionem contractum —

II. An eos qui contrahunt coram Parocho ex causa justa dissentiente. —

Digitized by Google

III. An eos qui contrahunt omissis denunciationibus. —

IV. An possit punire testes intervenientes in supradictis casibus; —

V. An possit in eisdem casibus punire poenis pecuniariis Locis Piis applicandis. —

Sacra Congregatio respondit: Ad I. II. et III. *Episcopum posse* — Ad IV. *posse, quatenus testes sint in dolo* — Ad V. *pariter posse* — quam
90 poenam usque ad centum aureorum summam extendendam statuit *Synod. Beneventan. par. 1. tit. 37. cap. 6.*; imo et excommunicatione ipso facto incurrenda eos coerceri
91 posse non est haesitandum *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib. 12. cap. 6. num. 2.*, et quia agentes et consentientes pari poena puniuntur *leg. Jubemus 14. § Oeconomus Cod. de Sacros. Eccles. Cap. 1. De offic. Judic. delegat.*, ideo eadem censura non solum testes, sed et juvantes et consilium dantes coerceri possunt *Concil. Colon. II. ann. 1549. par. 7. cap. 43.*, late *in meo Vot. X. n. 57. et seqq. de Sponsal. Filiorumfamil.*, qui tamen vitandi non sunt, nec decernendum quod evitari debeant antequam publice et nominatim denunciati fuerint *P. Girald. in Exposit. Jur. Pontif. etc. tom. 3. sect. 114. vers. Idem tamen.*

Quoties ergo Parochus et testes cum juramento deponunt matrimonium coram se fuisse contractum,
92 illorum depositioni omnino deferendum venit, maxime cum juramentum emittitur a Parocho et testibus, qui non sunt conjuncti, vel intrinseci amici unius vel alterius contrahentis, qui matrimonii contractum ejusque validitatem sustineat, nec eorum intersit an matrimonium firmum seu nullum declaretur *Zipaeus lib. 4. de Sponsal.* 93
et Matrim. Consult. Can. 3. n. 1., *Ursaya Discept. Eccles. tom. 8. par. 1. discept. 14. num. 60. et 62*: licet etiam consanguinei et affines ad probandum matrimonium fuisse contractum in testes adhiberi pos- 94
sint *Rot. dec. 370. num. 3. par. 18. tom. 1. recent.*, ad effectum enim illud probandi integrantur, ut dixi, a Parocho, potissimum si in aequali gradu consanguinitatis utriusque partis reperiantur, *Rot. dec. 490.* 95
num. 10. et seqq. par. 18. tom. 2. recent.; secus autem ubi agitur de matrimonio jam contracto in faciem Ecclesiae impugnando, tunc enim testes omni exceptione majores re- 96
quiruntur, *Rot. dec. 214. sub n. 14. par. 10. recent.*

Testium quoque tamen praesentia moralis esse debet, neque pariter sufficit physica et materialis juxta communem Theologorum sen- 97
tentiam, inter quos *Concin. Theol. Dogmat. Moral. lib. 2. de Matrim. dissert. 2. de Sponsal. quaest. 22. num. 38.*, *Billuart. Curs. Theolog. tom. 3. Tract. de Matrim. art. 12.*, *Sanch. de Matrim. lib. 3. disp. 39. num. 1. et disp. 41. num. 2.*, *Perez de Matrim. disp. 40. sect. 9. n. 2.*, *Hurtad. de Matrim. disp. 5. difficult. 15. n. 49.*, *Boss. de Matrim. cap. 3. § 1. num. 2.*, *Giribald. Oper. Moral. tom. 3. tract. 10. cap. 7. dub. 12. num. 90.* = ibi = *Praesentia* PAROCHI *et* TESTIUM *in matri-* 98
moniis necessaria non sufficit si

Digitized by Google

sit solum physica, materialis et corporea, sed debet esse moralis et humana, in eo sensu ut advertant et intelligant quid agitur, et comprehendant mutuum consensum contrahentium in accipiendo se invicem in conjuges, ut de eo testificari possint etc. idque intelligit Concilium Tridentinum verbis illis „ praesente Parocho et Testibus „ *quae de praesentia morali et humana debent intelligi, quia is qui assistit vere intelligat et percipiat quid agatur etc. — ratio etiam est quia Tridentinum ideo requirit praesentiam* PAROCHI ET TESTIUM *ut de matrimonio legitime contracto testificari possint coram Ecclesia, quod facere non possunt si fuerint corpore praesentes, sed non percipiant et intelligant quid agatur* =

Et in hanc sententiam Cano-
99 nistae omnes unanimiter conveniunt, et prae caeteris *Zipaeus consult. can. lib.* 4. *consult.* 3. *in princ.*, *Pignatell. consult.* 62. *n.* 1. *tom.* 7, *Barbos. de offic. et potest. Episc. allegat.* 32. *num.* 78., *Card. de Luc. de Matrim. in summ. n.* 37., *Gutierrez de Matrim. cap.* 69. *n.* 2., *De Joriis de Magn. Matrim. Sacr. par.* 4. *quaest.* 8. *num.* 1., nec non *Commentatores titol. Decretal. de clandest. desponsat.* videlicet *Zoet. num.* 12., *Krimer n.* 673. *et seqq.*, *Engel. num.* 14., *Schambog. n.* 17., *Pirhing n.* 22., *Konig. n.* 11. *et* 19., *Reiffenstuel n.* 106., *Schmalzgrueb num.* 230., *Mayr. numer.* 166.,
100 = ibi = *Extra dubium est ad valorem matrimonii exigi praesentiam* PAROCHI ET TESTIUM *non solum materialem, sed etiam formalem et humanam, vi cujus advertant et intelligant consensum utriusque contrahentis in matrimonium de praesenti; ita omnes etc. sumitur tum ex verbis Concilii Tridentini in citat. cap.* 1. = ibi = *Parochus viro et muliere interrogatis, et eorum* CONSENSU INTELLECTO *etc.* =; *tum ex fine hujus Decreti, quippe ideo Concilium requisivit assistentiam Parochi et testium, ut Ecclesiae constet et per ipsos testimonium dari possit de matrimonio contracto; ne, vivente prima uxore, aliquis possit ducere secundam, ut habetur in proemio ejusdem Decreti, qui finis neutiquam obtineretur, nisi praesentia esset moralis et humana; tum ex generali sensu jurium, non enim in jure pro praesente habetur qui non adest modo* 101
humano advertens et intelligens quid agatur =

Quae communis Theologorum et Canonistarum sententia est adeo vera, ut constare de matrimonio ad formam praefinitam a *Concilio Tridentino* dici nequeat, si vel Parochus, vel alteruter testis minime perceperit mutuum contrahentium consensum, ut praeter allegatos firmant *Pichler. ad tit. Decretal. de* 102
clandestin. desponsat. num. 24., *Schmitz* ibid. *quaest.* 2., *Schmier Jurisprud. can. tom.* 3. *lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 5. § 1. *num.* 80. *et seqq.*, *Pax Jordan. elucubrat. divers. tom.* 1. *lib.* 3. *tit.* 7. *num.* 103., *Ventrigl. in prax. tom.* 1. *annotat.* 3. § 2. *num.* 5. *et seqq.*

Cum itaque praesens non dicatur qui, licet praesens corpore,

Digitized by Google

103 oculis tamen non videt, seu auri-
bus non audit, et consequenter quid
agatur nec percipit nec intelligit
Can. Testes 3. *quaest.* 9., ibique
Gloss. verb. Praesentia = ibi =
Dum tamen intelligunt, nam aliter
non dicuntur praesentes =, conso-
nat alter text. in *Can. In primis* 2.
quaest. 1., ibique *Gloss. verb. Prae-*
sente = ibi = *Et intelligente,*
alias non diceretur praesens =;
ideo contractum fuisse matrimo-
nium testes nequaquam proba-
rent, si deponerent se non vidisse
aut non audivisse verba contrahen-
tium ad perficiendum matrimonium
apta et idonea — sive id contigisse
104 affirment accidentaliter ob mentis
evagationem *Sanchez de Matrim.*
lib. 3. *disput.* 39. *num.* 5., *Perez*
de Matrim. disp. 40. *sect.* 10. *n.* 3.,
Ventrigl. in prax. tom. 1. *annot.* 3.
§ 2. *num.* 5. *et seq.*, *De Nicollis*
Jur. Can. tom. 2. *lit. Q. tit. Qui*
Matrim. accus. poss., *vel contra*
illud testificar. num. 31. *et seq.*
= ibi = *Dubitatur quid si isti*
testes accesserint animo attendendi
sed tempore contractus distrahan-
tur evagatione mentis, num dicun-
tur idonei testes, ita ut valeat
matrimonium? Respondetur nega-
tive, et non valere matrimonium,
nam vere isti testes non dicuntur
praesentes, dum non advertunt, ut
probavimus supra, et ad effectum
testificandi de matrimonii contra-
ctu, perinde est ut si absentes
essent. =

Sive id acciderit data opera
et ex propria culpa, quia videre
aut audire noluerint, aliquo etiam
105 ad hoc adhibito impedimento, prout
quoad testes *Defensor matrimonio-*
rum in annot. ad dict. Vot. 526,
Constantin. loc. cit. n. 162. = ibi =
Animadvertendum tamen, quod li-
cet pari modo statuant valere matri-
monium coram Parocho et testibus
invitis, vi detentis, dolo accersitis,
vel casu transeuntibus, si videant,
advertant et intelligant, itaut re
vera matrimonii inter illas perso-
nas contracti testes fuerint, et de
illo testimonium perhibere valeant;
uti patet ex Sanchez etc. et aliis 106
cumulatis etc.: si tamen testes re
vera non viderunt nec intellexe-
runt, sive id acciderit naturaliter,
sive quia DATA OPERA *noluerunt,*
SIBIQUE IPSI POSUERINT IMPEDIMENTUM
ne viderent, nec intelligerent, aliter
dicendum videtur quia testes non
sunt, nec esse possunt, qui re vera
non viderunt, nec intellexerunt
(et ex eadem ratione nec Parochus,
qui videre et intelligere noluit)
nec eorum iste substantialis defe-
ctus destruens essentiam testis
(prout testis est etiam Parochus)
suppleri potest a Parocho, quia
Parochi praesentia supplet quali-
tates personales testium, non eo-
rum vices Sanch. etc. = Nec Pa-
rochi vices supplent testes. =

Vel si quoque affirment ex
verbis in actu celebrationis matri-
monii a Parocho prolatis se perce-
pisse mutuum contrahentium in-
tervenisse consensum, quia hoc non
sufficit, sed hujusmodi consensum
nonnisi ex ipsorum contrahentium
verbis, aut signis per testes depre-
hendi posse docent *Scambog. ad* 107
tit. Decretal. de clandest. desponsat.
num. 17., *Lauren. For. Can. lib.* 4.

Digitized by Google

tit. 3. *quaest.* 153. *n.* 2., *Giribald. oper. moral. tom.* 3. *tract.* 10. *cap.* 7. *dub.* 12. *num.* 92., *Clericat. de Matrim. dec.* 35. *n.* 21., *Ventrigl. in prax. tom.* 1. *annot.* 3. § 2. *num.* 13., *De Just. de dispensat. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 104.

Eo vel magis, quia Parochi et testium praesentia non ad solam matrimonii probationem praescripta
108 fuit, sed ad probationem simul et formam *Engel. in Coll. Jur. Can. lib.* 4. *tit.* 3. *n.* 9., *Pichler Jur. Can. lib.* 4. *tit.* 3. *num.* 10., *Guenech. in exam. Jur. Can. lib.* 4. *tit.* 3. § 12., *Clericat. loc. cit.*, *Rot. dec.* 657. *num.* 1. *par.* 1. *divers.*, *et dec.* 308. *num.* 1. *coram Dunozzet. sen.*, et proinde non ex illatione a verbis alterius educta et per aequipollens, sed in forma specifica mutuum contrahentium consensum a
109 testibus percipi debet *Ursaya discept. Eccles. tom.* 1. *par.* 2. *discept.* 2. *num.* 140., *Barbos. de offic. et potest. Episc. par.* 2. *allegat.* 32. *n.* 81., *Corrad. in prax. dispensat. lib.* 7. *cap.* 2. *num.* 36., *Card. Lanfredin. in Vot. edito in Neapolitana Matrimonii* 19. *Septemb.* 1734. § *Illud igitur Rot. dicta dec.* 657. *num.* 1. *par.* 1. *divers.*, *et dec.* 308. *n.* 1. *cor. Dunozzet. Sen.* = ibi = *Maximum et praecipuum Decisionis fundamentum ex verbis Sac. Concilii Tridentini sess.* 24. *cap.* 1. *de Matrimonio ubi* = *qui aliter, quam praesente Parocho vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seu Ordinarii licentia, et duobus vel tribus testibus contrahere attentabunt, eos Sancta Synodus ad sic contrahendum omnino inhabiles reddit, et hujusmodi contractus irritos et nullos esse decernit, prout eos praesenti Decreto irritos facit et annullat* = *ex quibus verbis clare apparet induci* FORMAM PRAECISAM *et substantialem, sine qua actus subsistere non potest, quae nec potest adimpleri* PER AEQUIPOLLENS, *dum irritatur factus sine illa forma specifica etc. Ponderarunt etiam Domini dictionem illam* „ *omnino* „ *quae significat omnem casum et eventum sine ulla exceptione, remedio, ac dispensa-* 110
tione, cum sit dictio praecisa =

Et hanc eorum moralem praesentiam intervenisse oportet ipso tempore, quo actus in esse producitur, ut firmant Canonistae *ad tit.* 111
Decretal. de clandest. desponsat. et praesertim *Wiestner num.* 61., *Konig. n.* 19, *Reiffenstuel. n.* 107., *Schmalzgrueb. num.* 133., *Widman. num.* 58., et conveniunt *Schimier. Jurisprud. Can. tom.* 3. *lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 5. § 3. *num.* 155., *Torreblanc. Jurisprud. pract. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 33., *Barufald. ad Ritual. Roman. tit.* 41. *num.* 149., *Perez de Matrim. disp.* 40. *sect.* 9. *num.* 3., *De Just. de dispensat. Matrim. lib.* 2. *cap.* 19. *num.* 101., *Clericat. de Sacram. Matrim. d. dec.* 35. *num.* 21. = ibi = *Praesentia* PAROCHI *et* TESTIUM *pro validitate matrimonii est* DE FORMA, *et per consequens debet utraque intervenire simul, ac eo tempore, quo actus in esse producitur* =, ac firmavit *Rot. coram Buratt. dec.* 364. *num.* 3. — et quia non in hoc actu sed postea, nec ex verbis aut signis contrahentium sed ex verbis Paro-

Digitized by Google

chi eorumdem contrahentium con-
sensum testes perceperant, pro nul-
112 litate matrimonii respondit *Sacr.
Congregat. Concilii in Camerinen.
seu Fabrianen. praetensi Matri-
monii* 4. *Junii* 1768.

Nec etiam suffragante quod
matrimonium, hac non servata for-
ma, contractum, sit deinde a Pa-
113 rocho in matrimoniorum libro de-
scriptum, ut resolvit *Rot. d. dec.*
308. *num.* 11. *coram Dunozz. sen.*
= ibi = *Nec obstat, quod dictum
matrimonium fuit descriptum ab
Oeconomo in libro matrimoniorum,
qui debet confici per Parochum
juxta dispositionem dicti Sacri
114 Concilii, cui libro ad hunc effectum
solet plena fides adhiberi ex no-
tatis per Rot. dec.* 340. *num.* 2.
par. 2. *divers., quia decisio proce-
dit quando tractatur incidenter
de matrimonio ad effectum legi-
115 timitatis prolis, ut patet ex nar-
rativa decisionis, sed hic agitur
principaliter super foedere matri-
monii* =

Quamobrem matrimonium ali-
ter initum, quam praesente (prae-
sentia morali, ut supra) Parocho,
vel alio sacerdote de ipsius vel
Ordinarii licentia, nec praesentibus
morali praesentia testibus, est clan-
destinum et nullum, cum haec sit
forma praecise servanda, eaque non
servata, actus corruit et est nul-
116 lus, nec adimpleri potest per aequi-
pollens *Rot. dec.* 19. *n.* 37. *par.* 10.,
et dec. 75. *num.* 13. *par.* 17. *rec.*,
itaut nec etiam praesentia alicujus
Parochi sufficiat, nisi sit, ut jam
dixi, Parochus proprius saltem al-
terius ex contrahentibus, nec va-
leat excusatio, seu praetextus ne- 117
cessitatis et impotentiae *Rot. dec.*
60. *num.* 2., *et dec.* 162. *num.* 17.
par. 15., *et dec.* 250. *num.* 27.
par. 16. *recent.*, nec etiam in ar-
ticulo mortis, quia *Tridentin. dicta
sess.* 24. *cap.* 1. *de reformat. ma-
trimon.* sine ulla limitatione con-
nubia ita contracta prorsus irrita
esse decernit *Gutierrez de Ma-
trim. cap.* 61. *a num.* 4., *Sanch.
eodem tract. lib.* 3. *disput.* 17.
num. 4.

Verumtamen, etsi haec matri-
monia clandestina causent nullita-
tem, nihilominus dubitatum ali-
quando fuit an matrimonium ce-
lebratum sine praesentia proprii
Parochi, vel cum alio essentiali
defectu, saltem vim habeat spon-
saliorum de futuro, praesertim si,
eo licet nulliter celebrato, copula
deinde in figura matrimonii etiam
accesserit, sed inter alios negativam 118
sententiam tuentur *Navarr. cons.* 5.
num. 2., 6. *et seqq. de sponsalib.*,
Hurtad. de Matrim. disp. 6. *diffic.* 2.
num. 6., et pluries negative respon-
sum fuit per *Sac. Congreg. Concil.*
teste *Ursaya discept. Eccles. tom.* 3.
par. 1. *discept.* 19. *a num.* 170.
ad 242., et prae caeteris clarissima
est illius *Resolutio in Nullius* 8.
Junii 1595. in qua censuit = *Ma-
trimoninm sine praesentia Parochi
per verba de praesenti contractum
etiam copula subsecuta et irritum
et nullum esse, et in sponsalia de
futuro minime resolvi* = ut habe-
tur *in lib.* 8. *Decretor. pag.* 130.;
adeout filii inde nati sint illegitimi 119
Cap. Quod nobis 9. ibique *gloss.
verb. Fuerint Qui fil. sint legit.*

Digitized by Google

Cap. cum inhibitio 4. § *Si quis De clandest. despousat.*

Eorum ergo Doctorum opinio, qui tenent matrimonium clandestinum primae vel secundae speciei resolvi in sponsalia de futuro, ita ut sic nulliter contrahentes ad iterum valide contrahendum obli-
120 gentur, est omnino rejicienda — tum quia (ut advertit *Ursaya loc. cit. sub n.* 243.) plures numero sunt Doctores contrarium firmantes, quos refert *Barbos. sup. Coucil. Trident. sess.* 24. *de reform. Matrim. cap.* 1. *num.* 150. — tum quia Doctorum opinioni praevalet judicium *Sac. Congregationis Concilii*, quae hanc controversiam, ut supra, diremit, nec non pariter *in Granaten.* in qua
121 sequentibus sibi propositis dubiis videlicet

I. An contrahens, non servata Concilii solemnitate, obligatus sit saltem obligatione naturali, cujus vigore aliquo ecclesiastico remedio compelli possit, ad observanda promissa?

Ad *I. Censuit non esse obligatum etiam obligatione naturali.* —

II. Quid si in hujusmodi contractu interpositum sit juramentum?

Ad *II. Respondit idem, etiamsi contrahens jurasset.* —

III. An talis contractus valeat saltem ut spousalia de futuro?

Ad *III. Respondit non valere.* —

IV. An sic contrahens peccet mortaliter non adimplendo suam promissionem?

Ad *IV. Non peccare censuit.* —

Cujus *Conciliaris Resolutionis* originale videri potest *in tom.* 72. *Positionum Sacr. Congregationis Concilii* signat. foris *sess.* 24. *de reformat. cap.* 1. *pag.* 168. *et* 169.

Notandum *primo* quod si in testes in matrimonio adhibiti fuerint Judaei, Turcae, aliique infideles, vel Christiani excommunicati, suspensi,
vel interdicti (quod tamen non est 122
permittendum) matrimonium est validum *Nicol. in Floscul. verb. Matrimonium num.* 10.:

Notandum *secundo* quod Episcopus adimere nequit Parochis facultatem assistendi matrimoniis non praemissis denunciationibus clandestine contrahendis, eaque nulla et irrita declarare (licet hoc Papa facere possit) nam adhuc erunt valida, et validum pariter erit matrimonium initum coram Parocho, cui Episcopus generatim prohibuerit ne matrimoniis assistat, ut, relatis juribus ac Sacrae Congregationis Concilii decretis, probat *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. libr.* 7. *cap.* 13. *num.* 1. *et* 3., *Fagnan. in Cap. Quoniam* 1. *De Constitut.* = ibi = *Sac. Congregatio declaravit validum esse matrimonium contractum coram Parocho etiam invito etc. Item coram Parocho tam viri quam mulieris etiam in aliena Parochia, etiamsi Episcopus illi matrimonium interdixerit. Item coram Parocho etiam minoribus tantum Ordinibus initiato, qui non potest tamen delegare nisi Sacerdotem* =; multoque minus generaliter loquendo Episcopus prohibere potest ne Parochi conjungant in matrimonium suos parochianos a se bene cognitos, quibus, post praemissas denunciationes, nullum ob-

Digitized by Google

123 stare canonicum impedimentum op-
time norunt *Sac. Congreg. Concil.*
in Messanen. 18. *Januarii* 1589. *in*
respons. ad 10., exceptis nonnullis
casibus particularibus in quibus,
propter varias rerum circumstantias,
justa concurrente causa, id est ei
124 prohibire permissum *Sac. Congreg.*
Concil. in Turritan. 12. *Martii*
1633. — In praxi tamen, et in plu-
ribus civitatibus et dioecesibus, in
quibus functus sum officio Ordina-
rii, matrimonia sine licentia Epi-
scopi, vel Vicarii Generalis non
contrahuntur, quae in aliquibus
125 insuper episcopatibus non conce-
ditur, nisi prius in tribunali per
testes probatus fuerit status liber
utriusque contrahentis, etiamsi dioe-
cesani sint, imo ambo parochiani
126 ejusdem Parochi.

Procul autem ab omni dubio
praedicta licentia ubique requiritur,
et sine illa conjungi nequeunt a
Parochis in matrimonium alieni-
genae, ignoti, exteri et vagi, sive
127 tales sint ambo, sive altero eorum,
ut habetur expressum in *Ritual.*
Roman. de Sacram. Matrim. § *Ca-*
veat et statuerunt *Concil. Hispalens.*
ann. 1512. *cap.* 35. *Concil. Valentin.*
ann. 1565. *cap.* 26., *Concil. Tri-*
dentin. sess. 24. *cap.* 7. *de reform.*
matrim. = ibi = *Parochis autem*
praecipit ne illorum matrimoniis
intersint, nisi prius diligentem in-
quisitionem fecerint, et re ad Or-
dinarium delata, ab eo licentiam
id faciendi obtinuerint =, nec non
Sac. Congregat. S. Officii 21. *Au-*
gusti 1670. *et* 29. *Januarii* 1695.
nullatenus concedenda, nisi probato
prius eorum statu libero per legi-
tima documenta provenientia a loco
originis, et ab aliis locis, in quibus
commorati fuerint *Concil. Mediol.* 128
Provinc. II. *tit.* 1. *decr.* 26., *Concil.*
Colonien. ann. 1536. *par.* 7. *cap.* 45.

Praeterea sine eadem licentia
nec ipsi dioecesani conjungi pos-
sunt, qui in aetate nubili *per sex*
menses continuos a dioecesi abfue-
runt, et multo minus extradioece-
sani, qui omnes in curia episcopali
prius exhibere tenentur testimonia-
lem Ordinarii, in cujus dioecesi
vel nati sunt, vel permanserunt,
asserentis se examinasse testes super
statu libero sponsi, vel sponsae, fa-
ctisque denunciationibus, nullum
detectum fuisse canonicum impedi-
mentum juxta declarationes *Sacr.* 129
Congregat. S. Officii relatas a *Mo-*
nacell. in append. instruct. 6. *n.* 1.
et 2. *tom.* 3. *pag. Mihi* 222.

Hanc etiam attestationem Or-
dinarii et aliorum, si alibi moram
traxerint, exhibere debent tum qui
per decennium et ultra domicilium
acquisiverint in loco, ubi matri-
monium celebrare volunt, quam-
vis ibi non desint testes qui de
eorum statu libero indesinenter ser-
vato tam in loco originis, quam
domicilii deponere valeant; tum
advenae quorum uxor seu mari- 130
tus ex hac vita migravit in loco,
ubi iterum alias nuptias superstes
contrahere intendit, etsi post mor-
tem uxoris, seu mariti nunquam 131
ab eo loco discesserit; tum demum
milites alienae nationis residentes
in locis, ubi matrimonium cele-
brare volunt, tametsi testes suos 132
concives haberent, qui de eorum
statu libero fidem facere possent,

Digitized by Google

ut habetur in praecitatis declarationibus *Sac. Congregationis S. Officii* apud *Monacell. loc. cit. num.* 4. 7. *et* 8. et quoad milites declaravit etiam *Sac. Congreg. Concilii* 6. *Martii* 1694.

Verum si neglecta in praemissis casibus per eos ad quos ut supra spectat, Ordinarii licentia, spretisque praemissis ordinationibus *Sac. Congregationis S. Officii* matrimonium contractum fuerit, erunt quidem tam contraentes, quam Parochus acriter puniendi, sed nisi aliquod obstet canonicum impedimentum dirimens, matrimonium est validum, ut pluribus relatis
133 advertit *Barbos. super Concil. Tridentin. sess.* 24. *cap.* 7. *num.* 8. *de reformat. Matrim.* — Praemissis vero praedictis cauthelis ad obviandum cuicumque fraudi necessariis, potest vir exterus contrahere matrimonium coram Parocho loci, ubi reperitur tempore, quo illud est
134 ineundum, etiamsi adsit Parochus proprius mulieris per ipsum exterum desponsandae *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 25. *num.* 14. *et* 15. *Barbos. sup. Concil. Tridentin. sess.* 24. *de reform. Matrim. cap.* 7. *num.* 3. *Sac. Congr. Concil.* 28. *Augusti* 1621. cum enim quilibet Parochus sit Parochus vagorum, ejus proinde Parochus est
135 Parochus illius loci, ubi tunc reperitur *Pirhing. in Jus Can. lib.* 4. *Decr. tit. de clandestina desponsat. num.* 19., *Cabassut. in Theoric. et Prax. Jur. Canon. lib.* 3. *cap.* 26. *num.* 4., *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 25. *num.* 11., *Barbos. de offic. et potest. Paroch. par.* 2. *cap.* 21. *num.* 89. cum aliis *supra* relatis *num.* 127.; quatenus tamen vere sit vagus, qui in *leg. Ejus* 27. § *Celsus ff. Ad municipal.* ita describitur = *Puto autem et hoc procedere posse, si quis domicilio relicto naviget, vel iter faciat quaerens, quo se conferat, atque ubi consistat, nam hunc puto sine domicilio esse* =, non autem peregrinus, hoc est ille qui iter facit animo redeundi ad proprium domicilium a quo discesserit *Rosignol. de Matrim. par.* 1. *tom.* 6. *contract.* 15. *praenot.* 22. *num.* 4.

Attestatio tamen Ordinarii, aliorumque locorum ubi contrahentes tempore matrimonium praecedente permanserunt, non requiritur pro extradioecesanis qui ante nubilem aetatem a loco originis vel domicilii discesserunt, ac continuam traxerunt moram in loco, ad quem deinde accesserunt, ubi celebrare matrimonium intendunt; quemadmodum et sine illa conjungi possunt nuptias inituri in articulo 136
mortis, aut in alio casu praecisae necessitatis, sed abstinere debent a cohabitatione et copula, donec praedicta deinde attestatio habeatur, juxta *Sac. Congregat. S. Officii* 137
epistolam relatam a *Corrad. in prax. dispensat. libr.* 7. *cap.* 6. *num.* 23.

Notandum *tertio* quod Parochus unius parochiae conjungere nequit 138
in matrimonium parochianum alterius parochiae ejusdem civitatis, seu dioecesis contrahentem cum suo vel sua parochiana, sine illius Parochi attestatione, quod in ejus ecclesia solitae tres factae fuerint

Digitized by Google

denunciationes, nullumque detectum fuerit canonicum impedimentum; alias erit gravi poena arbitrio Ordinarii puniendus ut statutum fuit in *Synod. Fulginaten. anni* 1722. *cap.* 7. *num.* 38. in contradictorio judicio a *Sac. Congreg. Concilii* approbato.

Notandum *quarto* non licere Parocho assistere matrimonio, cui, etsi solus, extra confessionem scivit oc-
139 cultum obstare dirimens impedimentum, cum enim ipse in matrimonio officium testis exerceat de actu, quem scit irritum esse, nec ipse nec alius testis id non ignorans testimonium praestare potest — si impedimentum autem non sit dirimens, ut est votum simplex castitatis, debet secreto cum hoc impedimento contrahere volentem monere, et, si non proficiat, rem ad Ordinarium deferre, quia ex officio pastoris subditi peccatum maxime impedire tenetur.

Notandum *quinto* quod ex tacita Papae dispensatione et usu Ecclesiae valet matrimonium inter haereticos contractum in locis ubi publice suam professionem exercent, quamvis ibi *Concilium Tri-*
140 *dentinum* promulgatum fuerit, quatenus tamen juxta ritum, legesque loci contrahatur. Et hinc est quod similes haeretici, qui sic inter se matrimonium contraxerint, si ad fidem catholicam convertantur, Ecclesia non permittit quod alias nuptias contrahant et filios ex tali matrimonio natos et nascituros vult esse legitimos et pro legitimis a parentibus haberi debere, quemadmodum *Sac. Romana Poenitentiaria* respondit *Episcop. Castroriens.*

Quoad matrimonia occulta, vulgo dicta *matrimonia conscientiae*, videri potest recens constitutio BENEDICTI XIV. incip. = *Satis* 141
Vobis compertum = in ejus *Bullar. pag.* 19. et per me per extensum relata in *Additionibus ad Vota De Sponsal. Filiorumfam. Addit.* 5.

Notandum *sesto* quod matrimonium contractum coram duobus testibus sine Parocho in loco, ubi haereticus tantummodo mini- 142
ster residebat, catholicus autem Parochus, aliusve sacerdos vel omnino non aderat vel eum adeundi libera non erat potestas, est validum *Sylv. in Comment. in Supplement. ad* 3. *par. D. Thom. quaest.* 45. *art.* 5. *quaest.* 4., *Platellius in Synops. Cursus Theologici par.* 5. *cap.* 7. § 8. *de Clandest. Matr. num.* 1113., *Card. de Lauraea in* 4. *lib. sentent. tom.* 3. *disput.* 22. *art.* 5. § 4., *Clericat. de Sacram. Matrim. dec.* 35. *num.* 23., illudque validum declaravit *S. Congregat. Concil.* 30. *Martii* 1669. *lib.* 26. *Decretor. pag.* 198. *a tergo et* 199. — secus autem si contractum fuerit
etiam bona fide coram Parocho et 143
unico teste, hoc enim esse nullum respondit eadem *Sac. Congregat. Concil.* 14. *Januar.* 1673. *lib.* 28. *Decret. pag.* 4. *a tergo et* 5.

C A P. XV.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum ob Raptum.

SUMMARIUM.

1 Matrimonium contractum inter raptorem et raptam in potestate raptoris existentem est nullum, et una cum consulentibus, auxiliatoribus et favorem praebentibus incurrit poenas de quibus ibid.

2 Dummodo concurrat abductio violenta mulieris de loco ad locum:

3 Sive sit virgo, sive corrupta, sive vidua, sive conjugata, sive inhonesta, vel meretrix.

4 Violentia debet esse physica, vel moralis per minas aut gravem metum illata.

5 Ex abductione mulieris volentis, etiam invitis parentibus aut tutoribus, non oritur impedimentum dirimens,

6 Quia ad validitatem matrimonii sufficit solus liber contrahentium consensus;

7 Sed contrarium est verius et sufficit quod vel puella, vel parentibus vis illata fuerit:

8 Sive etiam ipsa sponte discesserit, nec ulla vis intervenerit, quia ejus pater dormiebat:

9 Sive raptus fiat ipsa consentiente et invitis parentibus,

10 Aut tutore, vel curatore.

11 Secuto raptu et matrimonio, mulier a raptore separari debet.

12 Nec matrimonium vim habere potest nisi ipsa, in loco tuto constituta, se raptorem in virum habere velle declaret.

13 Puella in raptu regulariter praesumitur violentata.

14 Donec permanet in potestate raptoris durare censetur causa metus, etiamsi aliqui actus spontanei videantur.

15 Solus consensus puellae post raptum neque ad salvandum raptum neque ad validandum matrimonium sufficit si parentes dissentiant *et num.* 16. 17. 22.

17 Sive illis invitis, sive ignorantibus rapta fuerit, quando ex post reclamarunt:

18 Sive rapta fuerit inscio tutore, vel curatore.

19 Raptus commissus sola causa explendae libidinis, non autem contrahendi matrimonium, non est impedimentum dirimens.

20 In utroque casu tamen mulier est a raptore separanda.

21 Raptus committitur si mulier precibus violentiae aequivalentibus abducatur, nec ad id leves preces et suasiones sufficiunt.

22 Nisi commissus fuerit insciis vel invitis parentibus, seu tutoribus.

23 Tractatus praecedens matrimonii, si non fuerit cum consensu puellae conclusus, raptum non excludit *et num.* 26.

24 Secus si sponsalia praecesserint, et mulier raptui consenserit.
25 Eoque magis si deinde factae fuerint denunciationes.
26 Tunc enim locus non est anathematis poenae.
27 Ad excludendum raptum probatio praecedentium sponsalium debet esse clara et concludens, nec relevat obscura et equivoca.
28 Mulieri raptae super validitate matrimonii sine aliis adminiculis non creditur,
29 Non obstante apoca matrimoniali, quia habet praesumptionem antidatae, nihilque probat si contrarietur dictis testium.
30 Confessio mulieris de consensu praestito raptui praesumitur per raptorem extorta.
31 Attenditur e contra ipsius declaratio contraria praesertim facta coram notario et testibus.
32 Consensus mulieris pro rapto, non fert consensum pro ineundo matrimonio.
33 Armatus in raptu contra puellam metum incutit ex duplici qualitate.
34 Ad validitatem, vel invaliditatem matrimonii plurimum attenditur exploratio voluntatis mulieris raptae facta a persona ad id deputata.
35 Ejusque voluntas constans est si fuerit confirmata coram Judice ad eam explorandam delegato.
36 Per Pontificiam dispensationem super matrimonio inter raptorem et raptam contracto in gradu prohibito, cessant omnes poenae legalis.
37 In carminibus transcriptis in praecedenti Cap. I, non est impedimentum amentiae seu furiae perpetuae, quod dirimit matrimonium:
38 Nec impedimentum aetatis annorum duodecim in foeminis, et quatuordecim in maribus, ante quam aetatem regulariter invalide contrahunt, exceptis nonnullis casibus, de quibus remissive.
39 Praedicta carmina sunt reformata, et referuntur:
40 Sed in his quoque deficit impedimentum amentiae seu furiae perpetuae.
In causa nullitatis matrimonii instaurandum est judicium coram judice ecclesiastico ad formam Constitut. Benedectinae *ibid.*
41 Votum Auctoris ad intelligentiam et observantium ejusdem Constitutionis *et num. seqq.*
48 Obtenta per alterum ex conjugibus prima sententia declarante nullitatem matrimonii, non potest ipse convolare ad alteras nuptias.
50 Ex duabus sententiis conformibus super nullitate matrimonii maximum pondus caeteris probationibus augetur.
56 Quando examinanda est causa gravissima ad Sacrae Rotae Auditorium est remittenda *et num. seq.*
58 Etiamsi antea decisa sit in aliqua Sacra Congregatione, cui

demandari solet, quod procedat de Voto Rotae.

59 Post septies decisam causam in Sacra Congregatione Boni Regiminis, ex rescripto Signaturae Gratiae coram Sanctissimo delegata fuit Sacrae Rotae Auditorio.

61 In causa super nullitate matrimonii unica sententia minime sufficit *et num.* 101.

62 Si fuerit commissa Rotae, a prima sententia interposita appellatione, ab aliis Auditoribus juxta turnum expediri debet:

63 Si Congregationi particulari, altera deinde Congregatio particularis est deputanda:

64 Si resoluta in Congregatione Concilii, iterum reproponi debet.

65 Semper duae sententiae conformes requiruntur.

66 A sententia alterius revocatoria intrat appellatio.

68 Ablativum absolutum „ *docto* „ suspendit executionem, donec adimpleta non sit talis conditio.

71 In causis super nullitate matrimonii in qualibet instantia tam extra Urbem, quam in Urbe deputari semper debet defensor matrimonii.

72 Extra Urbem ab Ordinariis locorum.

73 In Sacra Congregatione Concilii ab Eminentiss. Praefecto.

74 In Sacrae Rotae Auditorio ab Auditore Decano.

75 In particulari Congregatione a persona ejusdem digniore.

76 Et quidem sub poena nullitatis.

77 Non servata forma in dicta Constitutione Benedectina statuta, omnia acta nulla sunt et invalida.

78 Maxime quia forma est praescripta cum clausulis annullativis.

79 Quando forma respicit ordinem ad unguem servanda venit.

82 Non est in facultate appellantis a sententia super nullitate matrimonii eligere ad suum placitum tribunal, seu judicem:

83 Sed adeundus est Auditor Sanctissimus cum instantia „ *Signari Commissionem* „

84 Alias sine hujusmodi commissione judices nominati in dicta Constitutione nulliter procederent.

85 Quando agitur de invaliditate matrimonii, non potest cognosci de causis Separationis Tori *et num. seqq.*

92 Quaelibet causa in prima instantia a proprio Ordinario cognosci debet.

94 Adulterium uxoris concludenter probari debet.

96 In causa adulterii testes sunt formiter examinandi.

99 Judicium ubi caeptum ibi terminari debet.

In causa matrimoniali primum judicatum sufficit si Papa manus apponat, *ibid.*

100 Refertur Decretum Benedicti XIV. *in Lisbonen. Nullitatis Matrimonii.*

102 Breve Pontificium derogans impedimento quarti, seu tertii

Digitized by Google

et quarti gradus non sufficit pro tollendo impedimento proveniente ex duplici consanguinitatis gradu, sed necessaria est expositio et derogatio expressa huic impedimento duplicis gradus, sine qua matrimonium est nullum *et num. seqq.*

103 S. Pius V. super primo consanguinitatis seu affinitatis gradu protestatus est se nolle dispensare.

104 Illicitum sed non invalidum est matrimonium quod contrahitur ope dispensationis obtentae super quarto gradu, nulla tertii gradus facta mentione, sed ut sit etiam licitum requiruntur postea ante matrimonium literae declaratoriae super gradu propinquiore.

105 Post sublatum ope dispensationis duplicitatis gradus impedimentum sub supposito, quod tempore concessionis dispensationis alter ex contrahentibus hoc impedimentum ignoraret, si tamen id verum non esset, sed ipse quoque ejusdem impedimenti tempore concessionis gratiae notitiam habuerit, subsequens matrimonium nullitatis vitio laborat.

106 Breve Benedicti XIV. hanc nullitatem declarans.

RAPTAVE SIT MULIER, NEC PARTI REDDITA TUTÆ

Si matrimonium inter raptorem et raptam contrahatur nullius
1 est roboris, donec rapta permanet in potestate raptoris, quemadmodum juxta dispositionem *Sac. Concil. Tridentini Sess.* 24. *cap.* 6. *de Reform. Matrim.*, pluries respondit *Rota* et signanter *decis.* 264. *num.* 30., *et decis.* 316. *num.* 36. *part.* 5. *tom.* 1., *et dec.* 498. *num.* 14. *par.* 14., *et dec.* 162. *num.* 2. *et seqq. par.* 15. *et dec.* 250. *num.* 2. *et seqq. par.* 16. *recen.*, ultra poenam excommunicationis, perpetuae infamiae et inhabilitatis ad quascumque dignitates inflictam adversus consulentes, auxiliantes et favorem praebentes, multoque magis adversus raptorem, qui praeterea, sive raptam duxerit sive non duxerit, illam arbitrio judicis congrue dotare tenetur — clerici vero qui in hoc, ut supra, deliquerint a proprio gradu sunt dejiciendi ut expresse statuit *Sac. Concil. Trident. loc. cit.*

Ut raptus tamen dirimat vinculum matrimonii inter raptorem et raptam innuptam, requiritur *pri-*
mo abductio violenta mulieris de 2
loco ad locum *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 13. *num.* 7, *Navarr. consil.* 1. *de Raptor. num.* 1., *Barbos. sup. Concil. Trident. Sess.* 24. *de Reformat. Matrim. cap.* 6. *num.* 12., *Emmanuel. in Summ. tom.* 1. *cap.* 232. *num.* 2., *Koninch de Sacram. tom.* 2. *disput.* 31. *num.* 48., *Rot. decis.* 498. *num.* 3. *par.* 14. *et dec.* 162. *num.* 1. *par.* 15. *et decis.* 250. *num.* 1. *par.* 16. *recen*; qua abductione concurrente, mulier abducta vere et proprie dicitur rapta sive sit virgo, sive corrupta, sive vidua sive conjugata, sive etiam inhonesta, vel meretrix,

Digitized by Google

3 *Reiffenstuel in Jus. Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 1. *num.* 375., *Barbos. loc. cit. num.* 4., *Bosc. de impediment. Matrim. disput.* 12. *sect.* 9. *conclus.* 4., *La Croix lib.* 6. *par.* 3. *num.* 637., *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disput.* 13. *num.* 14.

Requiritur *secundo* quod violentia intercedat sive physica per violentam manuum injectionem,
4 sive moralis per minas aut gravem metum *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disput.* 12. *num.* 5., *Rot. decis.* 498. *numer.* 3. *part.* 14. *recen.*; si enim mulier volens abducatur, licet invitis parentibus, aut tutoribus, ex
5 hoc impedimentum raptus non oriri sustinent *Reiffenstuel in Jus. Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 1. *num.* 374., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 13. *num.* 13., *Sporer. Theol. Moral. tom.* 3. *par.* 4. *cap.* 13. *sect.* 1. *num.* 28., *Perez de Matrim. disput.* 38. *sect.* 4., *Pignatell. consult.* 80. *num.* 3 *et seqq. tom.* 5., *Ricc. resolut.* 342. *num.* 5. *par.* 4.; *Hurtad. disput.* 23. *diffic.* 3. *vers. Secundo*, *La Croix lib.* 6. *par.* 3. *num.* 628., *Gobat.*, *Mastrues*, *Krimer*, *Kugler*, *Uvex*, *Aversa*, *Less.*, *Reginald.*, *Tanner.* et alii — *Concilium* enim per raptum dirimi matrimonium voluit ne a rapta extorqueatur non liber sed coactus consensus, quo tamen libero consensu raptae interveniente, non obstat quod parentes, seu tutores sint inviti, quia ad validitatem matrimonii sufficit
6 solus liber contrahentium consensus, *Cap. Cum causam* 6. *De raptor.*

Verumtamen hanc opinionem secuti non sunt *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 5. *num.* 16. *et seqq.*, *Navarr. consil.* 32. *tit. de Sponsal. lib.* 4. *seu consil.* 2. *de raptor. lib.* 5., *Henriquez in Summ. lib.* 12. *cap.* 14. *num.* 4., *Card. Tusc. litt. R. verb. Raptus conclus.* 5. *num.* 5., *Vega in Summ. tom.* 2. *cap.* 34. *cas.* 157. *notab.* 1., *Zerol. in prax. Episc. par.* 2. *verb. Raptus* §. 1., *Petr. de Ledesma in Summ. par.* 1. *de Sacram. cap.* 26. *conclus.* 2. *dub.* 1., *Gutierrez de Matrim. cap.* 86. *numer.* 17., *Rebell. de Obligat. Just. par.* 2. *lib.* 3. *quaest.* 11., *Bonaccin. Theolog. Moral. tom.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 4. *punct.* 18. *num.* 5. *et tom.* 3. *disput.* 2. *quaest.* 2. *punct.* 9. *num.* 2., aliique tam Civilistae, quam Canonistae relati per *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disput.* 19. *numer.* 13. et per *Farinacc. quaest.* 145. *num.* 118. *et seqq.*, *De Marinis resolut.* 301. *num.* 8. *lib.* 1., *Cortad. decis.* 89. *num.* 40., nec eam amplexa est *Sac. Rota Romana*, quae, ut isti DD. mox citati tenet, quod raptus mulieris semper committatur, sive puellae tantummodo sive solis parentibus, sive utrisque vis illata fuerit, sive qualitercumque violentia intercesserit, ut videre 7
est in *decis.* 162. *num.* 7. *et* 8. *par.* 15. *et decis.* 250. *numer.* 6. *par.* 16. *recen.*; quinimo etiamsi mulier sponte discesserit et nulla vis intervenerit, quia illius pater dormiebat, *Rot. dicta decis.* 250. *num.* 8
3. *par.* 16. *recen.*, vel si raptus fiat invitis parentibus, quamvis illa consenserit, *Rot. decis.* 498. *num.* 9
7. *par.* 14. *et d. decis.* 250. *num.* 5. *par.* 16. *et decis.* 75. *num.* 12.

par. 17. *recen.*; aut si puella ab-
10 ducatur inscio tutore, vel eo sub
cujus cura permanebat, *Rot. d.*
decis. 162. *num.* 9. *par.* 15. *et d.*
decis. 250. *num.* 7. *par.* 16. *recen.*,
et eo tantum casu quod post tra-
ctatum et conclusum matrimonium
sponsa volens abducatur, contra-
riam sententiam locum habere de-
clarat *Card. de Luc. de Matrim.*
disc. 5. *num.* 9. *et seqq.*

Quia vero, secuto raptu et in-
11 simul matrimonio, mulier a raptore
separari debet, nullamque vim ma-
trimonium in raptu contractum ha-
bere potest, nisi ex dispositione
Tridentini sess. 24. *cap.* 6. *de re-*
format. Matrim. ab eo separata et
in loco tuto constituta eumdem in
12 virum habere velle declaret *Cap.*
Accedens 7. *De raptor.*, *Can. Si*
autem 10. *caus.* 36. *quaest.* 2., *Rot.*
dec. 498. *num.* 1. 9. 11. *par.* 14.
et dicta dec. 250. *num.* 2. *par.* 16.
recent., nam puella regulariter in
13 raptu praesumitur violentata *Rot.*
d. decis. 498. *num.* 6. *par.* 14. *re-*
cen. et, donec in potestate raptoris
reperitur, durare censetur causa
metus, etiamsi aliqui actus spon-
14 tanei videantur *Rot. decis.* 305.
num. 4. *et* 5. *par.* 15. *recent.* ni-
hilominus si, his etiam cautelis
praehabitis, ipsa matrimonio con-
sensum dedisse declarat, hic per
se solus consensus in raptu quoad
ipsam voluntario praestitus non suf-
ficit neque ad salvandum raptum,
neque ad validandum matrimonium
inter raptorem et raptam, quoties
15 parentes dissentiant. *Rot. dicta dec.*
162. *num.* 6. *par.* 15. *recent.*; sed
tam ad evitandas poenas raptori-
bus inflictas quam ad effectum
validitatis, patris etiam consensus 16
est necessarius, ut, post *Text. in*
Can. Lex illa 2. *caus.* 36. *quaest.*
1. = ibi = *Raptus admittitur cum*
puella a domo patris sui abduci-
tur, sive puellae solummodo, sive
parentibus tantum, sive utrisque
vis illata constiterit =, ex professo
tuetur *Rebell. de obligat. justit.*
par. 2. *lib.* 3. *quaest.* 11. *num.* 6.;
cum aliis plena manu cumulatis
per *Rot. dec.* 60. *num.* 10. *par.* 15.
recent., quibus adhaeret ipsamet
Rot. d. dec. 305. *num.* 16. *et seqq.*
eadem par. 15. *recent.*, sive invito
sive ignorante patre mulier rapta 17
fuerit, quando ex post reclamavit
Rot. dicta dec. 250. *num.* 3. *par.* 16.
rec. Imo nec ejus consensus sufficit,
etiamsi patre caruerit, quatenus
abducta fuerit inscio tutore, vel
eo sub cujus cura permanebat, ut 18
Sacram Congregationem Concilii
declarasse testatur *Rot. decis.* 162.
num. 9. *par.* 15. *et dec.* 250. *n.* 7.
par. 16. *recen.* Quam tamen opi-
nionem reprobat *P. Girald. in*
Exposit. Jur. Pontific. etc. tom. 2.
sect. 840. *vers. Nota II. et seq.*
ubi sustinet nec ipsorum parentum
consensum esse necessarium ad va-
lidandum matrimonium, quando
solus raptae liber consensus concur-
rit, cum quo non conveniunt nec
jam relati doctores, nec praesertim
Card. de Luc. de Matrim. disc. 5.
num. 19. *et seq.*, ubi mentem
Sac. Concilii Tridentini conformem
praecitatis *Rotae Decisionibus* de-
clarat, innixus etiam *Decreto Sac.*
Congregat. Concilii ut supra per
eamdem *Rotam* allegato et ema-

Digitized by Google

nato *sub die* 24. *Januarii* 1608., quod refert in fine dicti *discurs.* sequentis nempe tenoris = ibi = *Die* 24. *Januarii* 1608. *habita est Congregatio Concilii domi D. Card. Camerinen., cui interfuerunt Card. Camerinen., Montesperell., Pallaevicinus, Aquaviva, Mantica, Pamphilius, Montisregalis, Maffeus qui omnes senserunt Concilium procedere etiam in Muliere* VOLENTE, *dum tamen sit raptus juxta terminos Juris Civilis; unus Card. Montisregalis existimavit Concilium procedere quoad nullitatem matrimonii, non autem quoad poenas, sed caeteri omnes putarunt Concilium sibi vindicare locum etiam quoad poenas* =

Tertio requiritur, quod raptus fiat causa contrahendi matrimo-
19 nium, non autem sola causa explendae libidinis *Reiffenstuel in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 1. *num.* 377., *Barbos. super Concil. Tridentin. sess.* 24. *de reformat. Matrim. cap.* 6. *num.* 2., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 13. *num.* 4., *Sporer Theol. Moral. tom.* 3. *par.* 4. *cap.* 13. *sect.* 1. *num.* 29. In utroque casu tamen quo raptus commissus fuerit tam causa, videlicet, contrahendi matrimonium quam causa explendae libidinis, mulier est, ut supra, a raptore separanda,
20 nec validum est matrimonium ante separationem inter illos contractum *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 13. *num.* 3. *in fin.*, ubi refert ita fuisse decisum a *Sac. Congregat. Concil. Rot. d. dec.* 498. *num.* 1. *et* 2. *par.* 14. *recen.*

Quarto demum, quod mulier non solis levibus suasionibus et precibus abducatur, sed per vim
aut precibus violentiae aequivalen- 21
tibus *Barbos. loc. cit. num.* 7., *Gutierrez de Matrim. cap.* 86. *num.* 15., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *d. disput.* 13. *num.* 11., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 4. *punct.* 18. *num.* 5. *et* 6. quod tamen intelligendum venit quatenus mulier sit sui juris, vel si fuerit filiafamilias, aut sub tutela, raptus non fuerit com-
missus insciis vel invitis parenti- 22
bus, seu tutoribus, alias juxta *Rotae* opinionem nec expressus, ut supra, puellae consensus ad salvandum raptum et validandum matrimonium sufficeret.

Ad escludendum quoque raptum praecedens matrimonii tractatus non sufficit, si non fuerit
cum consensu mulieris per sponsa- 23
lia conclusus — secus autem si sponsalia praecesserint et mulier raptui 24
conseuserit *Cap. Cum causa* 6. *De raptorib.* pluribusque congestis *Borell. in Summ. dec. tom.* 2. *tit.* 33. *de appellat. num.* 48. *et seqq.*, *Gutierrez de Matrim. cap.* 86. *n.* 22., *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 5. *num.* 32., *Bordon. variar. resolut. par.* 3. *tit. de testib. Matrimonial. resolut.* 106. *num.* 110., *Boss. in prax. tit. de rapt. Mulier. num.* 17. *Sess. decis.* 96. *num.* 4., *Corn. cons.* 80. *num.* 7. *et seqq. lib.* 2., *Layman. Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 4. *cap.* 13. *n.* 3., *Rot. dec.* 498. *num.* 10. *par.* 14. *et dec.* 60. *n.* 14. *par.* 15. *et decis.* 250. *num.* 10. *et seqq. par.* 16. *recen.* Eoque

Digitized by Google

magis si post sponsalia factae fue-
rint solitae in parochia utriusque
25 sponsi denunciationes, his enim ca-
sibus raptus dici nequit commis-
sus, cum id accipiatur ad quod
accipiens jus habet, nec locus esse
potest anathematis poenae *Rot. d.
dec.* 25o. *num.* 12. 24. 25. 26. *par*
16. *rec.*

Notandum *primo* quod non suf-
ficit actum fuisse de nuptiis per
viam tractatus, nisi tractatus con-
clusus fuerit cum consensu utriu-
26 sque partis de nuptiis contrahen-
dis, nam ad hunc effectum spon-
salium probatio debet esse clara et
concludens, ita ut obscura et ae-
27 quivoca non relevet, ut, post *Text.
in d. Cap. Cum causa* 6. *De Ra-
ptor.* = ibi = *Si praecessisse ma-
trimonium, vel ex probationibus
viri, vel ex mulieris confessione
claruerit* =, firmavit *Rot. d. decis.*
25o. *num.* 13. 14. *et* 22. *par.* 16.
recentior.

Notandum *secundo* quod mulieri
raptae, super validitate matrimonii
ejusque libero consensu sine aliis
28 adminiculis, fides non adhibetur
Rot. d. decis. 25o. *n.* 16. *par.* 16.
recen. non obstante apocha matri-
moniali inter raptorem et raptam
stipulata, quia habet praesumptio-
nem antidatae, nihilque probat
29 si contrarietur dictis testium *Rot.
dicta decis.* 498. *num.* 11. *et seqq.
par.* 14., *et dicta decis.* 3o5. *num.*
10. 11. *par.* 15., *et d. dec.* 25o.
num. 20. 23. *par.* 16. *recen.*

Notandum *tertio* quod mulieris
raptae confessio de consensu prae-
stito raptui jam secuto non atten-
ditur, quia praesumitur extorta
impulsu et suasionibus raptoris *Rot.* 30
dicta decis. 25o. *num.* 19. *par.* 16.
recen., eoque magis si emissa fue-
rit ab ea adhuc in ejus potestate
existente, *Rot. dicta decis.* 498.
num. 14. *par.* 14. *rec.* — et e con-
tra ipsius mulieris declarationes su-
per non libero ejus consensu plu-
rimum praevalent et attenduntur
pro nullitate matrimonii, maxime
si factae fuerint coram notario et 31
testibus, *Rot. decis.* 3o5. *num.* 8.
par. 15. *et decis.* 25o. *num.* 15.
par. 16. *recen.*

Notandum *quarto* quod mulie-
ris consensus simpliciter pro raptu
non fert consensum pro ineundo 32
matrimonio *Rot. decis.* 75. *num.*
9. *par.* 17. *recen.*

Notandum *quinto* quod arma-
tus in raptu contra puellam dicitur
metum incutere ex duplici quali-
tate, nempe sexus et aetatis, prae- 33
cipue ubi cum armis sit paratus
vim facere resistenti *Rot. dec.* 498.
num. 4. *et seq. par.* 14. *recen.*

Notandum *sexto* quod explora-
tio voluntatis mulieris raptae, facta
a persona ad explorandum depu-
tata, plurimum attenditur ad vali-
ditatem vel invaliditatem matri- 34
monii *Rot. dicta decis.* 3o5. *num.*
9. *par.* 15. *rec.*, ejusque voluntas
constans esse dicitur si per ipsam
illa fuerit coram judice delegato ad 35
explorandum animum confirmata
Rot. decis. 162. *num.* 5. *par.* 15.
recen.

Notandum *septimo* quod, per
dispensationem Summi Pontificis
super matrimonio inter raptorem
et raptam contracto cum raptu in
gradu prohibito, omnes poenae le- 36

gales cessant *Rot. decis.* 316. *num.* 40. *et seqq. par.* 5. *tom.* 1. *recen.*

Notandum *octavo* quod crimen raptus committit non solum qui per se, sed etiam qui per alium rapiat; nam qui facit per alium est perinde ac si faciat per se ipsum ad regulam *Text. in Cap. Qui facit* 72. *De Reg. Jur. in* 6.

Notandum *nono* quod, pendente lite super validitate matrimonii inter raptorem et raptam, ipsa collocanda est in loco tuto, et ut plurimum in monasterio cum clausura, ut servavit *Rot. decis.* 312. *par.* 14. *recent.*, sive raptus commissus fuerit causa matrimonii, sive causa explendae libidinis, *Rot. decis.* 498. *num.* 2. *d. par.* 14. *recent.*; nisi tamen raptor et rapta inter se copulam carnalem habuerint, quia tunc in monasterio collocanda non esset.

Notandum *ultimo* quod si rapta post raptum liberum pro matrimonio consensum praebeat, adhuc matrimonium per ejus parentes ex justa causa impediri potest, ut probavi in *Vot. De sponsal. Filiorumfam.* HÆC FACIENDA VETANT CONNUBIA, FACTA RETRACTANT.

Sunt enim impedimenta propter quae, si nihilominus contractum fuerit matrimonium et contrahentes etiam illud consummaverint, sunt omnino perpetuo separandi, quae impedimenta in carminibus in superiori *Cap.* 1. *num.* 14. relatis continentur. In iis tamen expressa non leguntur sequentia, videlicet impedimentum amentiae seu
37 furiae perpetuae, quod dirimit matrimonium *D. Bonavent. quaest.* 1. *dist.* 34. *in conclus.*, et clarius *dub.* 7. *D. Thom. in* 4. *dist.* 34. — nec impedimentum defectus aetatis annorum *duodecim* in foeminis, et in maribus *quatuordecim*, ante quam aetatem regulariter iuvalide contrahunt, exceptis casibus 38
notatis in meo *Vot.* 1. *num.* 99. *et seqq. De Sponsal. Filiorumfam.*

Et quamvis eadem carmina reformata reperiantur, et signanter penes *D. Canonic. Honorant. in prax. Secretar. Urb. Vicar. Cap.* 29. § 3., quae sunt infrascripta:

Error, Conditio, Votum, Cognatio, Crimen, 39
Cultus disparitas, Vis, Ordo, Ligamen, Honestas,
Aetas, Affinis, si Clandestinus et Impos,
Raptave sit mulier, nec parti reddita tutae.
Haec facienda vetant connubia, facta retractant.

nihilominus in his etiam impedi- 40
mentum amentiae seu furiae perpetuae deficit.

Quoties autem oritur dubium an matrimonium sit nullum ob aliquod dirimens impedimentum, instaurandum est judicium coram judice ecclesiastico modo et forma praescripta in *Constitutione Benedictina* per extensum relata in superiori *Cap.* 1. *a num.* 17. *ad fin.*, sub poena nullitatis omnium actorum, ut interrogatus respondi in sequenti voto nimirum: —

Suo orbata genitore adhuc in pupillari aetate existens Domina Francisca natalium nobilitate con-
spicua, cum vix quartum supra 41
decimum annum attingeret cupiens D. Constantia ejus mater, sub cujus tutela remanserat, nuptui eam tradere D. Fabiano, cum quo tractatum, inscia tamen filia, jam

Digitized by Google

inierat, hac sua deinde illi pan-
42 dita voluntate, perhorruit D. Fran-
cisca audito nomine Fabiani, ha-
sque nuptias non solum verbis sed
multo magis copiosissimis lacrymis
nolle quovis pacto contrahere saepe
saepius matri comprobavit: haec
autem, ne a data fide discederet,
omnem curam conatusque omnes
43 adhibuit ut invitam et reluctan-
tem filiam ad hoc matrimonium
adigeret. Verum cum ei datum non
esset puellae animum flectere ac
demulcire, nedum ad minas sed
ad saevitias properavit, eam assi-
44 duis percussionibus et alapis usque
ad sanguinem ab ore, naribusque
manantem afficiendo, quibus addi-
dit etiam minas eam dote et suc-
cessione privandi.

Ex quibus perterrita tandem
et ab aetatis imbecillitate devicta
puella ad actum celebrationis hu-
jus matrimonii per vim et metum
devenire coacta fuit, sua tamen
constantissima animi aversione, suo-
45 que dissensu et lacrymis et verbis
et protestationibus saepe saepius
apertissime demonstrato.

Ut primum autem potuit, post
tempus plurium annorum in statu
connubiali decursum, non omisit ab
hoc matrimonio reclamare in curia
46 ecclesiastica Ordinarii, instans illud
declarari nullum tamquam vi, me-
tuque contractum, instauratoque
judicio, citato semper et audito in
quolibet actu Defensore matrimonii
ad hunc effectum specialiter de-
putato ad tramites dictae *Con-
stitutionis* Benedicti xiv., pro-
bata ejus coactione, atque dissen-
su, accedente quoque juramento
per ipsam solemniter praestito co-
ram Vicario Generali, obtinuit sen- 47
tentiam declarantem matrimonium
fuisse et esse nullum, irritum et
invalidum, injuncta tamen utrique
collitiganti prohibitione ad alia vota 48
convolandi, ut in dicta *Constitutione*
praecipitur; a qua interposita apud
Nunciaturae tribunal per D. Fabia-
num appellatione, causaque in par-
tium contradictorio acriter disce-
ptata, audito et in quolibet semper
actu citato defensore matrimonii
in hac pariter secunda instan- 49
tia specialiter deputato, praedi-
cta sententia in omnibus et per
omnia confirmationis robur obti-
nuit.

Quamvis ab his duobus senten-
tiis nullitatem hujus matrimonii
declarantibus maximum pondus
caeteris probationibus adjiciatur
Rot. cor. Emerix Junior., dec. 870.
num. 15.. *et cor. Lancett. dec.* 310.
num. 14. = ibi = *Vimque supra-
dictis addunt geminae sententiae,* 50
*quae super nullitate dicti matri-
monii prodierunt in partibus tem-
pore magis actu proximo; altera
nempe Vicarii Capitularis Eccle-
siae Luccorien., altera Episcopi Po-
snaniensis tamquam Judicis a Sede
Apostolica delegati, ex quibus tam-
quam latis in loco ubi erant notae
qualitates personarum, mores re-
gionis et aliae circumstantiae ad
probationem metus conferentes,
DD. illis etiam deferendum esse
putarunt, ut pondus aliarum pro-
bationum, quae nuper adductae fue-
runt, semper magis magisque augea-
tur* =; adhuc ab eisdem geminis con-
formibus judicatis causa ad Urbem

devoluta per recursum a D. Fabiano
succumbente habitum ad *Sacram*
Congregationem Concilii, obtinuit,
defensore D. Franciscae perperam
consentiente, subscribi dubium
= *An constet de validitate, seu*
51 *potius nullitate matrimonii* = et
alterum = *An et cujus culpa sit*
locus separationi tori = proposi-
taque causa, eaque pro parte eju-
sdem mulieris fere indefensa, pro-
diit resolutio quoad primum du-
bium = *Affirmative ad primam*
partem, et negative ad secundam =
52 quodque *amplius* causa in *Sacra*
Congregatione non proponeretur;
quo vero ad secundum, respon-
sum fuit = *Affirmative* = scilicet
53 = *esse locum separationi tori culpa*
mulieris et ad mentem = quae fuit
= *ut scribatur Nuncio Apostolico,*
qui mandet collocari in monaste-
rio clauso Franciscam sumptibus
viri = Resolutio quidem justa se-
cundum extrajudiciales probatio-
nes, tamquam innixa nonnullis
perditorum testium depositionibus
ad perpetuam per D. Fabianum ad
54 foedandam praenobilis matronae fa-
mam, honoremque deturpandum
malis artibus expiscatis, quod ejus
defensor opponere et contrarium
probare neglexit.

In hoc rerum statu quaesitum
fuit a me quid agendum, cumque
revolutis actis, omnibusque causae
probationibus ac documentis, tam
jam productis in partibus, quam
aliis ex incuria et oscitantia prae-
dicti Defensoris coram *Sac. Con-*
gregatione non productis, multa
perspexerim et quidem intollerabi-
lia D. Franciscae illata gravamina,
ad ea reparanda sum arbitratus,
quod pro parte ipsius (diligentis,
doctique Defensoris praesidio) vel
petenda esset coram eadem *Sac.*
Congregatione nova audientia ad
hoc ut, ea obtenta detectisque et
concludenter probatis fraudibus at-
que calumniis adversarii sub unico
dubio = *An praedictum matrimo-*
nium pro valido haberi debeat =,
causa denuo proponi posset, vel
pro eodem effectu ad *Auditorem*
Sanctissimum recursus esset ha- 55
bendus ad hoc ut causam hanc
Sacrae Rotae Auditorio saltem pro
voto committeret, quatenus Emi-
nentiss. PP. ab artibus et fraudibus
D. Fabiani nauseati, hanc iterum
causae cognitionem, nonnisi propter
formale examen testium hinc inde
inductorum cum literis remissoria-
libus faciendum in longum protra-
hendam, assumere nolint.

Agitur enim de causa gravis-
sima, in qua nulla cadit disputa-
tio, nullumque ea dubium involvit
super interpretatione alicujus di-
spositionis Conciliaris, sed unice 56
disceptatur = *An matrimonium,*
de quo quaeritur, celebratum per
D. Franciscam cum D. Fabiano,
contractum fuerit per vim et me-
tum = quod cum elici debeat ex
jure communi, sacrorum canonum
dispositione, canonistarum senten-
tiis, factique probationibus, non
repugnat quod hujusmodi causa,
requirens discussionem facti et ju-
ris, in *Sacrae Rotae Auditorio*
agitetur, in qua, ut plurimum,
similes causae agitari solent, ut in 57
proposito advertit *Fagnan. in Cap.*
Cum olim 18. num. 39. et 40. de

Digitized by Google

rescript., et ad rem nostram optime ponderat *Card. Petr. in Comment. ad Constit. Apostolic. sect.* 3. *pag.* 150. *num.* 13. *tom.* 5.

Quin adversari valeat quod agitur de causa nedum instructa, sed etiam per *Sacram Concilii Congregationem* decisa, quia, quotiescumque agitur de causa gravi gravemque articulum involvente, tametsi decisa comperiatur in aliqua
58 *Sacra Congregatione*, non est no-
vum quod demandari soleat, ut in ea procedatur *de Voto Rotae*, quemadmodum, pluribus relatis exemplis, advertit supra laudatus *Card. Petr. in Comment. Apost. tom.* 5. *sect.* 3. *pag.* 149. *num.* 7. = ibi = *Consideratum fuit quod, etsi soleat Signatura Sanctissimi ob gravitatem articuli demandare, ut Judices nedum inferiores procedant de Voto Rotae, sed etiam ut Congregationes Cardinalium etiam Concilii causas cognoscant cum Voto Rotae, licet etiam causa decisa fuisset etc. ut in causis Mediolanen. Nullitatis Professionis coram Emerix jun., Romana Matrimonii, Ferrarien. Feudi, Giennen. Juris mutandi etc.* = et novissime in *Æsina Collectarum* postquam *in Congregatione Boni Regiminis* discussa extitit et lata sententia, fuit rescriptum per *Signaturam SS*mi. ut *Congregatio* procederet *cum Voto Rotae*; et, aliis omissis, in *Firmana Juris colle-*
59 *ctandi* post septies decisam Causam
in *Sacra Congregatione Boni Regiminis* ex rescripto quoque Signaturae Gratiae coram Sanctissimo, extenso Voto more Rotali a Aresio, tandem ex Decreto Auditoris SSmi. delegata fuit *Sacrae Rotae Auditorio*, ut in dicta *Firmana Juris Collectandi* 29 *Januarii* 1748. §. 1. *cor. Canilliac.*

Eoque magis si prae oculis habeatur ratio, cur *Sac. Congregatio* coacta fuit ad hujus gravissimae causae decisionem sub unica
tantum propositione, *revocatis ge-* 60
minis conformibus Sententiis, addita clausula, quod *amplius causa in Sacra Congregatione non proponeretur*, quia nempe adversarius, fere sine contradictore, falsitatibus ab eo cumulatis ostendit actionem super nullitate matrimonii per dominam Franciscam intentatam, nonnisi a calumnia, animique malignitate descendere, quando ineluctabilibus fulcitam rationibus eam juri consonam et canonistarum placito innixam manifestissime comprobant solidissima fundamenta desuper indicata, matrimonii nullitatem aptissime suadentia: maxime quia ubi doceatur, prout de facili docere potest, quod exposita per adversarium, nonnisi evidentissimae sunt calumniae, quodque
in praesenti non agitur, nisi de 61
causa simpliciter matrimoniali, in cujus proinde discussione supradicta *Constitutio Benedictina* non impedit, quin ab unica sententia, etiam pro validitate matrimonii emanata, appelletur, ita ut si causa *Sacrae Rotae Auditorio* commissa reperiatur, interposita a prima senten-
tia appellatione, ab aliis auditori- 62
bus juxta ordinem, seu turnum
definiatur; si vero *Congregatione* 63
Particulari, altera etiam deinde in

Digitized by Google

gradu appellationis *Particularis*
Congregatio deputari debeat; et si
in *Congregatione Cardinalium Con-*
64 *cilii Tridentini Interpretum* agita-
ta, in eadem reproponatur, taliter
ut duo semper judicata aut con-
formes sententiae concurrant, quod
65 est omnino servandum in thesi iu
qua, ut dixi, sub unica resolutione
revocatae fuerunt geminae confor-
mes sententiae, quando, praescin-
dendo etiam a dicta *Constitutione*,
compertum unicuique est, quod in
causa reddita appellabili a senten-
66 tia alterius revocatoria tam de jure,
quam de praxi intrat appellatio
Rot. decis. 158. *num.* 5. *coram*
Cavaler. et decis. 90. *num.* 6. *part.*
9. *recen. tom.* 1.

Nil penitus revelante quod
jam fuerit per *Sacram Congrega-*
tionem Concilii ad instantiam D.
Franciscae concessa nova audientia;
67 haec etenim non aliter, quam sub
hac lege concessa fuit = *Audiatur,*
docto de executione Decreti pro-
visionalis, ad quem effectum scri-
batur Nuncio Apostolico = in
modum, ut nova audientia pro non
concessa haberi debeat, donec do-
ctum non fuerit de executione dicti
decreti, cum pendeat ab ablativo
68 absoluto = *docto* = effectum suum
minime sortitura, quousque non
verificata et adimpleta remaneat
conditio, sub qua legitur concessa,
eoque fortius, quia nova audientia
sub hisce verbis concepta, nullo
pacto suspendit, sed executioni de-
mandandam esse praecipit captam
resolutionem per detrusionem D.
69 Franciscae in monasterium clausum,
et sic in devolutivo tantum.

Quamobrem relevandae omni-
no sunt calumniae honestati D.
Franciscae per adversarium impi-
ctae, ut nova audientia absolute
quoad omnia in suspensivo conce-
datur, praesertim quia demandata
executio decreti provisionalis nedum
aperte laedit, sed protritam unde-
quaque reddit famam et honesta-
tem D. Franciscae, cum ipsius cul-
pae tribuat tori separationem, et
per consequens canonizet foeditis-
sima illius adulteria per D. Fabia-
num nimis inverecunde et per
nigerrimam calumniam supposita;
taliter ut ejus detrusio in monaste-
rium clausum se habeat in poenam
praetensorum scelerum eo modo,
quo praescribitur per Sacros Ca-
nones, et faciendum esse urget D.
Fabianus in suis informationibus
in *Sac. Congregatione* distributis.

Neque hisce tantum funda-
mentis innititur rationabilitas hujus
instantiae, quam opinor esse pro-
movendam sive coram eodem Sa-
cra Congregatione, sive coram
Auditore Sanctissimo; sedulo nam
inspecta dicta *Constitutione Bene-*
dictina omnia huc usque hac in 70
causa hic in Urbe gesta in gradu
appellationis ab enunciatis senten-
tiis nulla apparent et invalida, ob
non servatam formam in judiciis
causarum matrimonialium in dicta
Constitutione sub poena nullitatis
actorum innegabiliter demandatam.
In ea siquidem praescribitur quod
in causis matrimonialibus, in qui-
bus contenditur de validitate seu
invaliditate matrimonii sive in pri-
ma, sive in secunda, sive in ulte-
rioribus instantiis tam extra Urbem,

Digitized by Google

71 quam in Urbe, deputari semper debeat Defensor matrimonii tamquam
72 persona necessaria — extra Urbem ab Ordinariis locorum qui quocumque in actu et qualibet judicii parte citandus sit, sive unus ex conjugibus pro nullitate matrimonii agat, sive ambo, alter pro nullitate, alter pro validitate matrimonii in judicium veniant; si vero hujusmodi causae ad Urbem per appellationem devolvantur, quas cognoscendas esse praecipit vel in *Sac. Congregatione Concilii*, vel in *Sacrae Rotae Auditorio*, cum ea tamen conditione = *Dummodo Romano Pontifici pro tempore justis ex causis non videatur Particularis Congregatio Cardinalium, seu Romanae Curiae Praelatorum deputando* =, expresse mandat quod si causa agitabitur
73 in *Sacra Congregatione Concilii* Defensor matrimonii ab Eminentissimo ejusdem Congregationis Praefecto, si vero in *Sacrae Rotae Au-*
74 *ditorio* ab Auditore Decano, si demum in *Particulari Congregatione*
75 a persona ejusdem Congregationis digniore deputetur, haecque inviolabili adeo lege observari voluit, ut ea non servata, in judicio omnia
76 peracta, nulla, irrita et cassa declaret, ac pro nullis, cassis et irritis haberi velit et mandet, ut latius videre est ex toto tenore dictae *Constitutionis*.

Si igitur D. Fabianus hujus Defensoris matrimoniorum in hac causa praesentiam effugit, quia ille ad sustinendam matrimonii validitatem scribens tantum pro veritate ejus falsissimis documentis, falsisque probationibus usus non esset, et forsan etiam ab eo requisitus contra propriam honestatem neque illis uti, neque deficientibus necessariis et stabilibus fundamentis pro validitate matrimonii scribere voluit, inde sequitur quod omnia in hac causa hucusque sine illius interventu peracta, et consequenter ex culpa adversarii spreta forma in dicta *Benedictina Constitutione* statuta, nulla et invalida omnino
sint per *text. in Cap. Cum dilecta* 77
22. *de Rescript. L. de his*, ibique *Bartol. ff. de transact., Gonzalez ad reg.* 8., *Cancell. gloss.* 49. *n.* 2. *et* 3., *Marescott. variar. resolut. lib.* 1. *cap.* 68. *n.* 3., *Rot. dec.* 275. *num.* 21. *par.* 10. *rec.*; quod inhaesitanter eo magis locum sibi vindicare debet in themate hujus casus quia praescripta forma legitur cum clausulis annullativis = ibi = *Quaecumque in Judicio peracta fuerint, nulla, irrita, cassa declaramus, ac pro nullis, cassis et irritis haberi*
volumus =, proindeque ea non adim- 78
pleta, omnia ruere, ac substineri minime posse docent *Campanil. rub.* 11. *cap.* 13. *num.* 93., *Trentacinq. resolut.* 2. *per tot., Lazzar. tract. de monit. sess.* 4. *quaest.* 8. *n.* 8.: et ratio convincentissima est, quia quando conceditur alicui jurisdictio sub certa forma, ea non servata, non tenet a principio, quod agitur, nec sanari exinde potest, quia quando forma respicit ordinem,
cum sit substantialis, nec in mi- 79
nimo praeteriri potest, sed ad unguem servanda venit *Felin. in d. Cap. Cum dilecta* 22. *sub num.* 6. *vers. Gesta contra formam de rescript., Bald. in leg.* 2. *num.* 11.

Digitized by Google

Cod. Quomod. et quand. Jud., *Jas. in leg. Praetor ait § Sive autem n.* 2. *et* 3. *ff. de nov. oper. nunciat.*, *Pignatell. consul.* 78. *n.* 1. *tom.* 6., *et consult.* 33. *sub n.* 26., *et consult.* 114. *sub n.* 13. *tom.* 10.

Quae validiora fiunt si perpendatur quod Summus Pontifex Benedictus xiv. post praescriptam formam in his judiciis tam extra Urbem, quam in Urbe servandam, devenendo ad judicum designationem quoad causas a sententiis de partibus ad Sanctam Sedem devolutas, licet eas cognoscendas esse
80 mandet vel *in Congregatione S. R. E. Cardinalium Sacri Concilii Interpretum*, vel *in Sacrae Rotae Auditorio*, hoc tamen immediate subjungit = *Dummodo Nobis et Romano Pontifici pro tempore justis*
81 *ex causis non videatur particularis Congregatio S. R. E. Cardinalium, vel Romanae Curiae Praelatorum deputanda* =

Quo stante, non erat in facultate Dom. Fabiani ad sui pla-
82 citum causam hanc in gradu recursus seu appellationis in *Sacra Concilii Congregatione* instaurare, sed adeundus erat *Auditor Sanctis-*
83 *simus* cum instantia *signari commissionem*, qui, perpensis omnibus facti circumstantiis, cuinam ex designatis judicibus causam committere, seu potius ad Particularis Congregationis deputationem devenire expedientius esse decerneret; praedicta namque verba conditionem important taliter ut nemini ex designatis judicibus tributa dicatur jurisdictio, quousque aditus non fuerit Supremus Princeps, et quidem citata parte, ut in judicum pluralitate generice designatorum illum seligat, quem qualitati causae magis expedire videatur, alias, hac conditione non adimpleta, spretaque hujusmodi lege, quidquid peractum fuerit considerari debet 84
ac si processisset a judice nulla adhuc jurisdictione suffulto, ut post *Gloss. in Clement.* 1. *verb. Repererint de offic. delegat.* apposite advertunt *Soccin. Sen. cons.* 99. *num.* 10. *vol.* 3., *Marta de claus. par.* 1. *claus.* 36. *num.* 1. 3. *et* 5., *Crescen. dec.* 1. *de re judic.*

Satis profecto hucusque deducta superabundant pro obtinenda hujus causae vel revisione coram *Sac. Congregatione*, vel remissione *Sacrae Rotae Auditorio*. At longe fortiora urgent, quae huic instantiae annuendum omnino esse suadent; incongruentia videlicet *secundi dubii* repugnantissimi, et 85
penitus cum primo incompatibilis, utpote nullam connexionem, nullamque dependentiam ab eo habentis; cum enim hujusmodi causa unice actum fuerit super validitate seu invaliditate matrimonii in sequelam instantiae per D. Franciscam actricem promotae adversus ejus illegitimum virum D. Fabianum duplici uniformi sententia canonizatae, nullo pacto poterat hodie in gradu appellationis una simul cognosci de causis separationis tori, nec ullatenus, ad adversarii instantiam, 86
a defensore D. Franciscae disputatio hujus articuli cum subscriptione secundi dubii admitti debebat, sed stricte is unus erat examinandus articulus = *An matrimonium pro* 87

Digitized by Google

*valido vel invalido habendum es-
set, seu sententiae utriusque judicis
super invaliditate emanatae confir-
mandae forent vel infirmandae* ==,
nulla habita ratione de articulo
separationis tori, de quo coram
88 praefatis judicibus in hujusmodi
causa disceptatum minime fuit.

Si namque *Sac. Congregatio
Concilii* confirmando sententias
eorumdem judicum matrimonium
invalidum declarasset, nulla aderat
causa, nulla urgebat necessitas,
imo omnis assistebat ratio dene-
gandi subscriptionem hujus secundi
89 dubii == *An, et cujus culpa sit
locus separationi tori* == quia ex
capite nullitatis matrimonii, tori
separatio inevitabilis extitisset; si
vero pro validitate matrimonii, jam
D. Fabiano licitum nequaquam erat
neque permissum sub mendicato,
falsoque praetextu plurium inho-
90 nestatum ab uxore sua ex abrupto
divertere, multoque minus *in Sac.
Congregatione Concilii* tori sepa-
rationem expostulare; quoties enim
causam habuisset petendi separa-
tionem tori, judicium istud tam-
quam novum, diversum, nullam-
que, ut dixi, dependentiam et con-
91 nexionem habens cum articulo
validitatis, vel invaliditatis matri-
monii non aliter in prima instantia
intentari poterat, quam coram suo
92 judice ordinario, cum, juxta *Sacri
Concilii Tridentini* dispositionem
in *cap. Causae omnes. 20. sess.* 24.
de reform., quaelibet causa debeat
in prima instantia coram proprio
Ordinario cognosci, nec ab ejus
jurisdictione etiam de partium con-
sensu declinari possit, itaut hujus-
modi causae in prima instantia alibi,
quam coram proprio Ordinario pro-
motae, passim recurrentibus Curiis
Ecclesiasticis per Tribunal Signatu-
rae Justitiae *ad partes* remittantur.

Quod servandum erat et ser-
vari omnino debet in hoc judicio
separationis tori in *Sac. Concilii* 93
Congregatione per D. Fabianum in-
tentato, cujus illaudabilis intentio-
nis fundamentum non alio quidem
animo quam ad integram usur-
pandi conspicuam dotem florenorum
150,000. ipsi constitutam, etiam in
maxima parte ab eo possessam, si-
stit tantummodo in deturpanda
honestate D. Franciscae, eam de plu-
ribus adulteriis nequissime insimu-
lando, nonnullis ad id exhibitis 94
attestationibus gradum nec mini-
mum probationis constituentibus,
et de falsitate suspectissimis, utpote
per D. Fabianum, vel a propriis
famulis, servitioque suo addictis,
vel ab eo quomodolibet dependen-
tiam habentibus contra uxorem pro-
pter oppositam matrimonii invali-
ditatem, odio vehementer accenso
expicatis — quando e converso ad
praetensum effectum perspicua un-
dique ac concludentissima monu-
menta requiruntur *Gonzalez in cap.*
3. *n.* 5. *de Conjug. lepr., Sanchez
de Matrim. lib.* 10. *disp.* 12. *n.* 39.
et seqq., Rot. coram Buratt. dec.
711. *num.* 1. *et seqq.*, ne mulieris
decori ac honestati per maledicas
inculpationes tam grave praejudi-
cium impune irrogetur *Cap. Ex
parte* 9. *de Sponsal., Cap. Signifi-
casti* 4. *de Divort., Leg. Merito* 51.
*ff. Pro Soc., Leg. fin. Cod. de probat.,
Rot. dec.* 1356. *num.* 1. *coram Se-*

Digitized by Google

raphin., *et dec.* 581. *num.* 2., *et decis.* 611. *sub n.* 11. *coram Pen.*, *et dec.* 338. *num.* 5. *par.* 1. *divers.*, *et dec.* 51. *n.* 31. *et seqq. par.* 12. *recent.*

Tantoque certius, fortiusque, quia cum ex hac turpissima macula agatur de irroganda perpetua infamia non solum huic honestis-
95 simae matronae, sed universae ejus inclytae familiae, omnis aequi, bonique ratio postulat, ne sub ira exosissimi viri calumniata, atque in re tam gravi in aeternum deturpata succumbat, nisi prius juridice et juxta praxim promota instantia, productisque attestationibus ad vindictam a marito lite pendente quaesitis, super iisdem cum interroga-
96 toriis ex parte D. Franciscae dandis formiter testes examinentur, et repetantur coram Ordinario, quem viri odium, uxoris honestas, ac testium indoles latere minime poterit.

Nec diversimode esse faciendum arbitror, si animadvertatur jam inchoatum et instructum hoc fuisse judicium ad instantiam D.
97 Fabiani in Tribunali Nunciaturae tempore, quo Nuncius erat in limine ferendae sententiae confirmatoriae alterius ab Ordinario super nullitate matrimonii emanatae, animo tantum protelandi hujus causae expeditionem, qua tamen instantia non obstante fuit per Nuncium promulgata sententia confirmatoria, datis tantummodo ad tramites promotae instantiae Ordinario literis pro extrajudiciali informatione su-
98 per somniatis adulteriis per D. Fabianum adductis, itaut haec causa adhuc in dicto Tribunali indecisa pendeat, a quo nequit hodie per saltum avocari ex notissima regula, quod judicium ubi caeptum ibi 99
terminari debet —

Et ita etc.

Haec causa ulteriorem non habuit progressum quia mors viri cursum illius obtruncavit. Sed si pendente hujusmodi lite super nullitate matrimonii, mulier potius, non electa sepultura, obiisset, et excitatum esset dubium in quonam sepulchro tumulari deberet, cum in gradu appellationis in Urbe per sententiam, seu sententias judicato Ordinarii conformes terminatum non fuisset judicium, eadem mulier in sepulchro mariti erat sepelienda per ea, quae tradit *Marsil. de Bannit. verb. Lis pendet num.* 157.

Non semper tamen ad matrimonii dissolutionem duae requiruntur sententiae conformes, si enim post primum judicatum Papa manus apponat, unica sufficit sententia, quemadmodum apparet ex infrascripto *Decreto* Benedicti xiv. *diei* 27. *Septembr.* 1755. *in Lisbonen. Nullitatis Matrimonii*, et ex subsequenti *Pontificio Brevi diei* 30. *ejusdem mensis et anni* videlicet: —

DECRETUM
IN CAUSA
LISBONEN. NULLITATIS MATRIMONII.

„ Cum super matrimonio,
„ praevia dispensatione super im-
„ pedimento quarti gradus consan- 100

Digitized by Google

„ guinitatis a CLEMENTE PAPA XII. concessa, in civitate Zamoreusi contracto inter Violantem Josepham Enriquez de Almada, et Aloysium Franciscum Assis Sanchez de Baena, et numquam carnali copula consummato contentio exorta fuerit, tum quia Violantes asserebat, illud non fuisse contractum coram proprio contrahentium Parocho, tum quia comprobare nitebatur a se re integra fuisse revocatum mandatum, quod procuratori dederat ut matrimonium contraheret; controversiae definitio a Nobis commissa fuit Congregationi Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum: et cum ipsi, post nonnulla responsa aperiendae veritati maximopere conducentia, binas tandem ediderint resolutiones matrimonii validitati faventes, petente praedicto Aloysio Francisco, juxta morem fuerunt eaedem confirmatae per Nostras Literas Apostolicas in forma brevis expeditas *die* 8. *Julii* 1750. Judicium favorabile validitati matrimonii bis latum, et, uti supradictum est, a Nobis confirmatum, completum et terminatum dici poterat ad tramites constitutionis a Nobis editae super ordine et forma causarum matrimonialium, quae incipit *Dei Miseratione* et quae est *trigesimatertia in nostro Bullario tom.* 1. Sed aliter res se habuit; instaurata videlicet controversia contra validitatem matrimonii, non ex quo contractum fuisset coram Parocho illegitimo, aut post revocatum procurae mandatum, sed ex alio disparato capite, uti mox exponetur. Violantes et Aloysius Franciscus non erant conjuncti tantum tertio et quarto consanguinitatis gradibus, sed erant conjuncti duplicibus tertio et quarto gradibus a duplici latere provenientibus: dispensatio autem concessa a Nostro Praedecessore Clemente Papa XII. quartum tantummodo et ad summum tertium gradum comprehendebat, nec se extendebat ad duplicem tertium et quartum gradum. Cumque, instante Aloysio Francisco, fuerint a Nobis expeditae Literae Apostolicae in forma Brevis *die* 12. *Septembris* 1750. quarum ope duplicitatis gradus impedimentum sublatum dici poterat, sed sanatoriae gratiae concessio eo sub obtentu facta sit quod Violantes tunc esset ignara novi impedimenti duplicitatis gradus inter ipsam et Aloysium intercedentis, et Violantes provinciam assumpserit comprobandi, quod tempore concessionis gratiae et expeditionis Brevis sanatorii ipsa erat conscia novi impedimenti, jusque suum perfecte cognoverat; ex his instaurata est controversia contra validitatem matrimonii, non ex quo contractum fuisset coram Parocho non proprio contrahentium, vel ex quo initum fuisset post revocatum procurae mandatum, uti supra dictum est, sed ex alio disparato capite seu fundamento, quod videlicet contractum fuisset vigente impedimento dirimente, per Apostolicas Literas nullate-

Digitized by Google

„ nus sublato. Delata ad Nos novae
„ praetensionis notitia, ejus defi-
„ nitio eidem memoratae Congre-
„ gationi Cardiualium Concilii Tri-
„ dentini Interpretum fuit a Nobis
„ commissa, ea tamen adjecta con-
„ dictione, ut de validitate aut
„ nullitate matrimonii cognosce-
„ rent, habita tantum ratione suf-
„ ficientiae aut insufficientiae de-
„ rogationis obtentae super impe-
„ dimento gradus, nec ulla babita
„ consideratione aliarum rationnm,
„ ob quas praeteritis causae propo-
„ sitionibus promota fuerat instan-
„ tia pro nullitate matrimonii. Ad
„ tramites impositae legis examen
„ assumptum est, adhibitisque op-
„ portunis diligentiis, communibus
„ tandem suffragiis edita est reso-
„ lutio contra validitatem, et pro
„ nullitate matrimonii, defensore
„ matrimonii ad tramites Nostrae
„ Constitntionis constituto, suo
„ munere de more, egregie tum
„ voce tum scriptis functo, exhi-
„ bito tantum in postrema causae
„ propositione ab Aloysio Fraucisco
„ supplici libello, in quo se et jura
„ sui matrimonii judicio Congre-
„ gationis submittere professus est.
„ Unica resolutio favens nullitati
„ matrimonii, juxta memoratam
„ Nostram Constitutionem, non
„ sufficit ut judicium absolutum
101 „ dici possit, cum altera resolutio
„ praecedenti conformis accedere
„ debeat. Pro totius ergo negotii
„ finali absolntione, necessarium
„ fuisset ut causa iterum in Con-
„ gregatione proponeretur, et alia
„ ederetur resolutio praecedenti
„ conformis: sed, cum id fieri
„ nullatenus posset absque novis
„ expensis et longioris temporis
„ mora maximopere inopportuna
„ in causa matrimoniali a longo
„ tempore introducta, non obstante
„ gravi aetate, in qua sumus con-
„ stituti, neque pariter obstantibus
„ molestis negotiis, quibus quotidie
„ vexamur et opprimimur, inhae-
„ rentes etiam insinuationi prae-
„ dictorum Cardinalium, qui in
„ Congregatione uniformibus suf-
„ fragiis censuerant matrimonium
„ fuisse nullum, qnique expediens
„ futurum esse dixerunt ut po-
„ sthabita nova propositione in Con-
„ gregatione, Nos ipsi rem totam
„ perpenderemus; laborem assum-
„ psimus scripturas Congregationi
„ exhibitas perlegendi, et omnia
„ et singula, quae a scribentibus
„ fuerant deducta, ponderandi, ut,
„ quatenus judicium Nostrum con-
„ forme fuisset resolutioni Congre-
„ gationis, superabundanter dici
„ possent adimpleta, quae a Nobis
„ in Constitutione Nostra statuta
„ sunt, et, quatenus difforme fuis-
„ set, nulla amplius superesset de
„ validitate matrimonii dubitatio.
„ Tria sunt de quibus actum est
„ in causae discussione — Primum
„ est, an pro validitate matrimonii
„ necessaria fuerit dispensatio a
„ Nobis concessa, permittens ut,
„ non obstante impedimento du-
„ plicis gradus, matrimonium con-
„ trahi posset, vel potius sufficiens
„ fuisset praecedens dispensatio a
„ Nostro Praedecessore concessa,
„ quae impedimentum sustulit ter-
„ tii et quarti gradus — Secundum,
„ an dispensatio a Nobis concessa

„ eo sub praesupposito facta sit
„ quod tempore concessionis Vio-
„ lantes ignoraret impedimentum
„ duplicitatis gradus — Tertium, an
„ tempore expeditionis novi Brevis
„ Violantes ignoraret, seu potius
„ conscia esset impedimenti dupli-
„ citatis gradus — Ex horum quippe
„ dubiorum resolutione, prout uno
„ vel altero modo fieri contingat,
„ judicium pendet validitatis aut
„ invaliditatis matrimonii contracti.
„ Ducto autem initio a primi exa-
„ mine puncti, cum in tribunali-
102 „ bus et communiori calculo a scri-
„ bentibus ea opinio recepta sit,
„ quae pro validitate dispensationis,
„ et consequenter matrimonii, quod
„ dependenter ab ea contrahitur,
„ requirit, ut conjunctio prove-
„ niens ex duplicitate gradus expo-
„ natur, et quod eidem derogetur,
„ seu quod, ea minime obstante,
„ permittatur ut conjuncti duplici
„ consanguinitatis gradu matrimo-
„ nium inter se contrahere possint,
„ suo marte sequitur pro validi-
„ tate matrimonii fuisse necessa-
„ riam novi Brevis expeditionem,
„ per quam impedimentum duplicis
„ consanguinitatis gradus de medio
„ tolleretur, nec sufficere potuisse
„ primum Breve derogans impedi-
„ mento quarti, seu tertii et quarti
„ gradus. Hoc quippe Breve suffi-
„ ciens fuisset si Violantes et Aloy-
„ sius Franciscus fuissent conjuncti
„ simplici tertio et quarto gradu,
„ juxta Constitutionem Pii Quinti
„ *la* 23. *Bullarii tom.* 2., ubi, ex-
„ cepto casu quod vir et mulier
„ primum consanguinitatis seu af-
„ finitatis gradum attingeret, in quo
„ protestatus est se nolle dispensare, 103
„ quoad reliquos gradus decrevit
„ pro validitate dispensationis satis
„ esse expressionem remotioris gra- 104
„ dus, obtentis postea super pro-
„ pinquiore literis declaratoriis;
„ juxta quoque communem Docto-
„ rum sententiam in Tribunalibus
„ receptam, illicitum tantum est,
„ sed non invalidum matrimonium,
„ quod contrahitur ope dispensa-
„ tionis obtentae super quarto gra-
„ du, nulla tertii gradus facta
„ mentione, et antequam literae
„ declaratoriae praescriptae a Pio V
„ fuerint obtentae: pro ut, dum in
„ minoribus Secretarii Concilii mu-
„ nere fungeremur, fuse a Nobis
„ comprobatum est et a Congre-
„ gatione admissum in discussione
„ causae *Luceorien. Nullitatis Ma-
„ trimonii*, quae fuit proposita et
„ resoluta *die* 18. *Martii* 1722., uti
„ videri potest *tom.* 2. *Thesauri
„ Resolutionum* praedictae Congre-
„ gationis, ubi noster discursus una
„ cum resolutione typis editus est.
„ Sed, cum praedicta omnia sibi
„ vindicent locum in simplici im-
„ pedimento tertii et quarti gra-
„ dus, et non in impedimento du-
„ plicis consanguinitatis gradus,
„ nemo est qui non videat pro
„ validitate matrimonii, de quo
„ nunc agitur, nullatenus fuisse
„ sufficientem dispensationem a No-
„ stro Praedecessore concessam,
„ quae tertii et quarti gradus im-
„ pedimentum sustulit, sed aliam
„ pro dicta validitate fuisse neces-
„ sariam, cujus ope duplex ex du-
„ plicitate gradus impedimentum
„ derivans de medio tolleretur.

Digitized by Google

„ Admissa necessitate expeditionis
„ novi Brevis et admissa primi
„ insufficientia pro validitate ma-
„ trimonii, sequitur, ut videatur,
„ an secundi Brevis facta fuerit
„ concessio eo sub praesupposito
„ quod tunc Violantes ignoraret
„ impedimentum duplicitatis gra-
„ dus. At si Aloysius Franciscus,
„ exorans pro concessione novi Bre-
105 „ vis ut remanere posset in ma-
„ trimonio non obstante impedi-
„ mento duplicitatis gradus, ex-
„ posuit se timere ne scandala
„ orirentur, si hujus novi impedi-
„ menti notitia ad Violantem de-
„ veniret, si cohaerenter ad haec
„ facta fuit concessio Brevis, ex-
„ clusa necessitate novi consensus
„ a Violante praestandi, vel quod
„ ipsa de novo impedimento certior
„ fieret, ut ex lectura Brevis plane
„ dignoscitur; ex his evidenter de-
„ sumitur, novae gratiae conces-
„ sionem emanasse eo sub praesup-
„ posito quod Violantes tempore
„ concessionis ignoraret impedi-
„ mentum descendens ex duplici-
„ tate gradus, et eo fortius cum
„ in eodem Brevi legatur gratiam
„ debere in suo robore permanere,
„ si post ejus concessionem notitia
„ impedimenti ad Violantem de-
„ venisset, quae circumstantia evi-
„ denter evincit, comprobatque,
„ gratiam fuisse eo sub praesup-
„ posito concessam. Porro gratia
„ concessa importat dispensationem
„ in radice matrimonii, quae a
„ Romanis Pontificibus concedi con-
„ suevit urgente magna causa et
„ quando agitur de impedimento
„ matrimonii ortum habente non
„ a jure divino aut naturali, sed
„ a jure ecclesiastico, et per eam
„ non sit ut matrimonium nulli-
„ ter contractum, non ita fuerit
„ contractum, sed effectus de medio
„ tolluntur, qui ob hujusmodi ma-
„ trimonii nullitatem ante indul-
„ tam dispensationem, atque etiam
„ in ipso matrimonii contrahendi
„ actu producti fuerunt: de quibus
„ omnibus a Nobis fuse actum est,
„ dum in minoribus Secretarii Con-
„ gregationis Concilii munere fun-
„ geremur in causa *Pragen. Matri-*
„ *monii*, quae fuit proposita *die* 13.
„ *Junii* 1720., 16. *Januarii* 1723.,
„ 28. *Augusti ejusdem anni* et tan-
„ dem resoluta *die* 18. *sequentis*
„ *Septembris*, uti videri potest
„ *tom.* 1. *et* 2. *Thesauri Resolu-*
„ *tionum* dictae Congregationis,
„ ubi typis edita inveniuntur ea
„ omnia quae tunc a Nobis dedu-
„ cta fuerunt. Cumque solius Ro-
„ mani Pontificis sit non solum
„ dispensationes in radice matri-
„ monii indulgere, sed etiam con-
„ ditiones statuere pro validitate
„ gratiae adimplendas; in ea de
„ qua nunc agitur, ea quodam-
„ modo statuta dici potest condi-
„ tio, quod tempore concessionis
„ Violantes novum impedimentum
„ ignoraret, ne ipsa contradicente
„ et obnitente, prout contigisset,
„ si impedimentum scivisset, con-
„ cessa dispensatio diceretur: in hoc
„ quippe rerum themate factum
„ est atque concessum quidquid
„ fieri aut concedi poterat ut ma-
„ trimonium, cujus validitas fue-
„ rat approbata, persisteret; nec
„ mulieri sublata est facultas im-

Digitized by Google

„ pugnandi ex novo capite validi-
„ tatem, si novi impedimenti no-
„ titiam tempore concessionis gra-
„ tiae, novaeque dispensationis ha-
„ buisset, nulla habita considera-
„ tione notitiae supervenientis post
„ concessionem brevis: ea quippe
„ superveniens, superveniret post
„ sublatum ope novae dispensatio-
„ nis duplicitatis gradus impedi-
„ mentum. Post haec nihil aliud
„ remanet quam, ut videatur, an
„ tempore concessionis gratiae Vio-
„ lantes haberet notitiam novi im-
„ pedimenti: cumque ex documen-
„ tis et testibus, quacumque exce-
„ ptione majoribus, demonstratum
„ sit quod Violantes impedimenti
„ notitiam ante concessionem et
„ tempore concessionis gratiae ha-
„ buerat et habebat et omnia pa-
„ rabat necessaria pro instauranda
„ controversia super nullitate ma-
„ trimonii in vim novi impedi-
„ menti, cui primo Brevi non fue-
„ rat derogatum — Nedum approba-
„ mus Congregationis Concilii ju-
„ dicium ultimo loco prolatum pro
„ nullitate matrimonii, sed hoc
„ Nostro Decreto inter acta Con-
„ gregationis Concilii asservando et
„ per Literas Apostolicas in forma
„ Brevis etiam corroborando dici-
„ mus et pronunciamus, matri-
„ monium contractum inter Vio-
„ lantem Josepham Enriquez de
„ Almada et Aloysium Franciscum
„ Sanchez de Baena nullitatis vitio
„ laborare et, quatenus aliud cano-
„ nicum non obstet impedimen-
„ tum, posse utrumque ad alia
„ vota transire. — Datum apud S.
„ Mariam Majorem die 27. Septem-
„ bris 1755.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Praesentem copiam Decreti Sanctissimi Domini Nostri manu Sanctitatis Suae signati, collatione facta cum originali existen. in Secretaria S. Congregationis Concilii, concordare testor et affirmo. In fidem etc. Dat. Romae hac die 10. Novembris 1755.

Loco ✠ Sigilli.

I. A. Furiettus Secret.

Breve eiusdem Summi Pontificis in eadem Causa.

BENEDICTUS PAPA XIV.

Ad futuram rei memoriam

„ Etsi matrimonialis causa
„ jamdudum inter dilectam in
„ Christo filiam Violantem Jose- 106
„ pham Henriquez de Almada puel-
„ lam nobilem Lisbonensem, ac
„ dilectum filium Ludovicum Fran-
„ ciscum de Assis Sanchez de Baena
„ Ordinis Jesu Christi Commenda-
„ tarium super validitate vel nul-
„ litate matrimonii invicem, ut
„ asserebatur, contracti vertens non
„ semel sed iterum atque iterum
„ in Congregatione venerabilium
„ fratrum nostrorum Sanctae Ro-
„ manae Ecclesiae Cardinalium
„ Concilii Tridentini interpretum
„ proposita, ac secundum allata et
„ probata rationum momenta pro
„ validitate fuerat resoluta, atque

„ per Apostolicas Nostras in simili
„ forma Brevis Literas confirmata;
„ tamen in eadem Congregatione
„ Cardinalium die 13. currentis
„ mensis Septembris et anni 1755.
„ maturiori examine ob nova ad-
„ ducta documenta iterum expen-
„ sa et discussa ita decisa fuit,
„ quod nimirum matrimonium hu-
„ jusmodi irritum, ac nullum esset,
„ ac foret, atque adeo dissolvendum
„ ea praesertim ratione quod su-
„ per impedimento duplicis quarti
„ gradus consanguinitatis inter
„ unam et alterum intercedente
„ haud satis atque idonee dero-
„ gatum fuisset in dispositione im-
„ pertita per Apostolicas in forma
„ Brevis Literas die 12. mensis
„ Septembris anno 1750. datas.
„ Quoniam autem hujusmodi reso-
„ lutio a memorata Congregatione
„ Cardinalium super nullitate dicti
„ matrimonii prolata haud satis et
„ sufficiens est ut contrahentes
„ omnimoda libertate gaudeant
„ transeundi scilicet, ut dicitur, ad
„ secunda vota, cum juxta Consti-
„ tutionem Nostram tamquam re-
„ gulam et normam in causis ma-
„ trimonialibus rite sancteque ex-
„ pediendis, decidendisque prae-
„ scriptam, atque alias editam et
„ propositam resolutio antedicta per
„ aliam uniformem resolutionem
„ confirmari, atque iterum in lau-
„ data Congregatione Cardinalium
„ necessario saepedicta causa repro-
„ poni debeat; hinc est quod Nos
„ serio considerantes non minus
„ nova partium dispendia, quam
„ temporis jacturam in hac matri-
„ moniali causa a tot annis agitata
„ satis, superque inopportunam, ac
„ perniciosam, de consilio etiam
„ ejusdem Congregationis, postquam
„ libellos scripturasque pro utraque
„ parte allatas, necnon acta omnia
„ hoc in gravissimo negotio con-
„ fecta accurate expendimus et
„ examinavimus, tandem die 27.
„ currentis mensis Septembris De-
„ cretum hac super re edidimus,
„ per quod sententiae laudatae Con-
„ gregationis Concilii consentientes
„ declaravimus, ac statuimus ma-
„ trimonium antedictum inter Vio-
„ lantem Josepham et Ludovicum
„ Franciscum nobiles Lisbonenses
„ contractum esse ac fore irritum
„ et nullum, nec non unam et
„ alterum in ea quidem omnimoda
„ libertate esse ac fore ad alia vota,
„ quoties vero aliud non obstet
„ canonicum impedimentum, libere
„ et licite transeundi: quod sane
„ Decretum dilecto filio Magistro
„ Josepho Alexandro Furietto ejus-
„ dem Congregationis Concilii Se-
„ cretario tradendum mandavimus,
„ ut inter acta saepedictae Con-
„ gregationis reponatur ac servetur.
„ Antedictum itaque Decretum No-
„ strum, quo firmius subsistat et
„ servetur exactius, Apostolica etiam
„ auctoritate tenore praesertim con-
„ firmamus, illudque inviolabili
„ Apostolicae firmitatis robore com-
„ munimus. Decernentes Decretum
„ praefatum et praesentes Nostras
„ Literas semper firmas, validas et
„ efficaces existere et fore, suosque
„ plenarios et integros effectus
„ sortiri et obtinere, dictisque Vio-

„ lanti Josephae et Ludovico Fran-
„ cisco in omnibus et per omnia
„ plenissime suffragari debere, sic-
„ que et non aliter in praemissis
„ per quoscumque judices ordina-
„ rios et delegatos, etiam causarum
„ Palatii Apostolici Auditores et
„ Sanctae Romanae Ecclesiae Car-
„ dinales et eorumdem Cardinalium
„ Congregationes, necnon Aposto-
„ licae Sedis Nuntios et quosvis
„ alios quacumque praeminentia et
„ potestate fungentes et functuros
„ judicari et definiri debere, ac
„ irritum et inane quidquid secus
„ super his a quoquam quavis au-
„ ctoritate scienter vel iguorauter
„ contigerit attentari. Non obstan-
„ tibus apostolicis, ac in univer-
„ salibus, provincialibusque et Sy-
„ nodalibus Conciliis editis gene-
„ ralibus vel specialibus constitu-
„ tionibus et ordinationibus, et
„ quibuscumque aliis decretis in
„ genere vel in specie, aut alias
„ in contrarium praemissorum quo-
„ modolibet concessis, confirmatis
„ et innovatis, caeterisque contra-
„ riis quibuscumque. Volumus au-
„ tem ut earumdem praesentium
„ literarum transumptis seu exem-
„ plis etiam impressis manu ali-
„ cujus Notarii publici subscriptis
„ et sigillo personae in dignitate
„ ecclesiastica constitutae munitis
„ eadem prorsus fides adhibeatur,
„ quae ipsis praesentibus adhibere-
„ tur si forent exhibitae vel
„ ostensae. —

Datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 30. Septembris 1755. Pontificatus Nostri Anno Decimosexto.

Loco ✠ Annuli Piscatoris.

Cajetanus Amatus.

CAP. XVI.

De perpetua Separatione Tori quoad vinculum post matrimonium simpliciter ratum ob Dispensationem.

SUMMARIUM.

1 Post matrimonium ratum fit perpetua separatio tori vel per ingressum utrisque conjugis aut unius, etiam altero invito, in religionem *et num.* 41.

2 Vel ex dispensatione Apostolica.

Altissima est Summi Pontificis potestas § *Altissima, ibid.*

Eam noverunt et venerati sunt Carolus Magnus *ibid.*

S. Stephanus Rex Ungariae, *ibid.*

Carolus v. Imperator *ibid.*

Carolus vi. Imperator § *Ejusque ibid.*

Carolus ii. Rex Franciae § *Carolus ii., ibid.*

Ludovicus xi. Rex Franciae § *Ludovicus xi., ibid.*

S. Ludovicus Rex Franciae § *S. Ludovicus, ibid.*

Ferdinandus Rex Hispaniarum § *Ferdinandus, ibid.*

Alphonsus Rex Catholicus § *Alphonsus, ibid.*

Ladislaus Rex Ungariae § *Ladislaus*, *ibid.*
Philippus III. Catholicus Rex Hispaniarum, *ibid.*
Respublica Januensis § *Ejusdem Summi*, *ibid.*
Papae potestas, tamquam aemula solis, ubique diffunditur § *Ad eumdem*, *ibid.*
Ad eum spectat leges divinas declarare, vel interpretari, *ibid.*
Papa est supra Concilium, *ibid.*
3 Papa vinculum matrimonii tantummodo rati relaxare potest, *et num.* 69.
4 Plures Summi Pontifices illud relaxarunt, inter quos S. Gregorius VII., Martinus V., Eugenius IV., S. Pius V., Gregorius XIII., Paulus III., Pius IV., Urbanus VIII. *et num. seqq.*
Dubitare de hac Summorum Pontificum potestate sacrilegium esset.
10 Similes dispensationes conceduntur altero quoque ex conjugibus dissentiente.
11 Iisque concessis, potest uterque conjux ad alias transire nuptias *et num.* 282.
12 In eisdem concedendis solent Summi Pontifices prius audire votum consultivum Sac. Congregationis Concilii, seu alterius Congregationis Particularis.
13 Pro hac obtinenda dispensatione justificari debet in primis matrimonium non esse consummatum.
14 Hoc probant testes deponentes conjuges post matrimonium nunquam in eodem loco convenisse:
15 Aut una simul convenisse, sed in aliorum praesentia:
16 Sive etiam ingressos fuisse cubiculum, sed januis apertis, ibique per momentum permansisse.
17 Eoque magis si conjunges idem cum juramento confirmaverint.
18 Cum constat conjuges nunquam una simul cohabitasse, tunc soli eorumdem conjugum assertioni de non subsecuta consummatione credendum est.
19 Facile deferri non solet eorumdem assertionibus, quando uterque ad alias nuptias transire cupit.
20 Secus si alter eorum religionem perpetuo profiteri desiderat.
21 Cum praesumi nequeat quod per falsitates se Deo vovere velit *et num.* 56. *et seqq.*
22 In utroque casu tamen fidem promerentur, si illorum assertio coadjuvetur a testibus cohabitationem excludentibus.
23 Si mulier nec pulchra, nec satis dotata, nec juvenis alias nuptias sperare possit.
24 Si vir fuerit ab ea ad matrimonium secum contrahendum dolose seductus.
25 Licet enim ei de consummatione deponenti credendum non sit, quia deponit ad proprium commodum, ad substinendum nempe matrimonium, ad quod maximopere anhelavit.
26 Omnem tamen fidem meretur, si postquam voti compos eva-

Digitized by Google

sit, sua propria confessione consummationem excludat *et n.* 62.

27 Quae confessio probat, etiamsi uterque conjux in eodem lecto per tres noctes dormierit.

28 Fortius si non constet de dormitione, sed potius masculus, secuto matrimonio, fuerit carceratus, mulier vero in monasterium detrusa.

29 Consummatio exclusa quoque remanet si educanda matrimonium cum aliquo juvene ad crates monasterii clandestine contraxerit, nec inde exierit ante dispensationis petitionem.

30 Copula fornicaria inter conjuges ante matrimonium habita non aequivalet consummationi, nec impedit dispensationem *et num. seqq.*

33 Matrimonium tantummodo ratum dissolvi potest, quia significat conjunctionem Christi cum anima justi solubilem per mortale peccatum.

34 Dissolvi vero nequit consummatum, quia significat conjunctionem Christi cum Ecclesia per carnem assumptam, quae est insolubilis *et num. seqq.*

35 Quod enim Verbum semel assumpsit, nunquam dimisit.

43 Ad excludendam consummationem in casu quo alter ex conjugibus religionem ingredi velit, Sac. Congregatio Concilii inspectionem mulieris per obstetrices necessariam aliquando non existimavit.

44 Aliquando vero, ultra conjugum juramentum, illam demandavit *et num.* 58.

45 Sed tunc praeter alias graves circumstantias ea concurrebat, quod conjuges simul condormierant, actumque conjugalem absolvere tentaverant.

46 Quae circumstantia praesumptionem de secuta copula inducit.

47 Haec inspectio tamquam nimis fallax et ad fallendum apta, raro et nisi muliere eam sponte petente, opportuna videtur.

48 Imo si fiat ad petitionem mulieris, nonnunquam obstetrices et judices decipere et scandala gignere potest.

49 Si enim masculus religionem ingredi velit et mulier falso matrimonium fuisse consummatum affirmet, antequam ab obstetricibus inspiciatur, propriam deflorationem affectare potest, nisi fuerit ante ab alio viro corrupta.

50 Itaque impedita remanet viro electio de meliori bono, qui deinde illam non amore, sed odio tamquam scortum prosequitur.

51 Si vero religionem ingredi velit mulier, nec inspectionem petat et uterque conjux consummationem neget et tamen, inspecta, violata reperiatur, eadem scandala oriuntur.

52 Idem contingere facile potest, si alter ex conjugibus dispensationem petat super matrimonio rato, ut in pristina libertate reponatur *et num. seqq.*

56 Omittenda est ergo inspectio obstetricis, si alter ex conjugibus, qui perpetuam ducere

vitam in monasterio desiderat, consummationem neget, et quare *et num. seqq.*

59 Secus si mulier negans matrimonii consummationem adversus virum illam affirmantem dispensationem petat, et ad eum convincendum de mendacio se inspici postulet.

60 Sed si se visitandam non offerat, non est illico pro consummatione pronunciandum, sed admittendae sunt aliae probationes, et quare.

61 Omittenda pariter est inspectio, si dispensationem vir petat et mulier consummationem affirmans se inspici postulet, et quare.

62 Item omittenda venit, si vir dispensationem postulet et mulier quoque consummationem neget, licet dispensationem impedire conetur, quia alium similem virum divitem aut nobilem invenire desperet, et quare est eidem mulieri credendum.

63 Et nisi mulier inspectionem petat, omittenda quoque erit si conjux, altero consentiente, dispensationem postulet et uterque consummationem neget, et quare.

64 Non est tamen eorum assertioni deferendum, nisi aliis probationibus coadjuvetur.

65 Superflua etiam est obstetricum inspectio, quando matrimonium per procuratorem contractum fuerit et conjuges, eo contracto, in diversis locis habitaverint, nec unquam una simul convenerint.

66 Ad obtinendam dispensationem, ultra consummationis exclusionem, requiritur justa causa sine qua illicita foret.

67 Quae necesse non est ut spectet ad publicum bonum, sed sufficit respicere privatam utilitatem *et num. seq.*

68 Gregorius XIII. unica die dispensavit cum undecim, quos non est verisimile omnes fuisse magnates.

70 Urgens causa oritur ex matrimonio illicite contracto a catholico cum haeretica, seu ab haeretico cum catholica, quatenus pars catholica ante consummationem dispensationem petat.

71 Hujusmodi matrimonia nullum merentur Ecclesiae favorem.

72 Ecclesia, anteactis seculis, haec matrimonia irrita esse voluit.

73 Sed tractu temporis illa pro validis habuit.

74 Catholica nubens haeretico dote privatur.

75 Haec tamen matrimonia severe semper Ecclesia prohibuit.

76 Ubi haereses impune grassantur, catholici cum haereticis admixti matrimonia inter se contrahunt.

77 Talem abusum reprobant resolutiones Sac. Congr. Concilii.

78 Summorum Pontificum facta.

79 Clemens XI. dispensationem negavit ut catholicus cum haeretica, quam carnaliter cognoverat, matrimonium contraheret.

80 Ea matrimonia reprobat Benedictus XIV.

Digitized by Google

81 Et ipsi Doctores Germani.
82 Ea detestatur Ecclesia ob periculum subversionis catholici.
83 Doctissimi ac piissimi viri haereticorum societate, seu illorum fallaciis decepti sunt:
84 Inter quos Tertullianus vir insignis, ac elevato et singulari ingenio.
85 Ejus opera recensentur *et num. seqq.*
89 Ejus excellens doctrina, peritia, eloquentia et ingenium *et num. seqq.*
95 S. Cyprianus, dum peteret illius librum, dicere solebat — affer magistrum —
96 Et tamen haeresi unius Montani seductus fuit.
97 Origenes secundus, post Apostolos, magister,
98 Fidei testis locupletissimus.
99 Natus in domo martirio illustrata.
100 Adolescens factus martyrium quaerebat.
101 Patrem ad subeundum martyrium animavit.
102 Vir doctus et devotus *et num.* 111.
103 Scripsit 6000. libros *et n.* 115.
104 Ejus cruciatus quos in carcere passus est *et num.* 113.
105 Sacrorum omnium expositorum victor.
106 Omnium haereticorum aedificia et diabolicae machinationis turres subvertit.
107 Eloquentia admodum pollens, acris et ingeniosus admodum *et num.* 110. 112.
108 Alter post Apostolos Ecclesiae Doctor.
109 Post Apostolos neminem habuit aequalem.
114 Et tamen a quodam Æthiope illusus fuit et Idolis sacrificavit *et num. seq.*
115 Sub persecutione Diocletiani multo avidius martyria quaerebantur, quam nunc Episcopatus pravis ambitionibus appetuntur.
117 Sed tamen aliqui, ecclesiastica quoque dignitate fulgentes, a Catholica Fide aberrarunt.
118 Hoc etiam eveuit ob conjugia cum eis contracta, qui diversam religionem profitebantur.
119 Matrimonia catholicorum cum haereticis ab Ecclesia improbantur.
120 Nec refert quod vir sit catholicus et haeretica mulier.
121 Facilius uxor haeretica virum catholicum seducit, quam vir catholicus uxorem haereticam ad nostram religionem perducat.
122 Salomon a suis uxoribus seductus fuit, sed ipse ex mille nec unam ad verum Dei cultum revocavit.
123 In his matrimoniis adest etiam periculum nasciturae prolis.
124 Non obstante pacto inter conjuges inito, quod catholicis dogmatibus sit imbuenda, et quare *num. seqq.*
129 Propter lepram alteri ex conjugibus superventam dispensari potest super matrimonio tantum rato.
130 Multo magis si alter ex conjugibus haeresis morbo laborat.

conversionem differt, dispensatio concedi potest.

161 Dummodo in quocumque casu scandalum pusillorum timeri nequeat, et quando timeri non possit *et num.* 187.

162 Exempla rationi et aequitati innixa imitanda sunt.

163 Eaque praesertim quae Supremum Ecclesiasticum Principem habent auctorem.

164 Facilius concedendum est quod alias concedi solitum fuit.

165 Haec dispensatio conceditur Regibus et Principibus, si regnorum conversio, protectio catholicorum et persecutionum cessatio sperari possit.

166 Quod eo magis sperari potest, si non vir sed uxor sit catholica.

167 Theolendinda Longobardorum Regina Euthariu suum priorem virum ad veram pietatem proniorem reddidit.

168 Et Agilalphum suum virum posteriorem eo traxit, ut omnibus suae gentis auctor fuerit sese ab haeresi vindicandi.

169 Ad fidem catholicam conversus fuit a Domitia Flavum Clementem, a Clotilde Clodoveum Francorum Regem, a Jugulde Hermogillum Regem Gothorum.

170 Causa concedendi eamdem dispensationem est quaedam moralis necessitas, et quaenam sit.

171 Pro conjugiis ineundis in Belgio inter partem catholicam et haereticam denegata fuit dispensatio.

172 Conceditur tamen si conjugia contrahi debent in loco ubi, si pars haeretica non adimpleat promissa, aut scandalo sit alteri parti, aut filiorum educationem intervertat, opportunis remediis provideri possit:

173 Vel in loco ubi catholici mixti cum haereticis sibi invicem non infestantur, familiariter agunt et conjugaliter cohabitare consueverunt.

174 Causa quoque concedendi talem dispensationem est gravis damni evitatio,

175 Diminutio honoris et famae, *et num.* 178. 180.

177 Et generaliter si necessitas urget et ratio subsistit.

179 Causa dispensandi in aliquo affinitatis vel consanguinitatis gradu sufficiens est, si mulier non possit alteri commode nubere, aut si ex conversatione sit ejus fama aliquantulum denigrata.

181 Papa concedere nequit dispensationem ut pars catholica cum haeretica matrimonio copuletur, quia praebetur occasio ut indignus et publicus peccator Sacramentum ministret *et num.* 192.

Contrarium *num.* 190. 193. *et seqq.*

182 Matrimonii Sacramentum magnum est.

183 Sancta sancte sunt tractanda.

184 Habens justam et rationabilem causam faciendi aliquid ex se honestum et licitum, non cooperatur peccato, quod alius

forte in eo committit *et num.* 185. 190.

186 Praeceptum divinum et naturale est de non ministrando Sacramento indignis.

188 Ob gravem causam tamen potest etiam indigno ministrari Eucharistia, ergo et matrimonium.

189 Causa gravis est spes moraliter certa secuturae conversionis conjugis haeretici.

194 Cur Summi Pontifices aliquando dixerint se non posse hanc dispensationem concedere, nisi concurrente aliqua causa publici boni, ecclesiae et religionis augmento.

195 Licet concedi possit etiam quando est necessaria, vel valde utilis bono privato.

196 Causa dissolvendi matrimonium ratum etiam inter catholicum et catholicam est dubietas circa validitatem matrimonii *et num.* 243.

197 Si nimirum mulier vilis, callida et annosa, ejusque consanguinei et amici tenerum adolescentem circumvenerint.

198 Et modo mellifluis verbis, modo minis, modo ex falsis causis, clam a suis parentibus ac tutoribus ad contrahendum clandestinum matrimonium induxerint.

199 Depositio adolescentis decepti referentis has machinationes meretur attendi.

200 Delicta et fraudes punibiles procul a testibus explentur.

201 Neque pupillus, neque minor sine solemnitatibus se obligare possunt.

202 Quia fragile et infirmum est eorum consilium, multisque captionibus et insidiis expositum:

203 Etsi puberes fuerint.

204 Saepe accidit ut contrahendo circumveniantur et laedantur.

205 Maxime concurrente circa matrimonium simplicitate, nobilitate et divitiis adolescentis et sagacitate annosae mulieris, a qua seductus praesumi debet.

206 Mulieres pecuniam et divitias appetunt:

207 Ut illas assequantur, insidiis ac fraudibus utuntur.

208 Mulieres suapte natura malae et proditrices sunt.

209 Tenera aetas, nobilitas et divitia adolescentis, ac aetas e contra provecta mulieris, ejus paupertas, defectus venustatis, ac humilis conditio faciunt praesumere illum fuisse ab ea circumventum ut sibi nuberet.

210 Cum puella nobili, dotata et aequali verisimile est nobilem adolescentem contraxisse libenter matrimonium:

211 Aut etiam cum puella vili, sed peregrina venustate formosa.

212 Nil magis ad libidinem provocat quam pulchritudo.

213 Pulchritudo mulieris velocius, et acutius vulnerat quam sagitta.

214 Pro qua Paridem regnum et sapientiam contempsisse narratur.

215 Patriarcha Jacob pro pulcherrima desponsanda Rachele 14. annis inservivit Labano.

216 Inverisimile est quod adole-

Digitized by Google

scens recte edficatus, nisi circumventus, posthabitis nobilibus, formosisque puellis in imberbi aetate mulierem rusticam, indotatam, nec pulchram et aetate provectam desponsare voluerit.

217 Propter defectum veri consensus matrimonium ab ebrio contractum non subsistit.

218 Neque contractum a fatuo.

219 In contrahendis sponsalibus et matrimonio requiritur consensus efficax, liber et ab omni dolo et circumventione sejunctus, ne resolvatur in perpetuum peccaminosum concubitum,

220 Sub poena nullitatis.

221 Tridentinum ea tantum clandestina matrimonia rata et vera esse declarat, quae libero contrahentium consensu celebrantur.

222 Nullum est matrimonium importunis praecibus contractum.

223 Minor matrimouium contrahens cum vetula exdentata non est restituendus.

Declara ut *num. seqq.*

225 Requiritur in matrimonio liber utriusque contrahentis consensus tamquam causa efficiens et substantialis matrimonii.

226 Minor, qui malis artibus fuit circumventus, est restituendus.

227 Fraus et dolus nulli patrocinari debent *et num. seqq.*

230 Quibus per judices hanc propositionem aeternae veritatis parum attendentes, semper est occurrendum.

231 Ne deceptus damnum patiatur et decipiens ex sua nequitia fructus suae fraudis et proemium assequatur.

232 Matrimonium clandestinum habet contra se notabilem suspicionem.

233 De vi, metu et circumventione tam ratione tenerae aetatis adolescentis ad contrahendum inducti.

234 Et ratione modi, quia furtim, sine denunciationibus et clandestine attentatum.

235 Quam ratione loci, ubi procul a parentibus, consanguineis, et familiaribus matrimonium secreto celebratum fuit.

236 Quae matrimonia praesumptione validitatis sunt destituta.

237 Et contra illa judex semper in dubio judicare tenetur.

238 Item maxima contrahentium inaequalitas judicem pro nullitate respondere compellit *et num. 245. et seqq.*

239 Ubi nuptiae sunt inaequales, ibi liberum utriusque contrahentis consensum non intervenisse censetur.

240 Conjux liberum matrimonio consensum non praestitisse censetur, si, eo vix contracto, alterum conjugem sprevit et ab eo statim ac perpetuo se separavit.

241 Si matrimonii validitas ita vacillat, ut si lis super ea iniretur de exitu favorabili desperari non posset, in hoc casu super eodem matrimonio rato concedenda est dispensatio.

Digitized by Google

Quae non tam est dispensatio, quam prudentiale temperamentum ad obtruncandam nullitatis litem et congrua ac tacita administratio justitiae *ibid.*

242 Et cautela pro impediendo, ne matrimonium in perpetuam fornicationem convertatur.

243 Satis est fluctuantem, suspectum et dubium esse matrimonii rati valorem, ut super eo dispensatio concedatur.

244 Artificia, circumventiones et seductiones ad captandum matrimonium causam praebent dispensationis.

245 Dispensandi causa est magna inter conjuges disparitas tam quoad aetatem, quam quoad conditionem.

246 Quae sicut olim inter Romanos nuptias illegitimas reddebat.

247 Sic hodie talem dubietatem inducit, ut pro nullitate vel sit judicandum, vel dispensandum *et num.* 249.

248 Impares nuptiae semper, aut saepe saepius vergunt in exitum deteriorem.

250 Causa dispensandi est aversio propinquorum erga conjugem, qui inaequalem desponsavit *et num.* 281.

251 Nec non timor futuri scandali ob odium et rixas inter conjuges orituras.

252 Ob quas Eugenius IV. inter conjuges privatae conditionis dispensavit.

253 Idemque servavit Innocentius X. cum duobus conjugibus infimae plebis.

254 Et ob hanc causam etiam conjugibus vulgaris conditionis dispensatio saepius indulta fuit.

255 Ad Papam spectat occurrere scandalis.

256 Dispensatio eo magis est concedenda, si nulla spes effulgeat futurae reconciliationis inter conjuges.

257 Coactiones factae conjugibus ad cohabitandum, infelices pariunt effectus.

258 Si conjux quaerit alterum a se repellere post matrimonium ratum, est causa dispensationis.

259 Item timor et periculum fornicationis.

260 Cui Papa mediante dispensatione obviare debet, ne oves sibi concreditae pereant.

261 Quemadmodum Summi Pontifices alias non semel ita servarunt.

262 Imminens extinctio familiae illustris conjugis, si a vinculo indigni matrimonii rati non liberetur, est causa super eo dispensandi.

263 Illustres conservare familias publice interest.

264 Pro earum conservatione plura de rigore juris inducta relaxari solent.

265 Augustus publica pecunia adjuvit unicum germen Hortensiorum familiae, ut inito conjugio illam propagaret.

266 Causa dissolvendi matrimonium ratum est quoque clandestinitas, si nempe fuerit sine denunciationibus celebratum, et quare.

267 Haec matrimonia scandalosa et sacrilega patrocinio et favore

firmet se non habuisse animum contrahendi, nec ad exhibendum verum consensum induci possit.

296 Vel si vir ob bonum publicum ad Episcopatum promoveatur.

297 Pro obtinenda hujusmodi dispensatione sufficit causa levis, quando adversus conjugem illam petentem alter conjux nihil opponit.

298 Quia consentire videtur.

299 Consensus utriusque conjugis ad id sufficientem causam ministrat.

300 Exemplum dispensationis ab Urbano VIII. concessae.

301 Matrimonium inter conjugem infidelem conversum ad fidem, et alterum in infidelitate remanentem dissolvitur, si conjux infidelis cum illo cohabitare nolit, aut velit, sed cum contumelia Creatoris.

302 Prius tamen infidelis a fideli est interpellandus, an converti velit et cohabitare sine d. contumelia.

303 Nec id omitti potest, etiamsi ad fidem conversa fuerit uxor a multis annis a viro repudiata.

304 Repudium judaeis non est amplius permissum, quia D. N. J. C. matrimonium ad primaevum statum indissolubilitatis reduxit nulla nova super hoc edita lege.

305 Hanc repudii praxim retinent etiam hodie judaei scientibus, et tolerantibus ecclesiasticis superioribus.

306 De ea tamen nulla habenda est ratio cum agitur de viro repudiante, seu de uxore repudiata ad fidem conversis.

307 Concurrentibus gravibus circumstantiis interpellatio omitti potest.

Contrarium *num. seq.*

308 Concurrentibus gravibus circumstantiis, peti debet apostolica dispensatio, ut sine interpellatione aliae nuptiae contrahi possint, *et num. seq.*

310 Matrimonium dissolvitur, si infidelis interpellatus nolit cohabitare, aut non declaret se velle cohabitare sine contumelia Creatoris.

311 Contrarium, quod potius videlicet dissolvatur, cum conjux ad fidem conversus praemissa interpellatione et accedente contumacia infidelis, aliud matrimonium contrahit *et num. seqq.*

315 Infidelis, qui ab uxore conversa interpellatus converti noluit et aliam uxorem duxit, si deinde convertatur, redire tenetur ad primam uxorem, quae alias nuptias post interpellationem viro factam non contraxit *et num. seqq.*

318 Potest tamen eadem uxor ab eo separari quoad torum, ob adulterium, quod vir commisit ducendo aliam.

320 Infideles Sacrorum Canonum sanctionibus non ligantur.

321 Si convertantur ad fidem, eorum conjugia in secundo, aut tertio, vel ulteriori gradu contracta non dissolvuntur.

Digitized by Google

322 Judaeus ducere potest in uxorem filiam sui fratris, vel sororis *et num seqq.*

323 Non autem amitam.

325 An Papa dissolvere possit matrimonium conjugum infidelium licet consummatum, quando ambo convertuntur ad fidem.

326 D. Card. Columna Urbis Vicarius laudatur.

Perpetua separatio tori, soluto matrimoniali vinculo, post matrimonium dumtaxat *ratum* fieri potest ex electione vel unius vel utriusque conjugis causa emittendi infra bimestre, a die initi matrimo-
1 nii, solemnem professionem in aliqua approbata religione, de qua in *seq. Cap.* 3. *n.* 14. *et seq. lib.* 2. — aut ex dispensatione apostolica ex legitimis causis conjugi, seu conjugibus illam petentibus conce-
2 denda, quae proprie in utroque casu est vinculi matrimonii valide jam contracti solutio, et de hac secunda, super qua Romanus Pontifex dispensare potest, modo erit sermo.

Altissima namque est Summi Pontificis potestas, quam praecaeteris noverunt et venerati sunt,

Carolus Magnus, ut notissimum est:

S. Stephanus Rex Ungariae, qui propter ejus singularem pietatem, reverentiam et obedientiam erga S. Sedem, zelumque tuendae et propagandae catholicae religionis, appellatus fuit Rex Apostolicus, cum privilegio ante se deferendi Crucem ad instar Sanctae Sedis Legatorum, statim ac ejusdem S. Sedis Legatione donatus fuit *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 2. *cap.* 6. *num.* 2.:

Carolus V. Romanorum Imperator inclitae Domus Austriacae rutilans sydus, qui multum auxit Imperium, vicit Africam et ex omnibus suis hostibus victoriam, triumphum, ac trophaea reportavit, quia mirabili caritate et sanctae fidei zelo Sedem Apostolicam, Romanumque Pontificem tamquam Dei Vicarium intemerate coluit, de quo propterea *Petr. Bertault. in Flor. Franc. cap.* 9. scribit = *Fuit Carolus innocentia eximius, sanctitate praecipuus, dux belli peritissimus, amicitiarum tenax, in offensis exorabilis, pietate in Deum, affectu in suos, in religionem cultu, observantia in Romanum Pontificem nemini postponendus* = et ipsemet Imperator *in Edicto Wormatiensi* ita dixit = ibi = *Ad honorem Dei Omnipotentis, Romanique Pontificis et Sanctae Sedis Apostolicae debitam reverentiam* = et infra = *Ad defensionem Catholicae Fidei, Sanctaeque Romanae, Universalisque Ecclesiae honorem, tutelam et protectionem omnes nostras vires et facultates, imperium, regna, dominium, vitam denique et animam ipsam exponere sumus parati* =

Ejusque vestigia secutus est religiosissimus Carolus VI:

Carolus II. Rex Franciae *in Epistola ad* Adrianum II. ita incipit = *Sanctissimo Patri Adriano Summo et Universali Pontifici, Carolus Dei gratia rex, et spiritualis*

Digitized by Google

filius vester = quam refert *Baron. in Annal. Eccles. tom.* 10. *ad annum.* 871:

Ludovicus xi. similiter Rex Franciae *in Epistola ad* Pium ii. his verbis illum salutat = *Beatissimo Patri Nostro Pio Papae* ii. *obedientiam filialem etc.* = et deinde = *Te Vicarium Dei viventis ea veneratione prosequimur, ut sacra tua monita velut vocem Pastoris audire, illisque parere prompta mente velimus; Te Dominici gregis Pastorem profitemur et scimus; Teque jubentem sequimur* = ut videre est apud *Suarez de defens. fidei lib.* 3. *tit. de primat. Summ. Pontif. titul.* 21. *sub num.* 11:

Sanctus Ludovicus Rex item Franciae Philippo filio una cum aliis hoc documentum reliquit = *Sis devotus et obediens Matri Romanae Ecclesiae, ejusque Pontifici tamquam spirituali Patri te morigerum praebeas* = prout refert *Nangius de gestis Sancti Ludovici* apud *Surium*:

Ferdinandus Rex Hispaniarum in *Actis Concilii Lateranensis* sub Leone x. *Sess.* 2. sic locutus est = *Profitemur nos filium S. Romanae Ecclesiae Matris nostrae deditissimum, proque ejus honore, atque statu animam ponere paratissimum* = et deinde = *Obedientiam debitam praefato Beatissimo Domino Papae toties, quoties opportunum fuerit praestare* =:

Alphonsus Rex Catholicus *suarum legum par.* 1. *tit.* 5. *lib.* 2. 3. 4. *et* 5. ita de Romano Pontifice sentit = *Vicarium Christi et successorem Petri, ac propterea per antonomasiam Apostolicum appellari et nominari etiam Papam, quia Pater Patrum et caput Episcoporum et aliorum Praelatorum* = additque quod hac de causa = *Omnes Christiani totius orbis, quando ad ipsum accedunt, pedem ejus osculantur* = et in fine *leg.* 4. inquit = *Eum, qui negaret Pontificem habere hanc potestatem, vel esse Caput Ecclesiae, non solum excommunicatum esse, sed etiam haereticum* =; tandemque in fine *leg.* 5. generaliter et absque ulla exceptione concludit quod = *omnes Christiani tenentur ad obediendum Pontifici etc.*:

Ladislaus Rex Ungariae in *Oratione* ad Nicolaum v. relata per *Caeleum lib.* 21. *Histor. Lusitaniae* apertissime declarat Romanum Pontificem esse unicum Christianorum Principem, ac Regum Regem, nec non Deum in terris:

Philippus iii. Catholicus Monarcha Hispaniarum, innocentia singularis, per totum ejus vitae cursum a lethali culpa, ut narratur, immunis, Deo et hominibus gratus, erga homines benignus, erga Deum devotus, pro Romana Ecclesia et Fide Catholica zelo plenus, poenitentia clarus, ut ejus cruenta flagella testantur, Sanctae Sedis obedientissimus filius *Forest. in Vit. Reg. Hispan. tom.* 4. *par.* 2. *lib.* 8. §. *penult.*, in sua quadam *Epistola* Paulo v. directa pro illius tuendis juribus, eidem propriam regiam personam, propriasque vires, atque potentiam offert, seque esse filium vere obedientem Apostolicae Sedi

Digitized by Google

expresse et maxima cum veneratione profitetur:

Ejusdem Summi Sacerdotis supremam auctoritatem, ultra alios Catholicos Reges Terrae, Principes, et Imperatores agnovit Respublica Januensis, cujus vere religiosissimi Senatores eodem tempore in sua quadam *Epistola* extollunt singulare beneficium a Deo Italiae concessum habendi in suo sinu Papatum tauto majorem aliorum potentatum, quanto major est anima quam corpus, et bonum spirituale quam temporale; fatentur se non esse superiores Episcopis, nec Ecclesiasticis, scientes sibi nullam super eos competere potestatem; declarant se maximi facere amicitiam cum Christi Vicario, plurimique aestimare censuras et interdicta; gloriantur se paruisse Summi Pontificis voluntati; protestantur se esse veros suorum majorum Successores tum in servanda puritate Catholicae Religionis, tum in persequendis assiduo studio haereticis S. Ecclesiae inimicis, tum in tuenda Fide Catholica contra Turcas, Mauros et Saracenos, tum in defendendis usque ad sanguinem Summis Pontificibus contra injurias aliorum potentatum, etiam Imperatorum; et tandem offerunt Summo Pontifici Paulo v., tunc regnanti, pecuniam et vitam adversus eos, qui ejusdem auctoritatem opprimere vellent, atque contemnerent: quas duas *Epistolas* per extensum refert *Joannes Leonardus Rodoeri in suo Principe probo cap.* 12. *num.* 7. *et seqq. et num.* 22. *et seqq.*

Et quia tantam, debitamque professi sunt obedientiam, reverentiam, venerationem et obsequium Romano Pontifici Christi Vicario, ideo meruerunt quod Beatissima ipsius Jesu Christi Mater *sub die* 18. *Martii et* 8. *Aprilis* 1536. in agro Savonensi, eorum ditioni subjecto, bis apparere dignaretur, ibi *misericordiam, non justitiam* pro catholico mundo a suo dilectissimo Filio imploraret, eumdemque locum sua praesentia, suisque sanctissimis pedibus sanctificatum, atque magnificum, ac celeberrimum Templum sub nomine et invocatione Beatae Mariae Virginis Matris Misericordiae in eo erectum cum omnibus Christi fidelibus, tum et maxime Januensibus et Savonensibus in quacumque necessitate, tribulatione et angustia salutarem, tutissimumque portum redderet atque munimen, quemadmodum publica monumenta singularium beneficiorum, quae fuerunt per eamdem Sacratissimam Virginem veram Misericordiae Matrem nullo non tempore eis elargita testantur, cujus apparitionem et miracula prae caeteris narrant *Augustin. Abbati*, *Augustinus Maria Monti*, *Philippus Albertus Polleri*, *Julianus Giancardi*, *Julius Salineri*, *Jacobus Bescius*, *Jo. Baptista de Diece Episcopus Bruniacensis*, *Jo. Vincentius Verzellino*, *Jacobus Picconi*, aliique plures.

Praelaudatus autem Philippus III. in suo principatu a Deo felicitatem singularem obtinuit, suaque maxima pietate illum, etsi vastissimum, ampliavit et ampliorem eo,

quem ipse haereditaverat, suo haeredi reliquit *Forest. loc. cit.*

Ad eumdem Summum Pontificem ratione illius Supremae Potestatis, quam dominantes etiam in saeculo, ut jam vidimus, debito prosequuntur obsequio et obedientia, quaeque tamquam aemula solis ubique diffunditur *Rub. in annot. ad Rot. decis.* 412. *par.* 9. *rec. num.* 126., spectat leges quoque divinas declarare, vel interpretari *Rub. in annot. ad Rot. dec.* 2. §. 4. *num.* 24. *et seq. par.* 3. *rec.* ubi plures *Abb. in Cap. Proposuit* 12. *de concess. praebend.*, *Fagnan. in Cap. Cum primum* 4. *num.* 80. *De pact.*, *Ancharan. cons.* 373. *num.* 3. *et sub num.* 7., *Covarruv. lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 9. *in fin. vers. Fateor enim*, *Soacc. de Judic. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 382. *Almain. de potest. Eccles. cap.* 13., *Turrecremat. in Summ. de Eccles. lib.* 2. *cap.* 7. *et lib.* 3. *cap.* 53., *Sotus de Just. et Jur. lib.* 10. *quaest.* 3. *art.* 1., *Vasquez in Opusc. Moral. tract. de Benefic. cap.* 4. §. 2. *dub.* 1. *num.* 122. *in fin.*, *Sylvest. in Summ. verb. Papa quaest.* 16. *in fin.*, *D. Thom.* 2. 2. *quaest.* 54. *art.* 5., *Surd. dec.* 30. *num.* 27. *vers. Hinc dicimus*, *Rot. in Gerunden. Scribaniae* 21. *Maii* 1683. § *Causa semper cor. Merlin.*; etiam sine Concilio Generali, cum illud non sit supra Papam, sed Papa supra Concilium, ut abunde probavi in *tract. de Vicar. Apostolic.*, quem in lucem edere non praetermittam si, Deo dante, vires suppetant et dies mei non breviabuntur.

Hinc controverti nec etiam potest quod Papa hac suprema, qua pollet in terris auctoritate, vinculum matrimonii tantummodo *rati* et non consummati relaxare 3
valeat, quemadmodum contra *Sot. de Just. et Jur. lib.* 7. *quaest.* 2. *art.* 5., solide probant *Dec. cons.* 112. *num.* 2. *et seqq.*, *Ancharan. cons.* 239. *per tot.*, *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 21., *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 14. *num.* 2., *Tusch. lit. M. conclus.* 153. *num.* 1. *et seqq.*, *Coninch. disput.* 26. *dub.* 3. *num.* 33., *Reginald. lib.* 31. *num.* 38., *Henriq. in Summ. Theol. Moral. lib.* 11. *cap.* 8. *num.* 11., *Bellarmin. lib.* 2. *de Monach. cap.* 38., *Filliuc. tract.* 10. *cap.* 2. *quaest.* 9., *Mendo in epitom. opin. moral. verb. Matrimonium num.* 7., *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de Matrim. num.* 32., *Menoch. de arbitrar. cas.* 455. *num.* 4., *Gutierrez quaest. Canon. cap.* 17. *et de Matrim. cap.* 54. *num.* 3., *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 9. *num.* 7. *Rot.* post *secund. volum. cons. Farinacc. dec.* 86. *num.* 1. *in fin.* = ibi = *Et Domini quoad potestatem dissolvendi matrimoni rati non consummati dixerunt non esse dubitandum, quia haec est communis opinio Canonistarum* = et alii passim, si enim matrimonii tantum *rati* vinculum non esset solubile, nec etiam per ingressum in Religione solvi posset.

Cumque notorium undique sit plures Summos Pontifices illud relaxasse, inter quos recensentur 4
Adrianus iv. ut innuit *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Ma-*

trim. quaest. 2. *punct.* 11. *sub num.*
4., S. Gregorius vii., Martinus v.,
Eugenius iv., S. Pius v. teste *Arsdekin. tom.* 2. *pag.* 129., *Del Bene*
par. 2. *de Inquisit. dub.* 336. *sect.*
5 66. *num.* 20., Gregorius xiii., ut referunt *Justus Redn. tom.* 1. *Oper.*
Canonico-Polit. tit. 3. *sect.* 2.
num. 26. *et seq. pag.* 46., *Sanch.*
de Matrim. lib. 2. *disput.* 14. *num.*
2.; et prae caeteris *D. Antonin.* 3.
part. tit. 1. *cap.* 21. §. 3. se vidisse
testatur hujus dispensationis Bullas
expeditas a Martino v. et Eugenio
6 iv. — item *Navarr. in Manual. cap.*
22. *numer.* 21. narrat Paulum iii.
7 et Pium iv. ita pariter dispensasse;
necnon *Cajetan. tom.* 1. *Opusc.* 28.
de Matrim. asserit suo tempore
hujusmodi dispensationes a Summis
Pontificibus fuisse concessas; et
Urbanus viii. dispensari mandavit
8 per Archiepiscopum Neapolitanum
super matrimonio dumtaxat *rato*
inter Michaelem Blanchum et Joannam filiam principis et principissae de Concha Civitatis Neapolitanae, expeditis literis in forma
Brevis; et a pluribus demum Summis Pontificibus easdem dispensationes elargitas fuisse confirmat
Ursaya discept. Eccles. tom. 2. *par.*
1. *discept.* 3. *per tot. et tom.* 3.
par. 2. *discept.* 21. *per tot.*

Si propterea (quidquid cum *Soto loc. cit.* aliqui ex Theologis olim dixerint in contrarium, a quibus praeceteris dissentit doctissimus *Cajet. in tom.* 1. *Opuscul. tract.* 28. ut advertit *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 21.) nos hodie post tot exempla et alia, quae brevitatis causa nunc praetermitto, de eorumdem Summorum Pontificum potestate dubitare vellemus, idem esset, ac illorum facta improbare, quod tamquam sacrilegium, 9
per *Text. in leg.* 2. *Cod. de crim. Sacrilegii* condemnant *Farinacc. cons.* 65. *num.* 45. *lib.* 1., *Veracrux specul.* 2. *part. art.* 27. = ibi = *De Pontificis potestate, postquam dispensavit, dubitare, instar sacrilegii est; esset enim Christo quasi exprobare, quod non satis Ecclesiae suae providisset* =

Nec utrisque tantum conjugibus consentientibus, sed etiam si
alter ex ipsis dissentiat, similes di- 10
spensationes conceduntur, ut servavit *Sac. Congregat. Concil. in Januen. dispensationis* 20. *Maii* 1719. *et* 27. *Januarii* 1720. *et in Tirasonen. Matrimonii* 2. *Octobr.* 1723., iisque ab Apostolica Sede concessis, uterque conjux potest ad
alias transire nuptias, ut declaravit 11
die 16. *Julii* 1599. Congregatio particularis a Clemente viii. deputata, cui interfuerunt *octo* Cardinales videlicet Asculanus, Burghesius, Blanchettus, Mantica, Arigonius, Vicecomes, Osatius et Bellarminus; nec non *quatuor* Auditores Rotae, nempe Seraphinus, Pamphilius, Pegna et Mellinus; ac una simul *duo* Religiosi Societatis Jesu, nimirum Petrus Justinianus et Costa, ac pluries censuit *Sac. Congregatio Concil.* et signanter *in Carpentoracten.* 25. *Januarii* 1608. *et in una Seguntina* 17. *Septemb.* 1609. *et in una Ferrarien.* 20. *Maii* 1613. *et in una Augustana* 16. *Maii* 1618.

Digitized by Google

In his autem dispensationibus concedendis solent Summi Pontifices super causis in supplici libello simpliciter eisdem allatis audire prius votum consultivum *Sac. Congregationis Concilii*, seu alterius particularis Congregationis, ut ap-
12 paret ex *Constitutione* Benedicti xiv. emanata *sub die* 3 *Novembris* 1741., relata post *mea Vota de Sponsal. Filiorumfam. Addit.* 6. et repetita etiam supra ad majorem commoditatem *in Cap.* 1. ubi in § *Et quoniam* inquit = *Saepe apud Sedem Apostolicam preces porrigi solent pro dispensatione matrimonii rati et non consummati, quae, ut plurimum, pro voto consultivo ad Congregationem S. R. E. Cardinalium Concilii Interpretum, vel nonnunquam ad aliquam Congregationem particularem deputatam a Romanis Pontificibus pro tempore remitti solent* = ibique subinde praecipit = *ut hujusmodi instantiae ordine ac rite procedant, volumus, ac mandamus ut supplex libellus Nobis, vel Romano Pontifici pro tempore exhibeatur, in quo plena et accurata totius facti species contineatur, causaeque omnes in eo exprimantur, quae ad obtinendam petitam dispensationem conducere posse a supplicante censentur, ut Romanus Pontifex, eo lecto et mature considerato, secum deliberare possit an petitionem rejiciat, vel ejus examen alicui ex dictis Congregationibus committat* =

Obtenta autem remissione petitionis, seu instantiae ad Sacram Congregationem Concilii, seu ad aliam Congregationem particularem pro examine causarum, quae simpliciter in supplici praedicto libello fuerunt allatae, sed non probatae, prout probandae sunt cum aliis forsan subnectendis coram praefata *Sac. Congregatione*, in primis justificari debet, quod matrimonium fuerit dumtaxat ratum, non vero
consummatum. 13

Hanc probationem facere possunt testes qui deponant quod conjuges, contracto matrimonio, nunquam una simul in eodem loco
convenerint, aut saltem, quod co- 14
ram aliis personis semper permanserint, iisque videntibus se separaverint, nec unquam sub eodem tecto cohabitaverint, seu etiam in
cubiculum ingressi fuerint apertis 15
januis, ibique nonnisi per momen-
tum moram traxerint, eoque magis 16
si eorumdem testium depositioni accedat assertio utriusque conjugis juramento firmata, qua pariter matrimonii consummationem exclu-
daut, quibus probationibus concur- 17
rentibus, dubitari nequit quin *ratum* tantummodo sit matrimonium, cum cuim constat conjuges nunquam una simul cohabitasse, tunc soli eorumdem conjugum assertioni de non subsecuta consummatione omnimodam adhibendam esse fidem
teneut *Hostiens. in Summ. tit. de* 18
Convers. Conjugat. num. 9. *vers. Quid siquis, Bald. in leg. Deo nobis* 42. *num.* 9. *Cod. de Episc. et Cleric.*

Et quamvis super non secuta matrimonii consummatione non ita facile deferri soleat conjugum assertionibus, quando uterque ad

alias nuptias transire contendit,
quemadmodum deferri solet, quan-
19 do alter ex conjugibus religionem
perpetuo in aliquo monasterio pro-
20 fiteri desiderat *Gloss. in Cap. 1.*
verb. Probari De frigid., cum prae-
sumendum non sit ipsum recedendo
a conjugio velle per falsitates et
mendacia Deo se vovere *Innoc. in*
d. Cap. 1. De frigid.

21 Nihilominus etiam in casu
quo nemo eorum religionem ingre-
di velit, omnem fidem promeren-
tur si illorum assertio coadjuvetur a
22 testium depositione cohabitationem
excludente, aut si mulier nec pul-
chra, nec satis dotata, nec juvenis,
sed pauper et aetate provecta ad
alias non speret convolare nuptias,
23 maxime si ipsa illecebris, fraudi-
bus, malisque artibus inexpertum
adolescentem opibus abundantem
dolose ad secum ineundum matri-
monium circumvenerit, quia si in
24 hoc casu eidem de secuta consum-
matione testificanti non ita facile
credendum esset et de illius periu-
rio dubitandum, quia deponeret ad
proprium commodum, ejus enim
interesset ut matrimonium ad
quod tantopere pro sua melioranda
conditione anhelavit, ac tot tan-
tisque machinationibus ad effectum
perducere exquisivit, per consum-
mationem falso suppositam redde-
25 retur indissolubile, ut in simili
considerat *Card. de Luc. de Ma-*
trimon. diso. 2. num. 15. in fin.;
omnis e converso fides est ei adhi-
benda, nec pejerasse censetur, si
paulo post quam tantarum frau-
dum ope voti compos evasit, ju-
ratam tamen confessionem in sui
praejudicium matrimonii consum-
mationem excludentem emittat,
quae quidem confessio per se sola 26
quodcumque tollit dubium ejusdem
consummationis, ut, in durioribus
terminis dormitionis utriusque co-
njugis in eodem lecto, respondit 27
Rot. dec. 101. num. 5. et seq. par.
2. divers. = ibi = *Secundo non*
obstat, quod stante dormitione
Julii cum Olimpia in eodem lecto
per tres noctes praesumitur con-
summatio matrimonii juxta text.
etc., quia haec praesumptio tollitur
per probationem contrariam resul-
tantem ex confessione Julii facta
coram SS.mo D. N., ad cujus in-
terrogationem fassus fuit matri-
monium non consummasse. Licet
enim praesumptio dicti Cap. etc.
sit violenta et Juris et de Jure,
tamen admittit probationem in con-
trarium ex confessione in praeju-
dicium ipsius confitentis = eo
fortius igitur si non solum non
constet de dormitione, sed inito
matrimonio masculus fuerit carce-
ribus mancipatus, mulier vero in
monasterium detrusa *Card. de Luc.* 28
de Matrim. disc. 16. numer. 25.
= ibi = *Ac etiam stante quod*
post dictum actum, certum erat,
quod nulla accesserat consumma-
tio, dum vir erat in arcto car-
cere, mulier autem in monasterio
est, et per consequens agebatur de
matrimonio rato tantum etc.; ita
juste et congrue interponi potuis-
set Pontificis auctoritas, stante
etiam magna inaequalitate aeta-
tis =

Indubitantius consummatio ex
eo solum exclusa remaneret si

Digitized by Google

puella actualiter existens in monasterio alicujus juvenis amore capta, unanimi consensu Parochum sub aliquo praetextu ad collocutorium accedere fecerint, ibique coram eo et duobus testibus, verba ad contrahendum matrimonium apta protulerint, puella in janua interiori monasterii intra clausuram, masculo vero extra clausuram existentibus, quo facto, puella in eadem clausura remanserit, nec exinde, antequam dispensatio peteretur,
29 exiret.

Neque hanc dispensationem retardare potest copula carnalis inter conjuges habita, quae illorum connubium praecesserit, nam, tamquam fornicaria, non aequivalet consummationi matrimonii nondum contracti *Covarruv. in 4. Decretal. par. 1. cap. 4. §. 1. num. 15.*, *Navarr. in Manual. cap. 22. num. 84. vers. Verum*, *Sanch. de Matrim. lib. 2. disput. 21. num. 13.*, et propterea dissolutionem subsequentis matrimonii tantummodo rati non
30 impedit.

Quemadmodum enim copula praecedenter habita non impedit, quominus matrimonium deinde contractum et non consummatum per professionem ab altero ex conjugibus in aliqua religione approbata
31 solemniter emissam dissolvatur *Navarr. loc. cit.*, ita nec eadem copula impedire valet Summo Pontifici supremae suae potestatis exercitium in illius tamquam mere *rati* dissolutione, quamvis conjuges ad alias transire nuptiam desiderent,
32 prout in puncto docet *Castrens. in leg. penult. Cod. de Episc. et Cleric.* = ibi = *Sed quid si ante matrimonium contractum interveniat copula, postea non? Adhuc quaeritur an Papa possit dissolvere? Baldus movet hanc quaestionem in leg. Paulus ff. de stat. homin. dicens, quod copula praecedens, cum non fuerit matrimonialis, non impedit separationem matrimonii per dispensationem Papae* =, convenit *Menoch. de praesumpt. lib. 3. praesumpt. 1. num. 45.* = ibi =. *Hinc sequitur quod illis in casibus, in quibus potest Papa dispensare et dissolvere matrimonium nondum carnali copula consummatum, potest etiam dissolvere hoc, cui praecessit carnalis copula; quandoquidem haec copula non reddit ipsum matrimonium, ut dici possit omnino perfectum* = concordat *Card. de Luc. de Matrim. disc. 16. num. 25.* = ibi = *Ac etiam stante, quod post dictum actum etc. nulla accesserat consummatio etc. et per consequens agebatur de matrimonio rato tantum, dum asserta copula, antequam actus sequeretur, tamquam inter concubinos, in nulla consideratione habetur, ita juste et congrue interponi potuisset Pontificis auctoritas* =

Nec isti, aliique doctores idem sentientes sine solida ratione loquuntur; matrimonium enim *consummatum* (ad differentiam matrimonii solummodo *rati*, quod dissolvi potest, quia significat conjunctionem Christi cum anima justi, quae conjunctio solubilis est
per mortale peccatum) *consumatum*, inquam, matrimonium signi- 33

Digitized by Google

ficat conjunctionem Christi cum
Ecclesia per carnem assumptam,
34 seu unionem hypostaticam, quae
conjunctio est omnino insolubilis
Cap. Debitum 5. *De Bigam.*, qua-
tenus Verbum quod semel assum-
psit, nunquam dimisit, unde, ut
35 recte infert *Pignatell. consult.* 148.
num. 4. *tom.* 1. Dominus in *Matth.*
cap. 19. *vers.* 6., non dixit: *quod*
ergo Deus conjunxit homo non
separet: nisi post illa verba: *non*
sunt duo, sed una caro: et simi-
liter *Apostol. ad Ephes. cap.* 5.
vers. 31. *et seq.* prius eadem verba
praemisit: *erunt duo in carne una:*
et deinde subjunxit: *Sacramentum*
hoc magnum est, ego autem dico
in Christo et Ecclesia: ad deno-
tandum, quod tunc matrimonium
fit indissolubile cum accedit con-
36 summatio et probat *Dec. d. cons.*
112. *num.* 5., quia tunc significat,
ut dixi, corporalem unionem verbi
cum Ecclesia per carnem assum-
37 ptam. Quare LEO Pontifex in *Can.*
38 *Cum societas* 14. *caus.* 27. *quaest.*
2. hoc ita expresse declarat = ibi =
Cum societas nuptiarum ita a prin-
cipio sit instituta, ut propter com-
mixtionem sexuum, non habeant
in se nuptiae conjunctionis Christi
et Ecclesiae Sacramentum =

Ideo igitur matrimonium con-
summatum a nulla terrena pote-
state dissolvi potest, quia, ad re-
praehesentaudam mirificam et in-
dissolubilem unionem Divini Verbi
cum humanitate, fuit a D. N. Jesu
39 Christo elevatum, ut pluribus etiam
obstendit *Sanchez de Matrim. lib.*
2. *disput.* 13. *num.* 7.; quapropter,
cum hanc unionem tamquam effe-
ctum Sacramenti unice repraesen-
tet copula matrimonialis, per hanc
proinde, quae Sacramentum subse-
quitur, fit matrimonium indissolu-
bile, non autem per fornicariam,
quae Sacramentum praecedit, quae-
que idcirco talem repraesentatio- 40
nem non habet.

Potest oriri dubium an ad
hanc consummationem excluden-
dam adhibenda sit foeminae visi-
tatio et inspectio per obstetrices
facienda, si ipsa, vel alter conjux
post contractum matrimonium eli-
gat ingredi religionem et in ea pro-
fiteri; vulgatissima namque res est
ac firmissima Sacrorum Canonum
et Ecclesiae doctrina posse quem-
libet ex conjugibus a matrimonio
tantum *rato* et non consummato
resilire, sive ut statum regularem
amplectatur, ALEXANDER III. *in Cap.* 41
verum 2., INNOCENTIUS III. *in Cap.*
Ex parte 14. *De convers. Conju-*
gat, *Concil. Tridentin. sess.* 24.
Can. 6. *de Matrim.*, idque proce-
dere altero etiam conjuge invito,
ac repugnante *d. Cap. Verum De* 42
Convers. Conjug. — sive ut ante
matrimonii consummationem, ex
justis ac rationabilibus causis, Apo-
stolica obtenta dispensatione super
matrimonio tantummodo *rato*, sibi
liceat perpetuum vel in seculo,
aut in religione servare caeliba-
tum, vel aliam ducere uxorem,
seu respective cum alio viro co-
njungi.

In primo casu *Sacra Congre-*
gatio Concil. in una Januen. apud
Ursayam tom. 3. *par.* 2. *discept.*
21. *num.* 134. *et seq.* hanc inspe-
ctionem minime necessariam exi- 43

Digitized by Google

stimavit. Aliquando tamen, ultra
juramentum conjugum matrimonii
consummationem negantium, ab
eadem *Sacra Congregatione* deman-
data fuit inspectio corporis mulie-
44 ris, et signanter id etiam contigit in
Neapolitana Matrimonii 11. *Apri-
lis* 1761., in qua quaestio erat de
matrimonio *rato* et non consum-
mato, ad effectum quidem ingre-
diendi religionem, sed graves ta-
men concurrebant circumstantiae
et ea praecipue quod conjuges si-
mul condormierant, actumque co-
45 njugalem absolvere tentaverant,
quae sane juris praesumptionem de
46 secuta copula inducit.

Verum generaliter loquendo
47 hujusmodi inspectio tamquam ni-
mis fallax et ad fallendum apta,
raro, nisi eam muliere sponte pe-
tente, in hisce quoque casibus ad
detegendam ejus claustri virgina-
lis integritatem opportuna videtur;
quin etsi fiat ad petitionem quo-
que mulieris, nonnumquam obste-
trices et judices decipere et scan-
48 dala gignere potest.

Si enim masculus religionem
ingredi deliberet et foemina repu-
gnet, atque matrimonium proinde
jam fuisse consummatum ipsa *falso*
49 supponat, ad propriam tuendam
assertivam praedictam obstetricum
inspectionem petere valet, et si non
fuerit ante matrimonium ab alio
viro corrupta, antequam ab obste-
tricibus visitetur, propriis digitis
hoc vitium affectare potest, ita-
que non solum impedita viro re-
manet electio de meliori bono sibi
50 a jure concessa, verum etiam ori-
tur bellum inter virum et uxorem,
quia vir sciens eam non fuisse a
se carnaliter cognitam et tamen
repertam corruptam, eamdem non
benevolentia et amore, sed odio
tamquam scortum prosequetur.

Si vero foemina religionem in-
gredi velit, etiamsi uterque conjux
matrimonii consummationem nega-
verit, idem impedimentum et scan-
dalum ex inspectione obstetricum
(nisi fuerit eadem inspectio per
ipsam mulierem suae virginitatis
conscia sponte petita) emergere
potest, quatenus violata pariter re-
periatur, quia vel ope alterius viri
vel propriis manibus, aut aliis in-
strumentis ante matrimonium se 51
vitiaverit, itaque talis inspectio ori-
go scandali, impedimentum boni
et inimica potius quam amica ve-
ritatis evadit.

Hoc etiam de facili contingere
potest in secundo casu, quo alter
ex conjugibus ex justa causa disso-
lutionem matrimonii tantum *rati*
a Sancta Sede per dispensationem
postulet, ut in pristina nativa li-
bertate reponatur. Si enim hoc 52
petat vir, quamvis pro veritate
matrimonium non fuisse consum-
matum affirmet, mendax tamen
apparebit, si mulier de secuta con-
summatione *falso* deponat et ab
obstetricibus visitata, minime in-
tacta reperiatur, quia ante vel
post matrimonium uno, vel altero 53
modo, praeter quam ex mariti co-
pula, vitiata fuerit.

Si vero dispensationem petat
mulier et matrimonii consumma-
tionem adversus *falsam* viri asser-
tionem neget, eamdem dispensa-
tionem obtinere non poterit, si

Digitized by Google

54 obstetrices ejus genitalia relaxata
reperiant, licet id non propter
matrimonii consummationem, sed
ex alia causa matrimonium prae-
55 cedente, aut etiam subsequente
contigerit.

Ad hujusmodi evitanda ab-
surda, fallacias et scandala, sex
casus distinguendos esse putarem:

Primus est, si matrimonii con-
summationem neget alter ex conju-
gibus, qui perpetuam ducere vitam
in monasterio desiderat, et huic de-
56 ferendum esse notat *Gloss. in Cap.
1. verb. Probari de frigid.* maxime
concurreutibus adminiculis et co-
njecturis probitatis, bonorumque
morum ipsius conjugis, cum prae-
sumendum non sit, quod uti velit
falsitatibus atque mendaciis, ut,
dimisso altero conjuge, Deo se vo-
57 vere resolvat, ex juribus supra re-
latis *num.* 21., multoque magis si
ambo conjuges in negativa consum-
mationis cum juramento conve-
niant, nec opus est ulla inspectio-
58 ne obstetricum nisi coucurrant
circumstantiae similes illis, quae
concurrebant in dicta *Neapolitana*,
de qua supra *num.* 44. *et* 45. et
necessaria reputetur ad evitandum
praecipue scandalum probabiliter
oriturum, si non obstante illo-
rum negativa, attentis circumstan-
tiis, praesumptio emergat consum-
mationis, ob quam mulier con-
cipere jam potuerit, ejusque venter
deinde in monasterio tumescere
possit. —

Secundus casus est, si mulier
negans matrimonii consummatio-
nem adversus virum eamdem con-
summationem affirmantem, super
matrimonio *rato* dispensationem
petat ut alteri nubat, et tunc illi
deferendum erit, si, ad convincen-
dum virum de mendacio, sponte
se visitari postulet ab obstetricibus,
et visitata nulla appareat claustri
virginalis fractura, maxime si de
recenti fuerit initum matrimonium;
sed quatenus se visitandam non 59
offerat, non est tamen illico pro
consummatione matrimonii praesu-
mendum, nam hujusmodi renuen-
tia ex eo procedere potest, ne in
publicum proferat propriam turpi-
tudinem, quia licet matrimonium
consummatum non fuerit, adhuc
vel quia idem conjux ante matri-
monium eam defloraverit, vel ex
alia causa, virgo reperiri non pos-
sit, ideoque admittendae erunt aliae
probationes, ex quibus matrimonii 60
consummatio excludi valeat —

Tertius est, si dispensationem
vir petat et mulier copulam jam
inter eos intercessisse affirmet, quo
casu ad eruendam veritatem nun- 61
quam inspectionem obstetricum
adhibendam esse censerem, etiamsi
mulier eidem inspectioni se sponte
subjiceret; licet enim corrupta re-
periretur, adhuc ei non esset per-
necesse credendum, eatenus nam-
que sui corporis inspectionem of-
ferre potest, quatenus ante matri-
monium opera ejusdem conjugis,
aut alterius viri virginitatem ami-
serit, vel ante seu post matrimo-
nium et etiam de recenti artificiose
claustrum virginitatis violaverit;
unde potius negativa viri coadju-
vanda foret a fide testium, qui de
immediata conjugum separatione
post initum matrimonium depone-

Digitized by Google

rent, vel ex alia causa consummationem excluderent. —

Quartus est, si matrimonium initum fuerit inter conjuges, quo-
62 rum alter sit dives et ex honestis aut nobilibus parentibus ortus, alter vero pauper et inferioris ac abjectissimae conditionis, qui conjugi diviti etc., ob hanc disparitatem, dispensationem super matrimonio *rato* petenti, illam impedire conetur, ac instet eumdem cogi ad sibi praestandum obsequia matrimonialia, eo quia si tale matrimonium dissolvatur, aliud simile invenire desperat, et nihilominus amans veritatem matrimonium inter eos consummatum non fuisse fateatur, quo casu pariter nulla facienda est per obstetrices mulieris inspectio, quia confessio conjugis, qui praesertim instat pro denegatione dispensationis, et cujus interest ut matrimonium consistat, in sui praejudicium plenam facit probationem, ut probavi supra *n.* 26 *et seqq.* —

Quintus, si conjux, altero consentiente, super matrimonio *rato*
63 Apostolicam postulet dispensationem, illudque non fuisse consummatum uterque fateatur, hoc enim probari poterit per obstetricum inspectionem, quatenus mulier suum corpus per easdem inspiciendum offerat, eoque inspecto, nullum recentis copulae signum appareat. At si mulier huic inspectioni sponte se non subjecerit, nec erit visitanda, ne, violata reperta, praedicta scandala subsequantur, nec statim amborum assertioni de non consummatione plena fides est adhibenda, (quia dubitari potest quod inter se ex condicto contra matrimonium colludere velint) nisi aliunde quoque illorum assertio coadjuvetur, ex probationibus nempe quod 64
post matrimonium *ratum* numquam una simul convenerint. —

Sexto demum si matrimonium contractum fuerit per procuratorem, eoque contracto, alter ex conjugibus vel religionem ingredi velit, vel, justa concurrente causa, a Sancta Sede dispensationem postulet, cum alter in uno loco, alter in alio commoratus fuerit et commoretur, nec unquam una simul convenerint, nulla adest ratio, cur mulier sit ab obstetricibus 65
inspicienda, ut de se patet.

Constito de consummationis defectu, ad obtinendam dispensationem requiritur etiam justa causa, sine qua obtenta dispensatio irrita a 66
nonnullis doctoribus reputatur, ut videre est apud *Sanch. de Matrim. lib. 2. disput. 15. num. 6.*; sed nullatenus necessariam esse causam ad publicum bonum spectantem, eamque sufficere, quae privatam respiciat utilitatem, solide firmant 67
Cajet. tom. 1. Opusc. tract. 28., Felin. cons. 26. num. 19. Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesump. 10. num. 44. et cons. 5. num. 7., Gobat. theol. experiment. tract. 10. cas. 18. num. 691., Pignatell. consult. 148. num. 9. tom. 1. = ibi = *Et licet aliqui velint causam concernere debere bonum publicum etc., verior tamen et magis communis opinio est, ut sufficiat illam concernere bonum privatum, ac privatam utilitatem* = idque brevius

Digitized by Google

confirmat *Smalzgrueber ad rubr.*
de Divort. = ibi = *Non autem*
opus est semper causa publica =
Ac ita practice comprobarunt plu-
res Summi Pontifices et praecete-
68 ris GREGORIUS XIII., qui unica die
dispensavit cum undecim, teste
Henriquez lib. 11. *de Matrim. cap.*
8. *num.* 11. *in comment. lit. F.*,
Sanch. de Matrim. lib. 2. *disput.*
14. *num.* 2.; quos omnes nequa-
quam est verisimile fuisse magna-
tes, adeout in illis causa publica
dispensationem exigeret, ultra alios
inferius recensendos, quod et ser-
vavit *Sac. Congr. Concilii* et si-
gnanter in *Urbanien.* 12. *Januarii*
1726., *et in Chien.* 12. *Martii*
1729.

Si Papa igitur ex justis causis
matrimonium *ratum*, mediante di-
spensatione, dissolvere potest, ut
69 jam probavi; *prima* ac praecipua
profecto satis urgens causa ea mihi
esse videtur quae oritur ex matri-
monio illicite et absque venia Apo-
stolicae Sedis contracto a quocum-
que catholico cum muliere haeretica,
seu ab haeretico cum muliere ca-
tholica, quoties pars catholica in
se reversa pro dissolutione vinculi
matrimonialis, antequam matrimo-
70 nium *ratum* consummetur, aposto-
licam petat dispensationem.

Hujusmodi namque matrimo-
nium nullum meretur ecclesiae
71 favorem et assistentiam, sed odium
potius et resistentiam, utpote in
contemptum ejusdem ecclesiae san-
ctionis impie et sacrilege initum
cum iis, quos *D. Chrysost. homil.*
19. *sup. Matth.*, comparat simiis;
sicut enim simiae imitantur homi-
nes sed tales non sunt, imo pravae
bestiae, sic haeretici simulant se
esse sanctos sed tales utique non
sunt, imo lupi rapaces et doemo-
nes — *Damascen. lib.* 3. *de Fid.*
Cathol. eos appellat hydras, quia
semper pullulant venenosissima ca-
pita; — *D. Gregor. Nazianzenus in*
Oration. 1. *contra Julian.* chama-
leonti eosdem assimilat, quemad-
modum enim iste se in omnem
transformat colorem, praeterquam
in album, sic haeretici omnem fi-
dem accipiunt, praeterquam Catho-
licam et Romanam, unde olim
Dux Saxoniae dicere solitus erat =
Nescio quid hoc anno credant,
quidque anno proxime futuro cre-
dituri sint vicini mei Wittember-
genses =

Et profecto sic a similibus co-
njugiis Ecclesia semper abhorruit,
ut anteactis seculis ea omni valore 72
frustraverit et irrita prorsus esse
voluerit, ut habetur ex *Concil.*
Carthaginens. III. Can. 12., ex *Cal-*
cedonens. Can. 14., ex *Illiberitano*
Can. 11. 16. *et* 17., ex *Agathensi*
Can. 67. et expresse statuitur in
Can. Trullano 72., qui etsi dubiae
sit fidei, adhuc vim legis apud
Graecos obtinuisse testantur *Pont.*
lib. 7. *de Matrim. cap.* 47. *num.*
11. *Van-Espen de Jur. Eccles.*
Univers. par. 2. *tit.* 13. *cap.* 8.
num. 6. — et quamvis deinde tractu
temporis illa pro validis habuerit, 73
ut probat *Text. in Cap. Decrevit*
14. *De haeretic. in* 6. (ubi BONI-
FACIUS VIII. dote privandam statuit
mulierem quae scienter viro hae-
retico nupserit, sed matrimonium 74
non irritat) semper tamen eadem

Digitized by Google

detestata fuit et severe prohibuit
75 ad *Text. in Can. Cave, Can. Non oportet* 28. *quaest.* 1., *Bellarmin. Contr. tom.* 3. *lib.* 1. *de Matrim. cap.* 23., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 72. *num.* 1.

Nec obstat usus qui servatur in locis ubi haereses impune grassantur, in quibus catholici cum haereticis admixti absque ulla apostolica dispensatione matrimonii
76 vinculo inter se invicem conjunguntur, ut considerat *Sanch. loc. cit. num.* 5., siquidem talem usum seu
77 verius abusum, reprobant *Resolutiones Sac. Congregationis Concilii*, quae pluries eorumdem locorum Parochis prohibuit, ne praedictis matrimoniis assistant, ut testatur *Card. Petra ad Constit. Apost. tom.* 4. *Constit.* 12. *Joann. XXII.*
78 *num.* 8. *pag.* 75. Reprobant Summorum Pontificum facta, qui pro talibus matrimoniis ineundis dispensationem suppliciter exorantibus, eamdem constantissime denegarunt, inter quos CLEMENS XI., qui quamquam enixe rogatus, nunquam dispensationem concessit, ut vir haereticus cum catholica foemina, *licet ab eo carnaliter cognita*, in Belgio matrimonium ini-
79 ret, nisi prius haeresim abjurasset, ut refert idem *Card. Petra loc. cit. num.* 14. *pag.* 76. Reprobat
80 BENEDICTUS XIV. in *Constitut.* 34. *ejus Bullarii tom.* 1., et in ipsius *tract. de Synod. Dioeces. lib.* 6. *cap.* 5. *num.* 3. Quin et ipsi doctores Germani, etsi talia conjugia non semel prae oculis habeant, illa nihilominus tamquam illicita, uti sine apostolica dispensatione contracta, reprobant atque con- 81
demnant prae caeteris *Pirhing in* 4. *Decretal. tit.* 1. *num.* 166. § *Quod tamen*, *Francisc. Schmier in Decret. part.* 3. *lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 5. *sect.* 3. *num.* 55., *Picler ad libr.* 4. *tit.* 1. *numer.* 129., *Smalzgrueber ad Rubr. Qui clerici, vel voventes num.* 149.

Haec autem conjugia catholicorum cum haereticis ecclesia maximopere detestatur, ob periculum subversionis conjugis catholici 82
etiam doctrina praediti, juxta illud: *Cum sancto sanctus eris, et cum viro innocente innocens eris, et cum electo electus eris, et cum perverso perverteris, Psalm.* 17. *vers.* 16. *et seq.* Non tantum enim rudes, sed doctissimos quoque, ac piissimos viros haereticorum societate, seu 83
illorum fallaciis deceptos in eorumdem laqueos incidisse jam novimus, inter quos se offert potissi- 84
mum *Tertullianus* vir insignis ac singulari ingenio, qui scripsit *Apologeticum contra Gentiles*, librum 85
de Corona Militis, alterum *contra* 86
Marcionem, alterumque *de Carne* 87
Christi adversus eumdem, et similiter *De Resurrectione Carnis contra Judaeos*, *De anima ad Scapulum*, *De bono martyrii contra Gnosticos*, *de Poenitentia*, *de Baptismo*, alio- 88
sque, quos doctissimus *Pamelius* enumerat; unde a D. Hieronym. *in Epistol. ad Paulinum* describitur *vir acris et vehementis ingenii*, *vir eruditissimus*, *quo nihil eruditius*, *nihil acutius*, *et eloquentissimus*; a Lactantio *lib.* 5. *divin.* 89
instit. cap. 1. dicitur *omni genere literarum peritus*; ab Eusebio *apud*

Digitized by Google

90 *Xixt. sen. in Bibl. Sanct. verb. Ter-*
tullianus declaratur *legum et re-*
91 *rum humanarum peritia clarus;* a
D. Augustino *ibid.* appellatur *di-*
sertissimus, qui buccis sonantibus
92 *orationem inflaverit;* a Nicephoro
ibid. laudatur tamquam *eloquentia*
admodum pollens, acris et inge-
93 *niosus admodum;* tandem Vincen-
tius Lyrinensis *cont. Haer. cap.* 24.
promeritis sequentibus encomiis il-
lum prosequitur, nempe = *Quid hoc*
94 *viro doctius? quid in divinis ac*
humanis rebus exercitatius? Nem-
pe omnem philosophiam, atque
omnes philosophorum sectas, au-
ctores, assertoresque sectarum,
omnesque eorum disciplinas, omnem
historiarum, ac studiorum varie-
tatem mira quadam mentis capa-
citate complexus est. Ingenio vero
nonne tam gravi ac vehementi
excelluit, ut nihil sibi pene ad
expugnandum proposuerit, quod
non acumine irruperit, aut pon-
dere eliserit? Jam porro orationis
suae laudes quis assequi valeat,
quae tanta nescio qua rationum
necessitate conferta est, ut ad con-
sensum sui, quos suadere non po-
tuerit, impellat? cujus quot pene
verba tot sententiae sunt, quot
sensus tot victoriae? Sciunt haec
Marciones, Apelles, Praxea, Her-
mogenes, Judaei, Gentiles, Gno-
stici, caeterique, quorum ille blas-
phemias multis ac magnis volu-
minum suorum molibus, velut qui-
busdam fulminibus, evertit: et ta-
men vir tantus (a *Sancto Cypriano*
quoque propter ejus excellentem
doctrinam in ea existimatione ha-
95 bitus ut, dum peteret illius librum,
hac uteretur verborum forma —
Affer Magistrum —) ab erroribus et
haeresi unius *Montani* seductus fuit.
Quare idem *Lyrinensis* ita cum 96
lacrymis prosequitur = *Et ta-*
men hic quoque post haec omnia,
hic inquam Tertullianus catholici
dogmatis, idest universalis, ac ve-
tustae fidei parum tenax, ac di-
sertior multo, quam felicior, mu-
tata deinde sententia, fecit ad
extremum, quod de eo beatus con-
fessor Hilarius quodam loco scribit
— sequenti errore destraxit scriptis
probabilibus auctoritatem et fuit
ipse quoque in ecclesia magna ten-
tatio =

Quid dicendum de *Origene*,
quem Didimus apud *Xixt. sen. in*
Bibl. Sanct. lib. 4. vocat *secundum*
post Apostolos ecclesiarum magi-
strum, et S. Athanasius illum *ibid.* 97
appellat *fidei testem locupletis-*
simum? qui *in ea domo natus est,* 98
quae fuit illustrata martyrio, ut
testatur Vincentius Lyrinensis *cont.* 99
Haer. cap. 23., qui tanto incensus
erat desiderio martyrii, ut in ae-
tate *annorum* 17. *et* 18. constitutus
illud obtinendi quaereret occasio-
nem; cumque ejus pater martyrium 100
subiit, non illum ipse lacrymis
aut querelis, sed forti pectore ani-
mavit iis verbis ab *Euseb. lib.* 6. 101
cap. 23. relatis = *Obfirma te, pa-*
ter, martyrium fortiter sustine,
nec aliud quidquam nostra causa
molire =, vir plane doctus et de- 102
votus utque Eusebius *lib.* 6. *d.*
cap. 23. dicit = *Qualis ejus fuit*
oratio, tales fuere et mores, et
quales mores, talis fuit et ora-
tio =; et S. Epiphanius *haer.*

Digitized by Google

64. ac Ruffinus in *Apolog.* non
103 uuum, aut centum, sed 6000. li-
bros scripsisse testantur, unde Vin-
centius Lyrinensis *cont. haer. dicto*
cap. 23. inquit = *Neminem mor-*
talium plura scripsisse, quam Ori-
genem, cujus opera non solum per-
legi, sed ne inveniri quidem pos-
sibile sit = Cum vero ab idololatris
in persecutione Decii Imperatoris
fuit carceribus mancipatus, ut diis
sacrificaret, Eusebius *d. lib.* 6. *cap.*
32. ejus in carcere cruciatus ita
describit: *Quot afflictionum gene-*
104 *ra et quam gravia Origeni hac tur-*
bulenta tempestate persecutionis
contigerint, et quo pacto malevola
diaboli invidia magis, magisque
augeretur, qualia etiam et quam
acerba pro Christi verbo et doctri-
na perpessus sit vincula, quae
corporis tormenta et supplicia ex
catena ferrea in interioris carceris
recessu collo impacta, et quomodo
permultis diebus pedes ad compe-
des ligneas intrusi, quatuor fo-
raminum interstitiis interpositis,
distractione quadam distenti fue-
rint, quae ignis et incendii oppo-
sitae minae, quas praeterea ab
inimicis inflictas carnificinas to-
leranter pertulèrit, qualem exi-
tum, dum Judex omnibus viribus
et toto corpore, ut dicitur, ut vita
ejus ad doloris morsus amplifican-
dos amplius protraheretur, ejus
res habuerint, denique quas post
illa et quam pias voces, easque
plenas solatii iis, qui opis et au-
xilii in rebus adversis indigent,
scriptis reliquerit, permultae sunt
illius epistolae, quae vere, accu-
rateque commemorant. Hunc D.
Hieronymus apud *Xist. sen. lib.* 4.
Bibl. Sanct. vocat *sacrorum om-*
nium Expositorum victorem; S. 105
Pamphilius Martyr *ibid.* ita de illo
sentit: *Qui omnium haereticorum*
aedificia, et diabolicae machinatio-
nis turres subvertit; Nicephorus 106
ibid. de eo sic loquitur: *Eloquen-*
tia admodum pollens, acris et in-
geniosus admodum; Ruffin. *apud* 107
S. Hieronym. tom. 9. appellat *al-*
terum post Apostolos ecclesiae do-
ctorem, Severus Sulpicius *Dial. lib.* 108
1. dicit *Origenem post Apostolos*
neminem habuisse aequalem, Vin- 109
centius Lyrinensis *cont. Haer. d.*
cap. 23. sic eum laudibus merito
extollit: *In Origene erat tanta*
vis ingenii tam profundi, tam acris,
tam elegantis, ut omnes vere mul-
tum, longeque superaverit; tanta
doctrina, ac totius eruditionis ma- 110
gnificentia, ut pauca forent Di-
vinae, pene fortasse nulla huma-
nae Philosophiae, quae non peni-
tus assequeretur. Eloquentiam vero 111
quid memorem? Cujus fuit tam
amoena tam laeta, tam dulcis ora-
tio, ut mihi ex ore ipsius non tam
verba, quam mella quaedam fluxis-
se videantur. Circa vero illius tor- 112
menta, quae ipse ut supra est forti-
ter passus, nil aliud pro obtinenda
martyrii corona, quam ei mortem
defuisse considerat S. Epiphanius 113
haer. 64. = ibi = *In persecutio-*
ne a Decio facta et ipse Origenes
multa passus, ad finem martyrii
non pervenit = Sed nihilominus
nonnulli volunt, inter quos S. Epi-
phanius *loc. cit.*, quod Origenes, ut
se a libidinosis actibus cujusdam
Æthiopis eximeret, fidem abjura- 114

Digitized by Google

verit, itaque fuerit a carcere et a
morte liberatus. En verba Sancti,
in quibus transcribendis, ob tanti
viri ruinam et exitium calamus
contremiscit = *Multa sunt fortia*
facta, quae per traditionem refe-
runt veteres de hoc viro. Propter
eminentissimam sanctitatem ejus
atque doctrinam ad multam invi-
diam pervenit. Per diabolicam vero
malignitatem excogitaverunt mali-
tiei operatores quomodo turpitu-
dinem viro impingerent et plagam
talem decernerent, ita ut in abusum
corporis ipsius, Æthiopem ipsi su-
bornarent, aut sacrificare juberent.
Ipse vero non ferens diabolicae
operationis versutiam proclamavit,
utrisque rebus sibi propositis, sa-
crificare se potius velle; non ta-
men spontanea mente hoc potius
perfecit, velut magna de hoc fama
refert; sed quandoquidem omnino
confessus est, se facturum hoc
esse, injecto in manus ejus thure
ipsum ad arae rogum adduxerunt.
Atque sic a Confessoribus et Mar-
tyribus tunc, re cognita, rejectus
est = Ea itaque manus, quae
115 scripserat 6000. libros et magna
ex parte in exaltationem ecclesiae,
thus daemoni turpiter obtulit, et
momento temporis tot annorum la-
bores retractavit.

Hi duo viri doctrina et devo-
tione conspicui sufficiant pro aliis
non paucis, quos propter haereti-
corum insidias plorat ecclesia. Licet
enim, ut Severus *lib.* 2. narrat, *hac*
tempestate (hoc est sub persecu-
tione Diocletiani) *omnis fere sacro*
martyrum cruore orbis infectus
est; quippe certatim gloriosa in
certamina ruebatur, multoque avi-
dius tunc martyria gloriosis mor-
tibus quaerebantur, quam nunc
Episcopatus pravis ambitionibus 116
appetuntur; adhuc non defuerunt
ecclesiastica quoque dignitate ful-
gentes, qui haereticorum cabalis
et erroribus illusi, a nostra catho-
lica fide aberrarunt, ut historiae 117
testantur.

Hoc etiam prius evenisse plu-
ries ob conjugia inter eos contra-
cta, qui diversam religionem pro-
fitebantur, STEPHANUS IV. ad Regem 118
Francorum ita scripsit = *Quam-*
plurimos comperimus, sicut Divi-
nae Scripturae historia instruimur,
per alienae nationis injustam co-
pulam a mandatis Dei deviasse et
in magna devolutos facinora = te-
ste *Baron. tom.* 9. *Annal. ann.* 770.

Merito igitur haec matrimo-
nia catholicorum cum haereticis ab 119
ecclesia improbantur, nullatenus
suffragante, quod vir sit catholi-
cus, haeretica vero mulier, adeout
haec viri constantiam et majorem
capacitatem in tuenda propria re-
ligione superare non valeat. Quan- 120
doquidem, ut notat *Lezan. var.*
consult. 43. *num.* 51., et experien-
tia docemur, facilius est ut uxor
haeretica virum, quam vir catho-
licus uxorem haereticam ad pro-
priam religionem perducat; quod 121
praesertim *Salomonis* exemplo com-
probatur, qui suarum uxorum le-
nociniis in idololatriam lapsus est,
nec e converso constat, quod ipse
ex mille uxoribus quas habebat,
vel unam propria virtute, horta-
tionibus et sapientia ab idololatria
ad veri Dei cultum revocaverit.

Accedit una simul periculum
122 nasciturae prolis *Engel ad tit. de
Matrim. contra interdict. Eccles.
§ 2. num. 2. in fin., Schmier Ju-
risprud. Canon. Civil. par.* 3. *lib.*
4. *tract.* 3. *cap.* 5. *sect.* 3. *num.* 55.,
Pirhing. tit. de Sponsal. num. 166.
123 *vers. Imo cum teste, Van-Espen de
Jur. Eccles. univers. par.* 2. *tit.*
13. *cap.* 8. *num.* 7., *Neesem de
Sacram. tract.* 8. *quaest.* 7. *dub.*
15., *Layman Theol. Moral. lib.* 5.
tract. 10. *par.* 4. *cap.* 14. *num.* 2.
Gobat. Theol. experiment. tract.
9. *cas.* 11. *num.* 216., quae, non
obstante pacto inter conjuges inito
quod catholicis dogmatibus sit im-
buenda, adhuc propter continuam
124 praesertim in tenera aetate coha-
bitationem cum matre, hujus er-
roribus decepta, ejusque blanditiis
et amore fere coacta, quasi impos-
sibile est quod non ab ore, ver-
bis et factis genitricis, et a fere
quotidianis altercationibus circa ca-
tholicam fidem et haeresim inter
parentes, venenum guttatim hau-
riat, et hoc accidere potest sive
125 mater sive pater sit haereticus,
ut recte perpendit *Van-Espen de
Jur. Eccles. univers. par.* 2. *tit.*
13. *dicto cap.* 8. *num.* 9. = ibi =
126 *Semper adest exemplum parentis
haeretici, nec non quotidiana de
haeresi colloquia et de fide quae-
stiones, quae nota sunt, si non
extinguere, saltem imminuere fi-
dem catholicam, ipsasque proles
in ea vacillantes et flaccidas red-
dere* = Fusius *Ægidius Maria
Giulij* in suis disceptationibus edi-
tis in celebri quaestione *De ma-
trimoniis haereticorum quae con-
trahuntur in Hollandia et Foede-
ratis Belgii Provinciis* quae ha-
betur in *Thesaur. Resol. Sac. Con-
gregationis Concilii tom.* 10. *in
fin. discept.* 2. § 1. *num.* 4. = ibi =
*Quam constantes enim vero fir-
mique in Deo fideliter colendo fu-* 127
*turi sunt tenelli filii, quorum aures
sexcentis execrationibus et convi-
ciis in orthodoxam religionem ab
alterutro parente jactis, quotidie
obtunduntur? Quomodo poterunt
in religiosa legum ecclesiasticarum
observantia educari, atque adole-
scere, quas vident, aut ab haeretico
patre, aut ab haeretica matre
semper sperni et conculcari? Quo
pacto Christi Servatoris, sancto-
rumque imaginibus debitum defe-
rent honorem, dum sciunt, earum-
dem cultores ab altero ex paren-
tibus idololatras haberi? Qua ra-
tione sanctissimis ecclesiae ritibus
assuescent, quos domi audiunt
superstitionis damnari? Minimum
utique quod timetur est ne in
tanta inter parentes in rebus fidei
discordia fluctuantes filiorum animi
omnem paulatim exuant religio-
nem, ac tandem in detestabilem
adiaphorismum, seu deismum de-
flectant* =

Haec etiam pericula vix evitari
posse cum *Reiffenstuel in Jus Can.
lib.* 4. *Decretal. tit. de Sponsalib.
et Matrim. num.* 360., *Serrar. in
Opusc. de Catholicorum cum Hae-
reticis Matrim., Layman., Engel.,
Gobat., Van-Espen., Pirhing. loc.
cit.* optime de more advertit *Be-
nedictus* XIV. *de Synod. Dioeces.* 128
libr. 6. *capit.* 5. *numer.* 3. *in
fin.*

Digitized by Google

Quod si inter justas super ma-
trimonio *rato* et non consummato
dispensandi causas recensetur a doc-
toribus lepra, similisque morbus,
qui alteri ex conjugibus post ma-
trimonium tantummodo *ratum* su-
pervenerit, ut referendo fuisse ob
129 hujusmodi causam a MARTINO V.
dispensatum, tradunt *Sanch. de
Matrim. lib.* 2. *disp.* 16. *num.* 5.,
Dian. par. 8. *tract.* 1. *resolut.* 63.
Gobat. Theol. experim. tract. 10.
cas. 18. *num.* 692., multo magis
justa dispensandi causa a vinculo
matrimonii tantummodo *rati* erit
effugiendus omnino morbus haere-
seos, quo alter ex conjugibus cum
lethali animae infirmitate laborat,
130 ne ab eodem alterius conjugis, ac
nasciturae prolis animae coinqui-
nentur.

Fortius si matrimonium initum
131 fuerit juxta leges Palatinatus, hoc
est cum pacto ut masculina proles
in fide catholica patris, foeminea
vero in haeretica matris secta edu-
132 cetur, et e contra; simile namque
pactum iniquissimum, impium et
graviter peccaminosum contra jus
tam ecclesiasticum quam divinum
133 *Navarr. lib.* 1. *cons.* 1. *quaest.* 26.
num. 63., *Dicastill. disp.* 7. *num.*
705., *Perez de Matrim. disp.* 36.
sect. 2. *num.* 6., *Bosch. de imped.
matrim. disp.* 2. *sect.* 11. *concl.* 3.
num. 118., *Sporer. Theol. Moral.
tom.* 4. *cap.* 1. *sect.* 1. *num.* 118,
Reiffenstuel in Jus Can. lib. 4.
Decretal. tom. 1. *num.* 371., *Lay-
man. Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10.
par. 4. *cap.* 14. *num.* 3., *Azzor.
Instit. Moral. tom.* 1. *lib.* 8. *cap.*
11. *quaest.* 6., directe opponitur
fini primario matrimonii, nempe
generandi prolem pro aeterna bea-
titudine, non pro aeterna damna-
tione, ideoque non solum dissol- 134
vendum videtur hujusmodi matri-
monium tantummodo *ratum* cum
hoc pacto contractum, sed tamquam
nullum et irritum declarandum,
ut ex professo docet, pluribusque
propugnat *Schmier in Decretal.* 135
par. 3. *lib.* 4. *tract.* 3. *cap.* 5.
sect. 3. *a n.* 57. quem sequitur
*Smalzgrueber ad rubr. Qui Cleric.
vel Vovent. num.* 150. = ibi =
*Si conditio haec opponatur con-
tractui matrimoniali, tamquam re-
pugnans bono prolis, vitiat con-
tractum, et facit eumdem irri-
tum* =, et ante illos scripserat
Sanch. de Matrim. lib. 7. *disp.* 72.
num. 6. *vers. Pacta vero*, *Lazan.
d. consult.* 43. *num.* 10. = ibi =
*Casu autem dato, quod hoc conju-
gium ineretur cum pacto, quod
quidam ex liberis nascituris fidei
catholica, alii autem hereticae se-
ctae adhaererent, esset prorsus im-
pium et irritum* =

Ad eamdem dispensationem
concedendam impellit insuper ti-
mor futuri scandali propter odium,
inimicitias, discordias et rixas inter
utrumque conjugem orituras etiam
circa solam religionem *Van-Espen.* 136
de Jur. Eccles. univers. par. 2.
tit. 13. *cap.* 8. *num.* 6. = ibi =
*Qui simul ita vivunt, ut eorum
animi in iis, quae ad fidem perti-
nent, contrarii sint, quo pacto eos
in aliis rebus convenire posse quis-
piam arbitretur, quorum sensus
in iis, quae sunt fidei, quarum
prima est atque praecipua ratio,*

Digitized by Google

minime congruit? Quo pacto inter
se aequis animis in reliquae vitae
societate communicabunt? =, utque
subjungit *Lezan. d. consult.* 43.
num. 3. = ibi = *Quomodo quies*
et tranquillitas inter catholicum
137 *et haereticum consistere potest,*
cum fere necesse sit inter eos lites
et jurgia, et altercationes, de fide,
religione, jejuniis, cibis vetitis,
festis diebus, veneratione sancto-
rum et cultu imaginum quotidie
suboriri, nec terminari posse sine
aliquo odio vel malevolentia unius
erga alium? =

Si vero catholicus, qui petit
dispensationem super hoc matrimo-
nio tantum *rato* et inconsulto
per ipsum inito, eam obtinere non
valens, seorsum ab uxore toto suae
vitae tempore moram trahat, et cum
ea cohabitare ac matrimonium
consummare recuset, nemo est qui
facile non cognoscat evidens peri-
culum, cui uterque subjicitur for-
138 nicandi, peccandi, et gehennam ex
hoc etiam merendi, quod evitari
posset, si matrimonium dissolvere-
tur, et ambo libertatem assequе-
rentur ad alias convolandi nuptias,
mediante dispensatione, quae a
Summo Pontifice facile concedenda
videtur ne anima catholici pretio-
sissimo Unigeniti Filii Dei Sanguine
redempta damnetur, utque ipse co-
139 ram Supremo Divino Judice consti-
tutus dicere possit: *Quos dedisti*
mihi non perdidi ex eis quemquam.
Absque eo quod in hoc casu locum
habere videatur divinum illud prae-
ceptum: *Quod Deus conjunxit,*
140 *homo non separet*: agitur enim de
matrimonio tantum *rato*, ad quod
illud non extenditur, ut dixi supra 141
num. 33. *et seqq.*, nec non prae-
sumendum videtur hanc conjun-
ctionem tot gravissimorum malorum
originem, animaeque ruinam no-
luisse Deum, qui *vult omnes ho-* 142
mines salvos fieri.

Horum quoque malorum nu-
merus augetur maxime, si catho-
licus sit filiusfamilias, quoties ob
hujusmodi conjugium accedat etiam 143
indignatio parentum et consangui-
neorum ejusdem, eoque magis si
propter illud ignominia, infamia
et deturpatio in totam familiam
redundet, adeout non solum inter
conjuges, sed etiam inter paren-
tes, agnatos et cognatos ex una,
et inter filiumfamilias contrahen-
tem ex altera parte odia, dissi-
dia, inimicitiae et interminabiles
dissensiones, nonnisi exitus praese-
ferant infelices, prout late in meis
Votis de Sponsal. Filiorumfamil.
expendi, nisi matrimonium dissol-
vatur.

Non tamen est omittendum,
quod aliquando Summi Pontifices
similia connubia fieri permiserint,
sed rationabilibus concurrentibus
causis supplicantium precibus an-
nuerunt, ut fieri posse docet *Be-* 144
nedictus XIV. *de Synod. Dioeces.*
lib. 6. *cap.* 5. *num.* 4. = ibi =
Tales enim reipsa concurrere pos-
sunt circumstantiae, quae etc. adi-
tum aperiant concessioni legitimae
dispensationis, cujus vi matrimo-
nium inter partes, haereticam
unam alteramque catholicam, li-
citum reddatur =, ut enim inquit
D. Bernard. ad Eugen. lib. 3. *de*
Considerat. cap. 4. = ibi = *Ubi*

Digitized by Google

necessitas urget, dispensatio est
excusabilis, ubi utilitas provocat,
laudabilis =; requisitis tamen, et
prius habitis opportunis informa-
145 tionibus, et votis ab Episcopo loci
et Nuncio Apostolico, quibus valde
est deferendum *Bertacchin. Vot.*
decis. 100. *num.* 16., *Rot. dec.* 234.
n. 16. *par.* 16. *et coram Dunoz.*
Jun. dec. 122. *num.* 2. *et seqq.*,
et cor. Ansald. dec. 14. *num.* 17.,
et in Plocen. seu Luceorien. Ma-
trimonii 13. *Maii* 1695. § *Minor*
coram Card. Caprara, et in Bitun-
tina Jurispatronatus 20. *Novembr.*
1795. § *Nec dicti cor. Card. Priolo*
et in Fanen. Praeminentiar. super
Reservatis 3. *Junii* 1715. § *Enun-*
ciativae coram Card. Scotto, sub
ea praesertim ratione, quia in vim
proprii muneris uterque praesumi-
tur optime instructus de qualita-
tibus personarum, et locorum eorum
jurisdictioni subjectorum, et non-
nisi cum matura deliberatione re-
146 lationem, votumque edidisse cen-
setur *Rot. decis.* 125. *num.* 4. post
Vivian. de Jurepatron. et dec. 397.
num. 5. *et seqq. par.* 13. *recent.*

Causae autem pro concedendis
hisce dispensationibus tres potissi-
mum esse possunt, nimirum utilitas
spiritualis, veluti si haereticus am-
plectatur, vel promittat, aut sal-
tem magna certaque spes effulgeat
147 illum esse catholicam fidem ample-
xurum, ut habetur ex *Concil. Chal-*
cedonen. Can. 14. = ibi = *Sed*
neque copulari debet nuptura hae-
retico etc. nisi forte persona or-
thodoxae copulanda promittat, se
ad orthodoxam fidem transferre
=: item ex *Eliberitana Synod.*
Can. 16. *et ex Laodicena Can.* 31.
= ibi = *Si tamen catholicos se*
fieri promittant =, necnon ex *Aga-*
thens. habita in Gallia *anno* 506.
Can. 67. = ibi = *Non oportet*
cum haereticis misceri connu-
bia etc. si tamen profiteantur chri-
stianos esse futuros et catholi-
cos etc. = et interim catholicus
sive vir sive foemina una cum
prole tuto fidem et religionem ca-
tholicam profiteri in omnibus per-
mittatur, ut unanimiter tradunt
Azzor. Instit. Moral. par. 1. *lib.* 8. 148
cap. 11. *quaest.* 5., *Nicolaus Sera-*
rius de Catholic. cum Haeretic.
Matrim. cap. 2. *num.* 18., *Maur.*
de Sacram. Matrim. discept. 8.
sect. 6. *vers. fin. Silvius in* 3. *part.*,
S. Thomae tom. 4. *quaest.* 59. *con-*
clus. 1. *art.* 1. *de Matrim.*, *Del*
Bene de Offic. Sac. Inquisit. par.
1. *dubit.* 153. *sect.* 5. *coroll.* 1.
num. 12., *Basilius Pontius de Ma-*
trim. in Appendic. de Matrim. cum
Haeretic. cap. 3. *num.* 1., quem
gravem theologum merito dicit
Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. 149
lib. 9. *cap.* 3. § 4., *Layman. Theol.*
Moral. lib. 5. *tract.* 10. *par.* 4. *cap.*
14. *de impedim. Matrim. n.* 2. *vers.*
Sed limitatur primo, *Vincent. Can-*
didus disquisit. moral. tom. 1. *de*
Matrim. disquisit. 28. *artic.* 7. *du-*
bit. 35., *Pignatell. consult.* 188. *sub*
n. 1. *tom.* 4., *Bertus de Theologic.*
Disciplin. tom. 8. *lib.* 37. *cap.* 8.
= ibi = *Circa matrimonium etc.*
mulieris catholicae cum viro hae-
retico, omnes fere consentiunt va-
lida quidem esse, sed noxia et il-
licita etc. Ob memoratum subver-
sionis periculum quidam scripse-

runt matrimonia catholicorum
cum haereticis adeo esse illicita,
ut juri naturali repugnare vi-
deantur et nunquam permitti de-
beant, sed falsissima haec est opi-
150 *nio et penitus rejicienda. Nam in-*
venimus matrimonia non cum hae-
reticis tantum etc. non violato jure
naturae perstitisse complura etiam
valuisse ad fidei incrementa etc.
Non semel Romani Pontifices in
hujusmodi matrimoniis canonica
lege prohibitis dispensarunt, pre-
sertim Gregorius etc. atque aetate
nostra cum foemina Pisana, quae
nupsit Haeretico Anglo Benedictus
151 *XIII* = (quod matrimonium ini-
tum fuisse memini ab hac satis for-
mosa foemina de familia *Riminaldi*
cum praedicto Anglo, qui eam se-
cum traduxit Liburnum, tempore,
quo Pisis studiorum causa mora-
bar, ea expressa lege ut tam ipsa
quam nascitura proles in catholica
religione pacifice viverent); inde
praefatus auctor inferens = *Dum-*
modo ergo causa hujusmodi dispen-
sationis intersit, qualis esse potest
spes conversionis conjugis, vel etiam
si vir permittat uxorem, filiosque
vivere juxta ritum religionis ca-
152 *tholicae, potest Pontifex legum*
ecclesiasticarum prohibitionem re-
laxare. =; hoc idem dicit *De Ni-*
collis in prax. Canon. tom. 1. *lit.*
E. de eo qui duxit in matrim.
n. 8. = ibi = *Dubium est an ma-*
trimonium catholicae cum haere-
tico etiam licitum sit. Et puto non
esse licitum, nisi forte justa causa
suffecerit, quia jure ecclesiastico
est prohibitum. Quod si justa causa
suffecerit, certa est omnium sen-
tentia licitum esse; qualis causa
censetur primo etc. secundo si ces-
set periculum perversionis a fide
catholica et difficultas susceptam
prolem catholice educandi; tertio 153
si effulgeat spes conversionis alte-
rius conjugis ad fidem =

Ex harum conditionum igitur
adimplemento, nullatenus est hae-
sitandum, quin maximum spiri-
tuale bonum oriatur, tum quia li-
beri ab haeretico procreandi jus ac-
quirunt tamquam catholici ad re-
gni coelestis felicitatem, qui si eo-
rum pater matrimonium cum hae-
tica contraxisset, filii gehennae fuis-
sent, tum quia ipsiusmet patris
conversio vel statim habetur, vel
in posterum haberi posse speratur.

In hisce tamen casibus, pro
majori securitate, exigenda videtur
promissio haeretici contrahentis ju-
rata non subvertendi uxorem; filios
nascituros in puritate catholicae
religionis educandi; sese catholi-
cum romanum reddendi, ubi per
tempus et varias circumstantias li-
cebit; a conventu cum haereticis,
quoad ea quae respiciunt propriam
sectam, abstinendi, et alia huju- 154
smodi — qua habita promissione fa-
cilius dispensatio concedi potest,
maximi enim momenti apud hae-
reticos quoque est juramentum, ut
percipitur praesertim ex iis quae 155
circa illud tradit haeretica labe in-
fectus *Puffendorphus de Jur. na-*
tur. et Gent. tom. 1. *lib.* 4. *cap.* 2.
§ 1. *et seqq.* = ibi = *Juramenti*
maxima vis atque sanctimonia
etiam apud ethnicos habita fuit, 156
itaut gravissima perjuros poena
manere crederetur, quae ad poste-

ros quoque pertingeret etc. in pe-
rjuros capitis poena erat consti-
tuta, ut qui duo maxima commit-
terent flagitia, quod et pietatem
in Deos violarent et fidem, maxi-
mum humanae societatis firmamen-
tum everterent. Est autem jusju-
157 *randum assertio religiosa, qua di-*
vinae misericordiae renunciamus,
aut divinam poenam in nos depo-
scimus, nisi verum dicamus. Hoc
autem efficiunt juramenta ob in-
terpositam Dei invocationem, quem
neque actu quis deceperit et cui
nemo impune illuserit, ut a nego-
tiis, quibus adjiciuntur, omnis in-
terpretatio cavillatoria sit exclu-
denda =; et in proposito *Pontius*
de Matrim. Catholic. cum Haere-
tic. cap. 5. *n.* 4. = ibi = *In causa*
autem praesenti longe difficilius
est, cum pendeat eventus ex hu-
mana voluntate, quae adeo inscru-
tabilis est, ut illam omnino pene-
158 *trare Divinae intelligentiae sit etc.*
Quod si loquamur de securitate
promissionis implendae, qua con-
versionem promisit haereticus (di-
ximus enim etiam promissa con-
versione cum verisimili spe posse
contrahi matrimonium) atque idem
dico, si loquamur de securitate
adimplendi pactionem, qua consti-
tutum est, ut conjux catholica,
ejusque familia catholico ritu vi-
vere permittatur et recte prolem
educare, prudens securitas mihi
videtur ea quae nascitur ex pa-
159 *ctis juramento firmatis. Juramenti*
namque religio magni et apud ca-
tholicos et haereticos momenti est =
Maxime cum haereticus con-
versionem suam differre cogitur,
ne paterna, avitaque haereditate
privetur, qui sane timor ac du-
bium, rationabilem, justissimam-
que causam praebent, ut expetita
dispensatio concedatur *Reiffenstuel* 160
in Jus Can. lib. 4. *tit.* 1. *n.* 360.
363. *et seq.* = ibi = *Matrimonia*
haereticorum cum catholicis sunt il-
licita etc. nisi Papa dispenset etc.
limitatur conclusio in casu quo
haereticus promittat, quod velit
fidem catholicam amplecti etc. Huic
tamen limitationi bene addit Lay-
man. etc. si justa causa subsit,
quia si haereticus absque ulla causa
conversionem suam differt etc. fal-
lacem potius, quam seriam vide-
tur habere mentem. Secus est, si
ob justam causam, eamque gra-
vem, negotium differt, puta, quia
si innotesceret, privaretur pingui
haereditate =

Dummodo tamen in quocum-
que casu scandalum pusillorum ti-
meri nequeat, prout timeri non
posse videtur, si conjugium fiat in 161
loco, ubi occasione maximae nego-
tiationis complures etiam haeretici
inhabitent, et ubi ex conjugiis inter
partes catholicam unam, haereti-
cam alteram tum nil mali, nul-
lum inconveniens, nullum scanda-
lum exortum unquam fuerit, tum
contemptum ecclesiae antea non
evenerit, ibique praevia apostolica
dispensatione similia connubia alias
fuerint contracta, exempla enim,
quae rationi et aequitati innixa de-
teguntur, imitanda esse tradunt
inter alios *Bald. in leg. fin. Cod.* 162
de legib., Hostiens. in Cap. Cum
Bertoldus De re judicat., Menoch.
cons. 281. *n.* 37. *et cons.* 403. *num.*

Digitized by Google

83. *lib.* 3., eaque praesertim, quae
163 Ecclesiasticum Supremum Principem habent auctorem *Piton. discept. Eccles.* 144. *n.* 16. *tom.* 4., et facilius concedendum esse quod
164 alias concedi solitum fuit, satis evincitur ex *Can. Si ea destruerem* 25. *quaest.* 2., et concorditer docent *Less. de Just. et Jur. lib.* 2. *cap.* 40. *num.* 141. *in fin.*, *Reginald. in prax for. poenitential. lib.* 18. *cap.* 22. *n.* 329., *Dian. in Oper. Coordin. tom.* 3. *resolut.* 78. *n.* 4. *et seqq.*, *Donat. Quaest. Regul. quaest.* 13. *n.* 18. *tom.* 4., *Lezan. consult.* 11. *n.* 10. *tom.* 4., *Ursaya discept. Eccles. par.* 1. *tom.* 8. *discept.* 7. *n.* 16. *et par.* 1. *tom.* 9. *discept.* 31. *n.* 109., *Piton. discept. Eccles.* 72. *n.* 8. *tom.* 3. = ibi = *Dispensandi praxis Summi Pontificis etc. faciliorem viam sternit concessioni ejus, quod alias concedi solitum fuit etc. Quidquid enim in aliis casibus servatum est, convenit rationabile judicari et tamquam a consuetudine ecclesiae petita justissime gratia imploratur* = . Quod si haec procedunt quoad privatorum connubia, eo magis locum obtinent, cum agitur de connubiis ineundis cum regibus et principibus haereticis, quibus concessis, sive regnorum conversio, sive protectio catholicorum, sive
165 persecutionum cessatio sperari possit *Marchant. tom.* 2. *tract.* 2. *sect.* 4. *quaest.* 11. *in Appendic.*, *Card. Petr. ad Constit. Apostolic. Constit.* 12. *Joan. XXII. num.* 18. *tom.* 4. = ibi = *In qua sane dispensatione concedenda summa maturitate Summi Pontifices processerunt etc. quod si annuendum censeant, id certe non faciunt, nisi in maximum religionis catholicae bonum, ac fidei propagationem fore cessurum noverint, ut colligitur ex Brevi dispensationis a Urbano VIII. concesso sorori Regis Galliarum pro matrimonio ineundo cum filio Regis Angliae* = ibi = *Licet probe teneamus catholicorum cum haereticis matrimonia omnino fugienda esse etc., tamen cum grande verae fidei et animarum plurimarum bonum speretur etc.* =. Quod bonum tum vel magis, ut jam dixi, sperari potest si mulier sit
catholicae religionis cultrix, cum 166
facilius vir ab uxoris quam uxor a viri suasionibus superetur — *Theolendinda* namque Longobardorum Regina, ad quam D. Gregorius Dialogum de moribus scripsit, sua opera, piisque suasionibus *Eutharin* priorem suum virum mitiorem et ad veram pietatem proniorem red-
didit; necnon et *Agilalphum* suum 167
virum posteriorem, licet praeferocem, adhibitis cum dexteritate monitis, eo traxit ut omnibus suae gentis auctor fuerit ab haeresi sese
vindicandi — a *Domitia*, *Flavium* 168
Clementem e propinquis Domitiani Imperatoris — a Sancta *Clotilde*, *Clodoveum* Francorum regem — a *Jugulde*, *Hermogillum* regem Go-
thorum ad catholicam fidem con- 169
versos fuisse legimus.

Secunda causa concedendi dispensationem ineundi matrimonium inter virum seu mulierem catholicos, et virum seu mulierem haereticos est quaedam moralis ne-
cessitas, dum aliquis catholicus do- 170

micilium habet in regionibus hae-
reticornm praedominantium, ubi
facile sibi aequalem reperire non
valet, cui honeste nubere possit, et
mixti vivunt haeretici cum catho-
licis, istique minores, paucioresque
sunt primis, in quibus tamen cir-
cumstantiis nonnisi difficillime et
urgentissima intercedente causa hu-
jusmodi dispensationes sunt conce-
dendae, nam longe non est perver-
sio partis catholicae et filiorum pro-
creandorum, quia difficile acatho-
licae partis sperari potest conver-
sio, nec patet aperta via, nec fa-
cili studio suppetit modus, nec
praesto est methodus acatholicam
partem cogendi stare promissis, ac
implere pacta conventa, prout eve-
nire posset conjugiis ineundis in
Belgio, pro quibus, ut jam dixi,
non ab jurata per haereticum prius
haeresi, alias denegata fuit dispen-
satio, semperque, non adimpleta
praedicta conditione, est deneganda
juxta resolutionem Supremae Inqui-
171 sitionis a Clemente xi. approbatam,
de qua *Card. Petr. ad Constit.
Apostolic. d. Constit.* 12. *Joan. XXII.
num.* 14. *et seqq. tom.* 4.

Secus autem si contrahentes
commorari debent in loco, ubi, si
pars haeretica promissa non adim-
pleat, aut circa puritatem religio-
nis catholicae alteri scandalo fue-
rit, seu optimam filiorum educatio-
nem interverterit, ejus temeritati
172 opportunis remediis provideri va-
leat, aut concurrant circumstan-
tiae, de quibus *Rot. Romana in
Monasterien. Matrimonii 5. Decem-
bris* 1696. *coram Card. Caprar.*,
quae inter alias illius simul im-
pressa est *dec.* 319. *n.* 14 = ibi =
*Nec ex eo, quod Lambertus hae-
resim profiteatur, liberatur a coa-
ctione ad matrimonium cum ca-
tholica, quam sub hac spe deflo-
ravit, quia quidquid sit in genere
et in abstracto, hodie agitur de
matrimonio in regionibus, in qui-
bus catholici permixtim cum hae-
reticis vivunt, sibique invicem non
infestantur, sed familiariter agunt
et pacifice, conjugaliterque coha-
bitare consueverunt; ideo haec ma-* 173
*trimonia ad instar aliorum contra-
ctuum civilium, ob amicitiae leges
et communem pacem et tranquil-
litatem conservandam tolerantur
ab ecclesia* =

Tertia demum causa est gravis
damni evitatio, quia videlicet sine
tali matrimonio periculum immi-
neat boni nominis, exhaeredatio-
nis, proscriptionis, ruinae totius
familiae, vel totius haereditatis ad 174
haereticos devolvendae. Hinc si in-
ter catholicam illustrium maxime
natalium et haereticum ejusdem
conditionis a longo tempore cele-
brata fuerint sponsalia, necnon
concurrat a teneris annis inter
utrumque familiaritas, ex qua emer-
serit quaedam diffamatio, ob quam
mulier alii nubere minime possit,
unde solius haeretici conjugium sibi
supersit, sine quo innuptam vitam
sit traductura, nec unquam alia
via, aliove pacto ipsius honori (cu-
jus diminutionem ex praeterita
longa familiaritate habita cum hae-
retico passa fuit), nisi matrimo-
nio, praevia dispensatione ineun-
do, mederi possit, aut etiam in 175
causa, quo sine hujusmodi matri-

Digitized by Google

monio aliquod ex praedictis gravibus praejudiciis vere et realiter immineat; tunc *si* periculo subversionis, ac rectae educationi filiorum in catholica fide consultum, ut supra, remaneat, atque conversio-
176 nis haeretici spes effulgeat et scandalum absit, dispensatio concedi posse videtur per ea quae, concurrente rationabili causa, generaliter tradit *Sylvest. in summa verb. Dispensatio quaest.* 1. *in fin.*, *Anastasius Germonius tom.* 2. *lib.* 1. *pag.* 284. § *unic.* = ibi = *Pro temporum ratione legum etiam ratio habenda est, quandocumque dispensatione opus esse appareat, ne in Sacrarum Constitutionum periculo connivere, aut earum convellere auctoritatem Legislator temere velle videatur etc. Verum pro ecclesiae dignitate dispensari expediat, accurate perpendatur, ut si*
177 *vel necessitas urgeat et ratio subsit, dispensatio minime differatur* =, et in terminis reparationis honoris et famae *Lauren. de For. Eccles. lib.* 1. *tit.* 2. *quaest.* 199. *num.* 1. *tom.* 1. = ibi = *Potest enim accidere causa tam urgens boni communis, vel specialis, ut princeps, cui incumbit haec omnia respicere, censeatur contra debitum sui muneris procedere, negando dispensationem v. g. dum, media dispensatione, dispensatus reparare potest honorem sibi ablatum, alia via non reparabilem* =; et cum *Sanch. de Ma-*
178 *trim.*, *et Suarez lib.* 3. *de legib. cap.* 18. *n.* 22. convenit *Basilius Pontius de Matrim. in Appendic. cap.* 8. *n.* 5. = ibi = *Dico rursus, si tantum istis conjugiis obstat lex ecclesiastica, quia legis naturalis obligationi sufficienter consultum est et satisfactum, mihi videtur vel solam commoditatem convictus humani praebere justam causam dispensationi, nec majorem requiri. Itaque sicuti, ut dispenset Pontifex in aliquo affinitatis, vel consanguinitatis gradu, sufficiens causa est commoditas ipsa conjugii, quod non possit mulier ita commode alteri nubere, aut quia ex conversatione et colloquiis cum consanguineo fama ejus aliquantum denigrata est, eamdem etiam causam existimo sufficientem, ut Pontifex dispenset in eo, quod ca-* 179
tholica matrimonio jungatur cum haeretico. Quae me in hanc sententiam inducunt haec sunt. Primum, quia semel sublato periculo, quod juri naturali obstabat, non est cur ea non reputetur sufficiens causa, cum sublata obligatione naturali, ecclesiastica, quae remanet, non multum urgeat, ut ad eam abolendam gravior causa requiratur. Deinde obstendo ratione, meo quidem judicio, manifesta, quia non minus fundamentum, sive causa requiritur ad derogandum legi ex parte, quam ad dispensandum in ea comparatione alicujus personae, ut satis manifestum est, cum eadem videatur esse ratio. At, ut derogetur isti legi ecclesiasticae ex parte, sufficit commoditas conjugiorum: ergo etiam ad dispensandum cum aliquibus; minorem probo etc. ita etiam potuit Pontifex ex eadem causa ut catholica matrimonio copuletur cum haere- 180
tico =

Digitized by Google

Neque audiendi sunt, qui hanc
potestatem concedendi similes di-
spensationes Summo Pontifici con-
trovertere audent, eo quia quid in-
trinsece mali praeseferant conjugia
inter partem catholicam et partem
haereticam, dum praebetur occa-
sio directe, ac ex animi sententia,
ut indignus et publicus peccator,
181 cujus naturae est haereticus, Sacra-
mentum suscipiat, quod ab *Apo-
stol. ad Ephes. cap. 5. vers. 32.*
magnum vocatur, contra vulgare,
182 ac receptissimum illud monitum
= *Sancta sancte sunt tractanda* =
183 uti argumentatur *Gamacheus de
Matrim. cap.* 28. cujus sententiam
studiose tuetur *Saintebevve tom.* 2.
Casuum conscientiae.

Respondere nam sufficit pro-
phanationem, praeter partis catho-
licae intentionem, contingere, et ha-
bentem justam ac rationabilem
causam faciendi aliquid ex se ho-
nestum et licitum, non censeri per
184 se cooperari peccato, quod alius
forte in eo committit, ut respon-
det *Tournely de Matrim. pag* 107.
editionis Parisiensis ann. 1730.,
Isambertus de Matrim. pag. 393.
num. 7., *Herminier. de Sacrament.
tit. Cultus disparitatis § His non ob-
stantibus tom.* 3., *Maurus in Cursu
Theolog. lib.* 10. *quaest.* 82. *n.* 4.
tom. 3. = ibi = *Catholicus mini-
strans Sacramentum facit actio-
nem ex se indifferentem; nam po-
test alter conjux converti ad fidem
et per contritionem justificari et re-
185 cipere Sacramentum digne* =; opti-
me *Schmalzgrueber Jur. Eccl. tom.*
4. *tit.* 4. *n.* 138. *et seqq.* = ibi =
*Addidi in responsione: nisi causa
excuset, aut moraliter certum sit
nullum fore periculum scandali:
si hujusmodi periculum absit, an
liceat contrahere catholicae matri-
monium cum haeretico quaeri po-
test? Videtur quod neque hoc
casu liceat conjugium catholicae
cum haeretico, quia est praece-
ptum divinum et naturale de non
ministrando Sacramentum indi-
gnis: atqui in proposito casu per-* 186
*sona catholica, si cum haeretico
contrahat, ministrat illud indigno,
qui in peccato mortali illud susci-
peret, ergo etc. Sed his non obstan-
tibus, dicendum, secluso scanda-
lo, perversionis periculo, aliisque* 187
*incommodis, si simul etiam justa
causa subsit, aliquando licitum
esse contrahere matrimonium cum
haeretico, vel haeretica. Argumenta
opposita non probant. Ad primum
ob gravem causam potest etiam Eu-* 188
*charistia ministrari indigno etc.
igitur etiam matrimonii Sacramen-
tum. Talis causa gravis et justa
est e. g. spes moraliter certa se-
cuturae conversionis conjugis hae-* 189
*retici ad fidem orthodoxam, ob
quam incommoda illa tamquam mi-
nora, contemni deberent etc. Qui
habet causam gravem faciendi ali-
quid ex se honestum et licitum,
non censetur per se cooperari pec-
cato, quod alius forte in eo com-* 190
*mittit, sed tantum per accidens et
intrinsece exhibendo quasi mate-
riam et objectum peccati, quod in-
terdum ex causa licet; patet in
solvente usuras promissas usura-
rio* = Egregie de more *Bened. XIV.
de Synod. Dioeces. lib.* 9. *cap.* 3.
num. 3. *et* 5., ubi, relato praedicto

objecto, eoque improbato, subjungit = ibi = *Naturam rei expendentes, hoc affirmandum habemus, quod ubi exclusum sit a fideli perversionis periculum, quod semper excludendum non ambigitur, cuique rei per conditiones in dispensationibus apponendas consulitur, ubi etiam opportune cautum sit, ut sancta religio in liberis sive maribus sive foeminis ex eo matrimonio suscipiendis servetur, suscepto item a catholica persona onere curandi ut haereticam partem ad orthodoxam religionem amplectendam perducat, iis rationibus adhi-*
191 *bitis, quas aptiores et opportuniores existimaverit etc. Cumque in dispensatione concedenda neque divinum, neque naturale jus ullatenus laedatur, sed ecclesiastico juri tantummodo derogetur, nullam sane causam, vel rationem reperire est, cur matrimonium in vim hujusmodi dispensationis contractum, pro illicito aut peccaminoso habendum sit etc. Et licet*
192 *objiciatur partem catholicam haereticae parti occasionem praebere prophanandi Sacramentum, facile respondebitur, quod prophanatio hujusmodi per accidens et praeter catholicae partis intentionem contingit. Haec enim jure suo utens, quoad se nil aliud agit, quam quod ad proprias rationes pertrahit vo-*
193 *luntatem partis haereticae, cui paratus jam ac certus animus est, ut matrimonium in statu peccati contrahat et contra legis praeceptum, cum illud idem licite et fructuose praestare posset, si vel ante nuptias, vel dum eas contrahit, in ecclesiae gremium sese reciperet* =

Ad aliud etiam objectum diluendum, quod nempe pro his dispensationibus concedendis necessaria sit saltem causa publica, urgens, ac maximo ecclesiae bono conducens, sine qua nonnulli Summi Pontifices palam professi sunt eas non posse, nec debere per ipsos 194
concedi, sat est perpendere, quae in proposito brevibus quidem verbis at solidissime advertit praelaudatus *Pontius de Matrim. Catholic. cum Haeretic. cap. 8. n. 5. in fin.* = ibi = *Si aliquando Pontifex in aliqua dispensatione dixit: se non posse, nec debere dispensare, nisi adsit aliqua causa publici boni, ecclesiae et religionis renovatio et augmentum: accipe illa verba de debito honestatis, multa enim licent, sed non omnia expediunt* =, et citato *Joanne de Salas de legib. disput. 20. sect. 7. num. 74.* ita *sub num. 6.* concludit = *Quando dispensatio est vel necessaria, vel valde utilis bono privato, debere concedi, probatque nonnullis argumentis, quae apud ipsum videri possunt* =

Sed longius, quam par est a 195
proposito referendi causas quae militare possunt pro dissolutione matrimonii tantum *rati* discessi, ad quod modo rediens dico, quod *altera* causa, quae urget pro dispensatione super matrimonio *rato* et non consummato etiam inter catholicum et catholicam est dubietas circa validitatem matrimonii, quae insurgere potest quando 196
vilis, annosa et callida mulier

illecebris, donis, munusculis, ac foe-
mineis laqueis divitem, aut nobi-
lem adolescentulum capere studue-
197 rit, ejusdemque mulieris consan-
guinei et amici nunc mellifluis ver-
bis, nunc minis, nunc ex falsis
causis eumdem adolescentulum
clam a suis parentibus seu tuto-
ribus aut curatoribus, nullis etiam
saltem ex ejus parte praecedenti-
bus amoribus, ad contrahendum
cum ipsa clandestinas nuptias in-
198 duxerint, itaut non jucundo amoris
nexu, sed duris violentiae catenis
victima eorum voluntatis ad con-
sentiendum praeter intentionem
trahatur.

Quae machinatio et seductio,
etsi non relevetur nisi ab asser-
199 tione jurata seducti adolescentis,
attamen contemnenda non videtur,
tum quia agitur de actibus frau-
dolentis, delictuosis et punibili-
200 bus, qui procul a testibus, re-
motisque arbitris explentur; — tum
quia illius assertioni de jure prae-
sumptio veritatis assistit.

De jure namque neque pupillus,
neque minor sine solemnitatibus ab
201 eodem jure praescriptis obligare se
possunt *Leg. Quod pupillus* 41. *ff. de condit. indebit.*, *Leg.* 1. § *Furiosum ff. de act. et obligat.*, *L. Magis puto* 5. § *Non passim ff. de reb. eorum.*, *L. Ob aes* 12. *Cod. de praed. minor.*, *Corn. cons.* 109. *col.* 1. *lib.* 3., *Paris. cons.* 98. *per tot. lib.* 1., *Roland. consil.* 33. *num.* 9. *et seqq. lib.* 1., *Menoch. de arbitr. cas.* 171. *per tot. lib.* 2., *Afflict. decis.* 249. *per tot.*; non alia qui-
dem de causa, quam quia jus prae-
202 sumit et in facto constat, admo-
dum fragile et infirmum esse eo-
rum aetatis consilium *Leg.* 1. *ff. de Minor.*, *Leg. Si minor* 4. *ff. de serv. export.*, *Leg. ult. ff. de manumiss. vindict.*, *Tiraquell. de legib. connub. gloss.* 8. *in Text. De son mary. num.* 43., et multis ca-
ptionibus, multorumque insidiis
expositum *d. L.* 1. *ff. de Minor.*, *Oinotom. in Instit. tit.* 21. *de auct. Tutor.* § *fin. sub num.* 6.; licet
enim quis ex ephebis excesserit et
ad pubertatem pervenerit, adhuc
non adeo certum et confirmatum
habet animi judicium ut rebus 203
suis sufficere possit, nam, ut *Cicer. lib.* 1. *Officior.* inquit, = *Crescenti adolescientiae maxima inest imbecillitas judicii* =; unde saepe
accidit ut contrahendo circumve-
niatur atquae laedatur. 204

Non ignoro quod minor aetas
per se sola matrimonii nullitatem
non inducit, sed eam tamen in
consideratione esse habendam exi-
stimo, quando aliae concurrunt
circumstantiae, quae cum eadem
aetate simul unitae in minori ma-
gis quam in adulto seductionis,
deceptionis, fraudis et doli prae-
sumptionem comprobant, veluti si
ex parte inexperti adolescentuli,
ultra minorem aetatem, concurrant
nobilitas et divitiae, ex altera vero
parte sagacitas mulieris provectae
aetatis, ab opibus et teneris annis
illius allectae, a qua proinde sedu-
ctus praesumi debet *Rot. in Romana* 205
matrimonii 3. *Julii* 1719. § *fin. vers. Certo certius coram Corio* = ibi = *Certo certius nequaquam consistit etc. de viri seductione, qui potius tamquam inexpertus*

Digitized by Google

juvenis ab annosa muliere, ejus substantiis et juventute allecta, seductus censeri deberet =

Mulieres enim pecunia appetentes atque divitias, illisque in-
206 hiantes (juxta illud *Fausti Foroliviensis in lib. Elegiarum*:

Foemina, si nescis, solos petit improba nummos,
Foemina per cunctum surgit avara nefas)

ut eas assequantur, nonnisi propriis armis utuntur, illaque esse sedu-
207 ctiones, insidias, fraudesque prae caeteris testatur *Tiraquell. de Legib. Connub. leg. 8. gloss. 8. sub num. 21. vers. Et hoc quidem*, quas ideo (bonis exceptis) suapte
208 natura malas ac proditrices appellat *loc. cit. leg. 9. gloss. 1. num. 15. 32. et 47.*, quod et cecinit *Propert. lib. 2. Eleg. 9.*:

Sed vobis facile est verba et componere fraudes,
Hoc unum didicit foemina semper opus.

Et novissime Nob. D. meus Victorius Ridolphi, Senatoris Joannis Francisci Ridolphi nepos, Canonicus Decanus Insignis Ecclesiae Cathedralis Asculi tum in literis, tum et maxime in poesi versatus, propter ejus acre ac vividum ingenium, ejusque mores sine labe candidos, sinceritatem sine fuco ingenuam, intemeratam fidei constantiam, et in negotiis sedulitatem a me semper ex animo amatus ac merito amandus, foeminam breviter ita descripsit:

Foemina res vana est et nullo consita sensu,
Quod probitate nequit, proditione facit.

Porro has fraudes et machinationes adhibitas esse ad circumve-
niendum adolescentem magis ma- 209
gisque comprobare, ejusque fidem augere potest tum illius tenera aetas, nobilitas et divitiae, tum provecta aetas, defectus venustatis et paupertas, ac humilis conditio mulieris. Quantum enim verisimile foret quod ille libenti animo matrimonium contraxisset si ageretur de puella nobili genere nata, congrua dote provisa et conditione et
annis aequali, aut si indotata et ex 210
obscuris natalibus orta, saltem peregrina venustate formosa, qua sibi conciliare potuerit ejus amorem, ut enim *Plato de Pulchr.* ait
= *Pulchritudo sola hanc habuit* 211
sortem, ut maxime omnium et perspicua et amabilis sit =, et
deinde subdit quod propter illam 212
= *Amans, nisi vereretur mentis insaniae crimen, sacra amanti non aliter quam Dei statue faceret* =. Neque solum ad amandum allicit, sed nil aliud magis est quod homines ad libidinem provocet quam
pulchritudo, quae velocius et acu- 213
tius vulnerat quam sagitta *Marg. de Susanna de Coelib. Sacerd. non abrog. par. 2. cap. 4. num. 6.*, pro qua Paridem regnum et sapientiam contempsisse narratur *Pro-
prinom. Histor. lit. P. verb. Pa-* 214
ride — et Patriarcha Jacob pro pulcherrima desponsanda Rachele qua-
tuordecim annis inservivit Labano 215
Genes. cap. 29. versic. 13. ad 31.

Quod et Nob. D. meus Abbas Horatius Cori pariter Asculanus, qui cum literarum studiis pietatem, morum probitatem, prudentiam, animi sinceritatem, fidem nulla unquam arte labefactandam, omnem-

Digitized by Google

que virtutem conjunxit, strictoque amicitiae foedere mihi devinctus his versibus expressit:

Di Donna il bel sembiante
Vibra i suoi colpi in fretta
Più che feral saetta;
Ben lo provò l' amante
Giacobbe per Racchele illustre e vaga,
E qual lungo dolore
Ebbe a soffrir per possederla il core.

Quantum, inquam, verisimile est, quod nuptiis cum simili puella vel nobili, dotata et aequali, vel indorata et etiam vili, sed valde formosa ineundis libera voluntate consensisset; — tantum inverisimile est quod juvenis praesertim non effoeminatus, nec lubricitatibus deditus, recte educatus, bonis moribus imbutus et vix ad pubertatem perventus, spretis, seu posthabitis quibuscumque nobilibus, juvenibus, formosisque puellis, in imberbi annorum aetate tanta fuerit subita obcaecatus amoris vertigine, ut *sponte, voluntarie, ac libentissime*, nulloque modo circumventus desponsare voluerit mulierem insuavem, vilem, paganam, seu rusticam, coudigna dote carentem, nec pulchram, et in ea aetate constitutam ut, si sibi non avia, saltem mater esse potuisset *Rot. in Calaritana, seu Arboren. Sponsalium* 15. *Maii* 1767. § *Nemo quidem cor. Veri.*

216

Inverisimilitudo quidem tanti ponderis et efficaciae, ut si credendum foret, quod ille *libere*, prout requiritur et non deceptus nec circumventus matrimonio consenserit, dicendum quoque esset, quod aut fuerit ebrius, aut non tantum aetate minor, sed etiam fatuus et in utroque etiam casu propter defectum veri consensus matrimonium minime subsisteret, ut de ebri matrimonio tradunt *Soccin. cons.* 47. 217
num. 2. *vol.* 3., *Dec. d. cons.* 112. *n.* 2. *tom.* 1., *Covarruv. in Epitom.* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 2. *n.* 9., *Veracrux Spec. Conjug. par.* 1. *art.* 41. *vers. Quarta conclusio*, *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disput.* 8. *num.* 19. ubi quod haec opinio nullum habet contradictorem *Rub. in annot. ad dec.* 28. *num.* 141.
par. 3. *recent.*, et de matrimonio 218
fatui statuit *Text. in Can. Neque furiosus* 26. *caus.* 32. *quaest.* 7., et notant *Card. Petra ad Constit. Apostolic. Constit.* 5. *Clement. IV. n.* 21. *tom.* 3. *pag. mihi* 416., *Covarruv. loc. cit. n.* 8., *Rot. dec.* 107. *n.* 12. *et seqq. par.* 2. *divers. et dec.* 298. *n.* 12. *par.* 7. *recent.*

Caeterum si juvenis sana mente polleat, et tamen hunc actum adeo sibi praejudicialem, minusque humano genio consentaneum expleverit, desponsando foeminam ratione aetatis, et quoad animi, corporisque dotes spernendam omnino potius quam amandam, aut cum ea matrimonium simultate contraxit, ad tradita per *Rot. cor. Merlin. dec.* 835. *n.* 4. *et* 5., *et cor. Card. Caprar. dec.* 69. *n.* 11., *et in Romana seu Albanen.* 4. *Maii* 1708. § *Addebatur. cor. Card. Polignac.*, aut nonnisi fraude, calliditate, dolo et machinatione circumventum, coactum potius dicendum est exhibuisse consensum, non vero efficacem, ac

liberum imo *liberrimum*, et ab omni dolo et circumventione sejunctum, prout tam in sponsalibus quam in matrimonio contrahendo, ne resolvatur in peccaminosum, perpe-
219 tuumque concubitum, est omnino necessarius *Covarruv. in* 4. *Decretal. Epitom. par.* 1. *cap.* 4. *n.* 5. *Rot. dec.* 39. *n.* 5. *cor. Herrera* sub poena nullitatis, ut in terminis ge-
220 neralibus probat *Text. in leg. Nihil* 117. *ff. de reg. jur.*, *Cap. Quod latenter* 5. *eod. tit.*, *Cap. Ad audientiam* 4. *De his quae vi metusve*, et in specie *Text. in Cap. Cum locum* 14. *De Sponsal.*, *Cap. significavit* 2. *De eo qui dux. in matrim. quam poll.*, *Castald. consult.* 45. *n.* 12., *Raynald. observ. Crim. in supplem. ad Cap.* 23. *supplet.* 5. *n.* 39., *Thesaur. de poen. Eccles. par.* 2. *verb. Matrim. cap.* 7. *n.* 2., *Bellarmin. tom.* 2. *contr. de Matrim. lib.* 1. *cap.* 19. *Rot. in Marianen. seu Acien. Nullitatis Matrimonii* 3. *Decembr.* 1736. § *Certum coram Card. Buss.* impressa post mea *Vota de Sponsal. Filiorumfam. dec.* 2. *n.* 4. *et seq.*, egregie *Brover. de Jur. Connub. lib.* 1. *tit. de Sponsal. dol. contract. cap.* 19. *n.* 1. *et* 2. = ibi = *Sanctissima matrimonii societas amore et benevolentia coiri debet, non arte et dolo, ex eaque procul sit oportet omnis fallacia, calliditas et machinatio ad circumveniendum, fallendum, decipiendum parata, nisi quis velit, restituta in integrum parte altera, quod venabatur, ereptum sibi cum dedecore deplorare* =, et confert *Rot. in Oriolen. Sponsalium* 26. *Februar.* 1755. § 3. *coram Card. Buss.* = ibi = *Nullius itaque fuit firmitatis hujusmodi consensus, quippe qui per extrinsecam demonstrationem et summam levitatem, ac per fraudem et dolum, ereptus certus et liber non fuit, nec per consequens, ut requiritur, ad obligationem sufficiens* =; caeterisque omissis, clarissima sunt verba *Sac. Concilii Tridentini*, per quae ea tantummodo clandestina matrimonia rata et vera esse declarat, quae *libero* contrahentium consensu ce- 221
lebrantur, in *d. Cap.* 1. *sess.* 24. *de Reformat. Matrim.* = ibi = *Dubitandum non est clandestina matrimonia* LIBERO *contrahentium consensu facta, rata et vera esse matrimonia;* = itaut pro concludenda nullitate matrimonii propter defectum *liberi* consensus, non semper probandum sit quod intervenerint minae, seu vis et metus cadens in constantem virum, aut corporis cruciatus, sed sufficit quod etiam aliunde constet LIBERUM non fuisse consensum, sine quo matrimonium est absolute nullum, ideoque ipsas solas importunas preces sufficere ad probandum *liberum* 222
non intervenisse consensum, sustinet *Castill. contr. Jur. in Comment. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 154. ubi *decem et septem* allegat Doctores.

Nec relevat quod minor matrimonium contrahens etiam cum 223
vetula exdendata non sit restituendus ad *Test. in leg. Sancimus nuptias* 27. *Cod. de Nupt.*, *Speculat. tit. de restit. in integr.* § *Quid si quis contrahat num.* 5.; hoc enim procedit quando minoris consensus

Digitized by Google

224 fuit *liber*, qualis, ut dixi, in hoc contractu in quo agitur de maximo praejudicio, nempe de perpetua obligatione corporum et animorum, omnino requitur tamquam de matrimonii substantia necessarius, seu tamquam causa efficiens et substantialis matrimonii
225 *Can. sufficiat* 27. *quaest.* 2. *Leg. Nuptias* 31. *ff. de reg. Jur.* — caeterum quoties sive in judicio, sive extra minor vere circumveniatur, utique beneficium restitutionis non
226 est ei denegandum *Leg. Minoribus* 2. *Cod. Si tutor. vel curat. interv.*

Fraus enim et dolus nulli pa-
227 trocinari debent *Cap. ex literis* 2. *De dol. et contumac.* = ibi = *Nos attendentes malitiam et dolum nulli patrocinari debere* = (a quibus sacri canones sic abhorrent ut hoc
228 ipsum repetat *Text. in Cap. Sedes* 15. *De rescript.* = ibi = *Quia fraus et dolus ei patrocinari non debent* =, necnon *Text. in Cap. Ex tenore* 16. *eod. tit.* = ibi = *Quia fraus et dolus alicui patrocinari non debent* =, et pariter *Text. in Cap. Tuae* 12. *De Cleric. non resident.* = ibi = *Cum fraus et dolus nemini debeat patrocinium*
229 *impertiri* =, quibus consonat jus civile ad *Text. in leg. In fundo* 39. *ff. de rei vindicat.* = ibi = *Neque malitiis indulgendum est* = cum aliis apud *Rot. decis.* 53. *n.* 203. *cor. Peutinger.*) sed per judices hanc propositionem aeternae veritatis parum attentam nec perfuncto-
230 rie nec oscitanter legentes fraudibus semper est occurrendum *Clement. Unic.* ubi *Card. De Usur. Rot. dec.* 43. *num.* 5. *et dec.* 386. *n.* 4. *par.* 3. *et dec.* 229. *n.* 12. *et dec.* 243. *n.* 4. *par.* 6. *et dec.* 332. *n.* 11. *par.* 10. *recen.*; potissimum in materia, de qua agitur, ne adolescens deceptus cum muliere proditrice cohabitare coactus in occasione cum aliis foeminis fornicandi constituatur, itaque damnum ex
ejus imbecillitate pariatur — et e con- 231
verso vaferrima mulier proemium ex sua nequitia ac fructus suae fraudis acquirat contra disposita per *Text. in leg. Si legatarius* 25. *Cod. de legat.* = ibi = *Ut non accipiat fructus suae calliditatis etc. ut qui alii nocendum esse existimavit, ipse suam sentiat jacturam* = et dixit *Rot. in Romana Matrimonii* 3. *Julii* 1719. § *Et sane cor. Corio et in Leodien. Matrimonii* 28. *Junii* 1720. § *Et hisce cor. Foscar.*: deceptis enim non vero decipientibus jura subveniunt *leg. Mulier* 11. *ff. Ad Senatus consult. Vellejan* dignumque est fraudem in suum retorqueri auctorem *leg. penult. Cod. de legat.*

Hanc fraudem et circumventionem juxta similem assertionem adolescentis, ut supra, suppositam eo magis intervenisse, ideoque, propter defectum *liberi* consensus, vitio nullitatis matrimonium laborare censetur, quando fuit etiam claudestine, omissis nempe culpabiliter denunciationibus, contractum. Quamvis enim regula quidem sit quod in dubio pro validitate matrimonii judicari debeat, ea tamen indiscriminatim admitti nequit tum quando agitur de matrimonio praecedentibus quoque denunciationibus celebrato, ista siqui-

dem regula in his etiam matrimoniis locum dumtaxat habet, cum insurgit *dubium juris*, veluti si certum sit nec dubitetur matrimonium fuisse contractum per verba temporis praesentis coram Parocho et duobus tribusve testibus, et juris dubium emergat circa aliquod impedimentum dirimens, quia tunc est in hoc dubio pro validitate matrimonii judicandum — secus autem in *dubio facti*, veluti si dubitetur an matrimonium per verba praesentis temporis libero cousensu fuerit contractum coram Parocho et duobus tribusve testibus, ut recte distinguunt *Ursaya discept. Eccles. tom.* 2. *par.* 2. *discept.* 1. *num.* 68., *Mascard. de probat. conclus.* 1025. *n.* 4. *et* 5., *Oliver. de nullit. Matrim. par.* 3. *pag.* 77., *Rot. dec.* 227. *n.* 5. *cor. Tanar.* = ibi = *Regulam vero militantem favore matrimonii probe Domini animadverterunt procedere in dubio juris, non autem in casu praesentis controversiae et in dubio facti* =

Tum et certius ubi agitur de matrimonio clandestino, attentato nimirum, ut jam dixi, nullis praemissis culpabiliter denunciationibus contra ecclesiae praeceptum, quia dignus non est auxilio legis qui peccat in legem *Cap. fin. De immunit. Eccles., Cap. quia frustra* 14. *De Usur., Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *cap.* 5. *de reform. Matrim.*, unde contra tale matrimonium in dubio ferendum est judicium, nedum ut avertantur fideles ab eo contrahendo sine denunciationibus cum temerario contemptu et manifesta praecepti ecclesiae violatione, ut per *Text. in Cap.* 1. *De Clandest. desponsat.* in puncto docent *Capon. discept. forens.* 23. *n.* 22., *Card. de Lug. de Just. et Jur. tom.* 2. *disput.* 22. *n.* 23. *Vvames cons.* 533. *num.* 4. = ibi = *Nulla tamen in dubio et ambiguo debet esse inclinatio vel judicis, vel praesumptionis pro matrimonio, quod dicitur clandestine contractum* =: concordat *Ursaya discept. Eccles. tom.* 1. *par.* 1. *discept.* 2. *num.* 225. *et tom.* 2. *par.* 1. *discept.* 21. *n.* 103.

Sed etiam quia haec matrimonia, ob praecedentium defectum denunciationum, habent pro se notabilem suspicionem *Adden. ad Pamphil. dec.* 246. *n.* 22. *et* 23., 232
praesertim de vi, metu et circumventione si praemissae circumstantiae concurrant, non solum ratione teneræ aetatis adolescentis, verum 233
etiam tam ratione modi, cum fuerit furtim, sine denunciationibus et clandestine ad contrahendum matrimonium compulsus *Rot. dec.* 234
643. *n.* 20. *in fin. par.* 1. *recen.*, quam ratione loci, ubi procul ab omnibus suis parentibus, consanguineis et familiaribus matrimonium secreto contraxit, in puncto 235
Rot. d. dec. 643. *num.* 21. *par.* 1. *recen.* = ibi = *Locus contracti matrimonii, videlicet in villa, quae est locus secessus atque secretus, leg. Ego etc. juste enim timere dicitur, qui est in solitudine* =

Quapropter cum similia matrimonia non praemissis denunciationibus inita magna suspicione non careant, et destituta proinde sint praesumptione validitatis et non

236 liberi, sed simulati consensus *Al-*
tograd. cons. 96. *num.* 65. *et* 171.,
Spin. cons. 1. *n.* 11., *Sperell. dec.*
5. *n.* 42. *Rot. coram Molines dec.*
972. *n.* 8. *tom.* 4., jure merito ad-
237 versus illa judex in dubio semper
judicare tenetur *Ursaya discept.*
Eccles. tom. 3. *par.* 1 *discept.* 1.
§ 9. *n.* 19. = ibi = *Limitatio fun-*
datur in clandestinitate matrimo-
niorum, quae operatur ut in dubio
contra clandestina matrimonia et
punibili modo contracta sit respon-
dendum =: idque repetit in *tom.* 7.
par. 2. *discept.* 22. *n.* 28. *et tom.* 9.
par. 1. *discept.* 44. *n.* 22., *Monacell.*
in formul. tom. 2. *tit.* 16. *annot.*
ad formul. 2. *n.* 28. = ibi = *Re-*
gula quae solet allegari, quod in
dubio standum sit pro matrimonio,
non militat quando fuit clandestine
contractum contra ordinationem
ecclesiae et formam traditam a
Concilio, tunc enim cum habeat
pro se notabilem suspicionem ut
dixit etc. Judex contra illud in
dubio semper judicare debet =, et
consonat *De Just. de dispensat. Ma-*
trim. lib. 1. *cap.* 4. *n.* 248., *Oliver.*
de nullit. Matrim. par. 1. *solut.* 42.,
Barbos. Vot. dec. 1. *n.* 137., *Tam-*
burin. de Sacram. lib. 8. *tit. de*
Matrim. tract. 6. *cap.* 2. § 3. *n.* 15.
= ibi = *Addit idem De Lugo,*
licet matrimonium esset dubium
et in dubio soleat praesumi in fa-
vorem validitatis matrimonii, ta-
men quia in hoc Parochus fuit in-
vitus et non praecessere denuncia-
tiones, unde hoc matrimonium
secundum jura fuit clandestinum,
illi non est favendum, quia, ut
sic, causa est odiosa = itaque re-
spondit *Rot. dec.* 634. *num.* 8. *co-*
ram Buratt., et in Neapolitana ma-
trimonii 26. *Februar.* 1706. § *Et*
quamvis cor. Priol., et in dicta Ro-
mana matrimonii 3. *Julii* 1719.
§ *Et sane cor. Corio.*

Fortius si non agatur de ma-
trimonio inter aequales, in quo ta-
lis suspicio minus urget, sed ma-
gna concurrat inter contrahentes
disparitas, qua concurrente tum
eadem suspicio vim majorem assu-
mit, tum ipsamet inaequalitas ad
occurrendum perniciosis eventibus,
qui connubia inter impares subse-
qui solent, judicem pro nullitate
respondere compellit *Kugler. de* 238
Matrim. lib. 3. *disput.* 15. *n.* 7.
= ibi = *Quamvis jura clament*
in dubio judicandum esse pro ma-
trimonii valore, fallit ubi magna
est disparitas contrahentium =

Nam ubi nuptiae sunt inaequa-
les, ibi *liberum* utriusque contra-
hentis consensum ad validitatem
necessarium non intervenisse cen-
setur *Zaul. ad Statut. Favent.* 239
tom. 1. *lib.* 4. *rubr.* 26. *n.* 42., *Rot.*
in Calaritana seu Arboren. spon-
salium 15. *Maii* 1767. § *Quamvi-*
sque in fin. cor. Veri = ibi =
Idque magis obtinet in hac specie,
in qua nimia est contrahentium
disparitas, ut promissio ex recto
sensu non venerit et sana mente,
ac judicio, sed potius ex fraude,
ex dolo, ac maleficio ut nullam
obligationis vim unquam obtinue-
rit =

Clariusque evincitur *liberum*
non intervenisse consensum si post
matrimonii celebrationem, tantum- 240
modo *rati*, adolescens a muliere se

Digitized by Google

protinus separaverit et a consummatione matrimonii abstinuerit, unde magnum indicium non liberae voluntatis insurgere sustinet *Sperell. decis.* 5. *num.* 59. *et* 63., cum aliis ab eo allegatis. Praesertim si talis separatio adeo semper continuata fuerit absque spe futurae concordiae, ut ille eamdem mulierem amplius nec etiam videre voluerit; tunc enim, praeter *liberi* consensus defectum, alia causa rationabiliter excogitari non potest, ob quam vix inito matrimonio et fere in eodem instanti adeo capitalis inimicitia in illo suborta fuerit, ut huic perpetuae separationi cum ipsius mulieris contemptu praebuerit occasionem, ex eo quo probari in adolescente dissensum optime infert *Oliver. de Matrim. nullit. pag.* 53. = ibi = *Probatur vero dissensus, quia si vere consensisset, illam non sprevisset* =

Quibus facti circumstantiis, conjecturis et praesumptionibus concurrentibus, aut matrimonii validitas ita vacillat, ut si ad illam prorsus labefactandam iniretur judiciale certamen, de exitu favorabili disperari non posset, et in hoc casu ad obtruncandam super hac invaliditate litem, optimum ac prudentiale temperamentum di-
241 spensatio reputatur, quae est congrua ac tacita administratio justitiae, ut ad rem advertit *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 9. *num.* 5. *et* 6., nec alia melior est cautela pro impediendo ne matrimonium cum animarum ruina in perpetuam convertatur fornicationem, quate-
242 nus ob defectum *liberi* consensus esset nullum, et ob penuriam probationum iste defectus justificari non posset.

Aut adductae rationes et circumstantiae adeo fluctuantem reddunt, seu suspectum, dubiumque hujus matrimonii valorem, adeo- 243
que proximum nullitati, ut quamvis in rei veritate validum sit, adhuc temerarium non esset illius controvertere validitatem et exinde quoque justam subesse causam illud dissolvendi, docet *Navarr. cons.* 3. *tit. de Sponsal. lib.* 4., ubi postquam validum esse conclusit quoddam matrimonium, licet contractum videretur cum errore circa personam, attamen quia de illius validitate disputari poterat, *num.* 4. opportune firmat = ibi = *Licet nulla praedictorum constituant omnino errorem sufficientem personae, qui matrimonium ipso jure dirimat, omnia tamen conjuncta videntur profecto constituere errorem tam proximum errori praefato, ut conficiant justam causam, ob quam SS. D. N. juste ac sancte possit illud dirimere* =

Aut tandem nulla cadit supra matrimonii validitatem dubietas et nihilominus ipsamet artificia, circumventiones et seductiones si fuerint, ut supra, adhibitae, ejus sunt indolis et naturae, ut Summum Pontificem ad dispensandum cogere
videantur, quemadmodum prae 244
caeteris pro veritate tenet *Decius d. consil.* 112. *sub num.* 5. *vers. Decimo tom.* 1. = ibi = *Decimo et ultimo etc. Cum iste adolescens* IN AETATE 16. ANNORUM *fuerit subductus a vilissimis personis, ad*

Digitized by Google

accipiendam MULIEREM MAJOREM NATU, ET LONGE INFERIORIS CONDITIONIS *quam sit ipse juvenis et cum in eo non fuerit deliberatus consensus et ex abrupto illam quasi prius non visam et post caenam acceperit: nam licet istae rationes de stricto juris rigore non possint matrimonium dissolvere, tamen negari non potest quin* MAGNAM AC JUSTISSIMAM PRÆSTENT CAUSAM *dispensandi, quia his concurrentibus, naturali aequitati convenit non servare quod promissum fuit, ut dicitur in L. 1. ff. de Minorib. Et ista causa videtur etiam* UTILITATEM PUBLICAM *respicere, ut malitiis hominum obvietur, prout in simili casu de matrimonio dicitur in d. Cap. Quanto De Divort. Et in simili casu justam causam dissolvendi matrimonium considerat Petr. de Anchar. in d. cons. etc., et in fortiori casu D. Marian. late tradit in cons. 28. circa primum quaesitum in 2. dubio, ubi justam causam dispensandi considerat* QUANDO JUVENIS FACILITATE SUA OB CALLIDITATEM MULIERIS INDUCTUS FUIT AD MATRIMONIUM CONTRAHENDUM QUOD NON ERAT CONVENIENS, *et loquitur ipse* IN MATRIMONIO ETIAM CONSUMMATO *per copulam carnalem, sed illud non affirmo, quia de illo nunc non agitur; sed solum in matrimonio non consummato, prout est casus noster, illud firmiter teneo* =

Tertia dispensandi causa est magna et notabilis inter conjuges disparitas tam quoad aetatem *Card. de Luc. de Matrim. disc. 16. num.*
245 *25. in fin.*, quam quoad conditionem, quae si non sufficeret, prout sufficere jam probavi, ad excludendam matrimonii nullitatem propter praesumptum liberi consensus defectum, aut inducendam saltem dubietatem validitatis matrimonii, proculdubio sufficit pro obtinenda dispensatione, cum enim impediat amicitiam illam, animorumque concordiam quae inter conjuges beatitudinem quamdam efficit, sicut olim inter Romanos nuptias talis
disparitas illegitimas reddebat teste 246
Boetio in Commentar. Topic., Ciceron., Tiraquell. de Leg. Connub. leg. 5. gloss. 1. par. 5. num. 16. et seqq.; — sic hodie rationabilem causam Pontifici Maximo subministrat, easdem jam contractas, multoque magis per fraudem, dolum
et machinationem extortas ante 247
consummationem dissolvendi, quemadmodum docent *Dec. loc. cit., Soccin. Sen. consil. 28. num. 8. lib. 1., Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 10. num. 39., Gobat. Theol. Experim. tract. 10. cas. 18. num. 692. Schmalzgrueber ad rubr. de Divort. num. 54. Sanch. de Matrim. lib. 2. disput. 16. num. 2.* = Ibi = *Causa justa est notabilis in qualitate disparitas, quando scilicet contrahentes sunt notabiliter conditione impares et affectione caeca et levitate quadam ducti ineunt matrimonium. Et ratio est quia matrimonium ordinatur ad mutuam amicitiam et concordiam, quae inter beatitudines refertur; nihil autem magis mutuae amicitiae ac benevolentiae quam conjugum disparitas adversatur* =; impares namque nuptiae semper aut
saepe saepius vergunt in exitum 248

Digitized by Google

deteriorem, *Sanch. loc. mox cit. Rot. cor. Cels. dec.* 374. *num.* 7. *et dec.* 207. *n.* 9. *par.* 1. *et dec.* 19. *num.* 4. *et* 59. *par.* 10. *recen.*, in puncto pariter *Felin. consil.* 26., *Corrad. in prax. disp. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 53. = ibi = *Haec vero causa inaequalitatis et imparitatis*
249 *adeo potissima est ut Summus Pontifex eam admittat etiam ad matrimonium ratum non tamen consummatum dissolvendum, nam experientia docuit nonnunquam Summos Pontifices dispensasse super hujusmodi matrimonio, quando contrahentes sunt notabiliter conditione impares, ob infelices exitus qui possent evenire ex tali matrimonio* =.

Timor gravis scandali ob aversionem omnium suorum propinquorum, quam conjux dives seu nobilis ratione indigni et imparis
250 conjugii sibi conciliaverit, *quartam* praebet dispensandi causam, siquidem ipse sine incremento similis odii, aversionis et scandali ad cohabitandum cum altero conjuge inferioris fortunae seu conditionis se obligare non potest, cui proinde cum praedicta dispensatione succurri solet, ut inimicitiae extinguantur, removeantur scandala et animi reconcilientur *Sanch. de matrim. lib.* 2. *disput.* 16. *n.* 3., *Menoch. de praesumpt. lib.* 2. *praesumpt.* 10. *num.* 42., *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 9. *n.* 7. = ibi = *Communis est opinio Canonistarum, quam forus exterius recepit ac servat et praesertim Curia Romana, ut Papa ex justa et honesta causa, illa praesertim odii et inimicitiarum, dispensare possit super matrimonio rato tantum et non consummato, illudque dissolvere* =.

Idem gravissimorum scandalorum periculum, ob odium et inimiciam inter similes conjuges jam contractam et discordias et rixas inter eosdem, si simul cohabitarent, probabiliter orituras, *quin-* 251
tam causam producit, quam esse sufficientem ad dispensandum tradit *Menoch. loc. mox cit.* = ibi = *Vel ob inimicitias, quae inter conjugatos, vel eorum sanguine conjunctos intercedere possunt* =, ac unanimiter firmant *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 16. *num.* 4., *Corrad. in prax. dispensat. lib.* 7. *cap.* 5. *num.* 53. *et lib.* 8. *cap.* 7. *num.* 26., *Gobat. Theol. experiment. cas.* 18. *num.* 692., *De Just. de dispens. Matrim. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 23., *Schmalzgrueber ad rubr. de Divort. n.* 53., *Card. de Luc. de Matrim. d. disc.* 9. *n.* 3. *vers.*, *Ideoque et seqq.*, ubi quod contracto matrimonio et post triennalem et majorem inter conjuges cohabitationem, detecta impotentia coeundi ex parte viri, renuente muliere quae a viro discesserat, pro novo trienuali experimento cum illo iterum cohabitare, ortisque proinde inter illos et consanguineos gravibus dissidiis, rancoribus, odiis et inimicitia, quae si causa nullitatis matrimonii, nisi post longum tempus decidenda, propter dictam impotentiam introducta foret, magis magisque augeri poterant, cum signa impotentiae quodammodo certitudinaliter denotarent causam

Digitized by Google

potius naturalem quam acciden-
talem, ut peritissimi medici testa-
bantur, praevio juramento coram
Ordinario tam ab ipsis conjugibus,
quam a septima manu conjuncto-
rum praestito, ac etiam relatione
obstetricum supra mulieris virgi-
nitate et matrimonii non consum-
matione, ad eorumdem conjugum
preces super hujusmodi matrimonii
rati et non consummati dissolu-
tione, stantibus dissidiis et odiis,
ALEXANDER VII. benigne dispensavit
*Burg. de Irregul. par. 6. tit. de
Sponsal. n.* 47., ubi quod etiam
EUGENIUS IV. ob solas inimicitias
inter conjuges privatae conditionis
exortas, antequam matrimonium
252 consummarent, connubiale vincu-
lum relaxavit *Gobat. loc. cit. num.*
678., ubi quod ob similem causam
253 INNOCENTIUS X. dispensationem con-
cessit duobus infimae plebis conju-
gibus *Ursaya Discept. Eccles. tom.*
2. *par.* 1. *discept.* 3. *num.* 28. *et
tom.* 3. *par.* 2. *discept.* 21. *num.* 61.
et 85., ubi refert ob hanc causam
saepius indultam fuisse similem
dispensationem etiam inter perso-
254 nas vulgaris conditionis, ad Papam
enim spectat occurrere scandalis
255 *Cap. Cum ex injuncto* 2. *De nov.
oper. nunciat.*

Praesertim si nulla spes efful-
256 geat futurae reconciliationis et con-
cordiae ac simultaneae cohabita-
tionis voluntariae et nunquam co-
gendae, ne forte deterius inde con-
257 tingat, ut advertit *Text. in Cap.
Praterea* 2., ibique *gloss. verb.
Deterius De Sponsal.* = ibi =
*Scilicet adulterium cum secunda
vel quod eam forte interficeret* =
causa quidem sic urgens, ut pro
obtinenda dispensatione nullam
aliam requiri sustineat *Sanchez
de Matrim. lib.* 2. *d. disput.* 16.
num. 4. = ibi = *Hinc fit esse
justam causam, quando vir omni
conatu quaerit uxorem repellere
absque sanioris mentis probabili* 258
*spe; unde ex dissidentium volun-
tate facile ad discordiam perpe-
tuam et uxoris necem devenire
potest* =

Ex hac perpetua conjugum se-
paratione *sexta* et *septima* causa
descendit. *Sexta* est timor atque 259
periculum fornicationis cum inte-
ritu animae unius vel utriusque
conjugis *Sanch. loc. cit. d. num.* 3.,
Menoch. de praesumpt. lib. 2. *prae-
sumpt.* 10. *num.* 42. = ibi = *Est
etiam justa causa concedendi hanc
dispensationem timor futuri scan-
dali; ita responderunt Felin. etc.,
et Port. Imolen. etc. qui quidem
considerarunt hoc futurum scan-
dalum, vel* OB TIMOREM FORNICATIO-
NIS, *vel ob inimicitias, quae inter
conjugatos, vel eorum sanguine
conjunctos intercedere possunt* =;
quod etiam dixit in *tract. de ar-
bitrar. cas.* 455. *num.* 3. *et seqq.*
= ibi = *Justum videri causam*
(recedendi scilicet a sponsalibus)
*si sponsus odio capitali prosequitur
sponsam, vel e converso, itaut ti-
mor sit ex nuptiis futuris oriri
posse vel homicidium,* VEL ADULTE-
RIUM, *vel lis, et contentio inter
parentes. Quam quidem causam
probavit et Felin. etc. qui* FORTIUS
*respondit Pontificem Maximum
justis his de causis posse dissolvere
matrimonium contractum per verba*

de praesenti, modo secuta non sit
copula carnali =, cui malo a Summo
260 Pastore cum praedicta dispensatione
proinde est obviandum, ne oves sibi
concreditae, et ab ipso pascendae
pereant, sed eis sublata, quantum
fieri potest, occasione peccandi,
vitam aeternam assequi mereantur,
quemadmodum ad evitandam animarum
ruinam Summos Pontifices
alias ita non semel servasse testatur
261 in specie *Navarr. in Manual. cap.*
22. *num.* 21. = ibi = *Dividitur*
etiam (matrimonium) *ante consummationem*
per dispensationem
Papae justa de causa factam secundum
gloss. sing. in d. Cap. Ex
publico de Convers. Conjugat. receptam
ab omnibus puris Canonistis,
et a Theologis Canonum peritis
etc. Quorum opinio adeo servatur,
quod etiam ter vel quater ad petitiones
consilio meo, antequam in
Urbem venissem, oblatas felic. record.
Paulus III. *et Pius* IV. *per suas*
dispensationes dissolverunt quaedam
matrimonia omnino clandestine
contracta nondum consummata IN
REMEDIUM ANIMARUM ALIOQUIN PROBABILITER
PERITURARUM =

Quatenus igitur quarta, quinta
et sexta causa concurrat, sine dubio
resultat quod sive similes conjuges
vivant separati, maxima imminent
mala in eorum aeternae salutis deplorabile
damnum, sive *coacte*,
etiam ex parte unius tantum, una
simul cohabitent, pejora animae
praejudicia, odia et scandala subsequuntur.
Per dissolutionem ergo
vinculi matrimonii dumtaxat *rati*,
nimis necessarium est ut incolumitati
eorum animae consulatur.

Septima causa ex eadem perpetua
conjugum separatione tunc
subsequi posset, cum nobilis adolescens
unicus et ultimus de sua
illustri familia ad desponsandam
vilem mulierem seductum fuisset,
cui deinde nedum commisceri, sed
vel a longe eam aspicere abhorreret,
quapropter si a praefato connubii
vinculo non liberaretur, aequalem
ducere non valens uxorem,
nunquam legitimam prolem sperare 262
posset, quae familiam perpetuaret.
Familias autem cospicuas et illustres 263
conservare publice interest *leg.* 1.
§ *Quamvis sit vers. Publicae ff.*
de ventr. inspic. pro quarum proinde
conservatione plura etiam de rigore
juris inducta relaxari solent *Guglielm.* 264
de Benedict. in Cap. Rainutius
verb. duas habens filias
num. 138. *De testam., Crot. cons.*
184. *num.* 44., *Spad. cons.* 169.
num. 6. *lib.* 1., *Bellet. disquisit.*
Cleric. par. 2. *tit. de discipl. Cleric.*
§ 9. *num.* 13. *in fin., Castropal.*
Oper. Moral. tom. 5. *de Sponsal.*
disput. 4. *punct. ult.* § 2. *num.* 2.
vers. Quinta causa De Just. de
dispensat. lib. 3. *cap.* 14. *num.* 1.
et seq. et cap. 15. *num.* 1. *et* 2.,
Hurtad. disput. 26. *difficult.* 3.
n. 12., *Corrad. in prax. dispensat.*
lib. 7. *num.* 108., *Tamburin. de*
Sacrament. lib. 8. *tit. de Matrim.*
tract. 2. *cap.* 7. § 2. *num.* 23. ubi,
quod bonum et utile est ecclesiae,
ut in ipsa familiae illustres conserventur
Sanch. de Matrim. lib. 8.
disput. 19. *n.* 31. = ibi = *Quinta*
causa est illustris familiae conservatio
in eodem sanguine. Quod ad
pietatem ac publicum bonum per-

Digitized by Google

tineat conservari illustres familias = Et hoc quoque intuitu in antiquis Romanorum historiis traditum legitur, Augustum publica pecunia adjuvasse unicum germen nobilissimae Hortensiorum familiae,
265 ut, inito conjugio, [illegible] propagaret *Tacit. annal. lib. 2. sub* [illegible] *30. pag. mihi 41.* = ibi = *Nepos erat Oratoris Hortensii, inlectus a Divo Augusto liberalitate decies sextertium* (hoc est vigintiquinque millia floren. aur.) *ducere uxorem, et suscipere liberos, ne clarissima familia extingueretur* =.

Octava causa dissolvendi matrimonium ratum et non consummatum est clandestinitas, si nempe sine praecedentibus denunciationi-
266 bus fuerit celebratum inter puellam nobilem et virum plebejum, seu inter plebejam mulierem et nobilem adolescentem, quod utpote expresse vetitum ab Ecclesia, maximopere expedit ut Apostolica dispensatione dissolvatur ad refraenandam his exemplis hominum, et praesertim mulierum vilis conditionis, earumque conjunctorum temeritatem, qui, sine ullo scrupulo aut metu culpae lethalis, violare audent praecepta ecclesiastica, eaque nihili faciunt, dummodo fraudibus, artibus, dolis et circumventionibus nobiles aut divites adolescentes potius cogant, quam alliciant ad contrahenda hujus generis matrimonia, quae tamquam scandalosa et sacrilega, ideoque patrocinio et favorae Apostolicae
267 Sedis indigna, non sunt dissimulanda, sed ante consummationem Pontificia dispensatione etiam in poenam sceleris dissolvi merentur, *non enim dignus est qui ecclesiae benignitatem facile experiatur, cujus salubria praecepta temere contempsit*, ut inquit *Sac. Concil. Tridentin. sess. 24. cap. 5. de reformat. Matrim.*, et decepto potius quam proditori semper est faven- 268
dum.

[illegible]cedit *Nona* causa dispensationis si [illegible] tantummodo ratum [illegible] matrimonium publice et palam atque per omnium ora de adulterio diffamata; quini- 269
mo solus timor atque suspicio adulterii tantam parit odii occasionem, ut justam ob id praebeat causam dissolvendi matrimonium, prout 270
testatur *Menoch. de praesumpt. lib. 2. praesumpt. 10. n. 42.* = ibi = *Est etiam causa concedendi hanc dispensationem etc. futurum scandalum vel ob timorem fornicationis* =

Quamvis a digniori res denominari debeat *leg. Quaeritur 10. ff. de stat. homin.*, id nihilominus fallit in matrimonio, quod denominatur a matre, quae tamen nobilior non est § 1., ibique *DD. Instit. tit. de patr. potest.*; verum ab ea matrimonium nomen accipit, quia majora sustinet onera, cum sit ante partum onerosa, in partu dolorosa, et post partum laboriosa *Cap. Ex literis 2. De Convers. Infidel. § Sed nos, Instit. tit. De Senatusconsult. Tertyll.*, et ob id etiam mater de jure communi succedit filiis ab intestato, et sine liberis descendentibus, caeteris agnatis exclusis, praeter fratres et sorores, cum quibus simul ad haereditatem vocatur *d. § Sed nos*

Digitized by Google

Instit. tit. De Senatuscons. Tertyll., *Auth. Defuncto Cod. eod.*

Ad evitandam tamen relata incommoda, quibus mulier subjacet ante partum in partu et post partum, etiam cum periculo vitae praesertim in partu, contrahere nequit matrimonium sub conditione illud non consummandi: nam ju[illegible]gustin. forte veriorem sensu[illegible] *[illegible]st. cap.* 26. a matre *lib.* [illegible] *[illegible]monium ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat foemina nubere, quam ut mater fiat*, ideoque

Decima causa dissolvendi pariter matrimonium est si mulier propter praedictum seu aliud motivum, vel etiam sponsus non aliter matrimonio consenserit, quam cum expresso pacto, seu conditione nun-
271 quam cum altero conjuge cohabitandi, qui hanc conditionem acceptaverit, et cum ea matrimonium inierit. Quinimo hanc conditionem
272 non solum praebere causam dispensationi super matrimonio tantum *rato*, sed utpote oppositam uni ex principalibus finibus matrimonii tamquam impeditivam generationis prolis, et destructivam perfectae illius conjunctionis *Cap. Illud* 11. *de praesumpt.*, matrimonii nullitatem inducere docet *D. Thom. in* 4. *Sentent. dist.* 28. *quaest. unic. art.* 4. *ad* 3., cui consentiunt *D. Bonaventur.*, *Adrianus Pontifex*, aliique inter antiquos, quos refert et sequitur *Scot. in* 4. *Sentent. dist.* 29. *quaest.* 2. *art.* 3., et inter recentiores expresse tuentur *Gonzal. in Cap. Si conditiones sub num.* 8. *De condit. apposit.*, *Layman. Theol. Moral. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 7. *num.* 9., *Salmaticens. Oper. Moral. tom.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. cap.* 7. *dub.* 3. *per tot.* et praecipue § 95., *Petr. de Ledesm. de Matrim. quaest.* 47. *art.* 5. *dub.* [illegible] *solut. confirm. ad* 6. [illegible]*errez de Matrim.* [illegible] *num.* 14., *Schmalzgrueber cap.* 8. [illegible] *rubr. de condit. apposit. num.* 124., *Sanchez de Matrim. lib.* 5. *disput.* 10. *n.* 5., *Vivald. in Candelabr. aur. tit. de Matrim. n.* 56., *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 1. *tit. de Matrim. quaest.* 2. *punct.* 10. *num.* 15., cum aliis concordantibus, qui ab ipsis referuntur, et declaravit *Sac. Congreg. Concilii in Ulixbonen. Occidental.* 8. *Julii* 1724.

Atque adeo hoc etiam procedit in casu, quo alter ex contrahentibus nesciat alterum sub praedicta 273
conditione matrimonium contrahere, cum enim intentio sub ea conditione contrahentis sit intentio non contrahendi matrimonium verum sed fictum, nullum proinde reddit ejusdem matrimonii valorem, altero quoque contrahente ignorante, verumque consensum absolute exhibente, ut firmant *Sanch. de Matrim. lib.* 5. *disp.* 3. *num.* 6., *Castropal. Oper. Moral. tract.* 28. *disp.* 2. *punct.* 11. § 4. *num.* 9., *Piton. Discept. Eccles.* 58. *n.* 14., *tom.* 3.; nullum est ergo matrimonium, sive conditio ponatur ex parte unius sive ex parte utriusque contrahentis, quoties enim unus vel ambo protestati sint non aliter contrahere quam sub conditione contraria fini matrimonii, irritum 274
idem evadit, dummodo hanc con-

Digitized by Google

ditionem praecessisse probetur, nam consensus deinde praestitus coram Parocho et testibus, censetur praestitus eodem animo et intentione, etiamsi haec non fuerit iterum in actu conjugii manifestata, modo
275 tamen retractatam fuisse non constet, ut pluribus allegatis tradit *Piton. d. discept.* 58. *num.* 33. *et seq. tom.* 3., et in simili censuit *Rot. in Januen. Professionis* 3. *Julii* 1702. *coram Molines.* Quamvis enim actus copulae non sit de substantia neque de essentiali perfectione matrimonii, sed tantum accidentali, *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de Matrim. n.* 27., ideoque verum, perfectumque matrimonium initum fuit inter Beatissimam Virginem et S. Joseph *D. Thom.* 3. *par. quaest.* 29. *art.* 2.; acquirere tamen jus ad actum et generationem prolis ad matrimonii finem pertinet, ideoque obligatio
276 illam respuens, est fini matrimonii contraria *D. Thom. quaest.* 48. 1. *ad tertium et quaest.* 49. 3.

Ast quamquam hoc verum sit, et controverti minime possit, adhuc limitationem recipit, quando conditio praedicta non est absoluta, sed haec ipsamet conditio est alia conditione modificata, ut accidit in facto *Vener. Fr. Sebastiani de Apparitio*, qui duabus vicibus sanctum matrimonii sacramentum contraxit, animo se virginem servandi in ambobus matrimoniis. Cum enim in *Sac. Rituum Congregatione* de illius beatificatione ageretur, dubitatum fuit an ipse bene fecerit, ac licite et valide primas et secundas nuptias celebraverit, non obstante proposito se in ipsis conservandi in virginali puritate; quod dubium *DD. Sac. Facultatis Parisiensis*, necnon *Universitati Salmaticensi*, et etiam *Universitati Patavinae* resolvendum propositum fuit sub nomine *Pyraustae* in his praecisis terminis conceptum:

„ Pyrausta vir eximiae virtu-
„ tis, simplex, rectus, ac timens 277
„ Deum, et recedens a malo: in „ Hispaniis natus, humili genere, „ honestis parentibus, mediocris „ fortunae; puer pascendis gregi- „ bus, adolescens agriculturae de- „ putatus: junior servitio alieno „ mancipatus, varias expertus vi- „ cissitudines, a Deo tamen prae- „ ventus, *mirifice profecit de vir-* „ *tute in virtutem.* Provectior ae- „ tate in Novam Hispaniam solvit, „ ubi magna pollens industria, „ justis laboribus substantiam, rem- „ que familiarem adauxit. Amorem „ omnium sibi conciliavit, animi „ integritate, ingenuitate, atque „ generosae indolis actibus, sum- „ mam venerationem adeptus per „ heroicae virtutis specimina. Amo- „ re et fide, pietateque in Deum „ maxima, conscientia optima prae- „ ditus, castitatem, virginitatem- „ que adeo coluit, inter illas egre- „ gias dotes, *ut jam tertio per* „ *mulieres sibi a Diabolo paratas* „ *ingentes insidias in ipso juven-* „ *tutis flore eluserit. Quin imo de* „ *ipso Diabolo in foeminea specie* „ *sibi apparente gratia Dei virili-* „ *ter triumphavit.* Oblatas aliquan- „ do egregias nuptias modeste re- „ jecit. Postmodum fere sexagena- „ rius, prudenter perpendens, non

Digitized by Google

„ esse bonum esse solum, sociam „ sibi quaerere cogitavit, talem „ quidem, uti dictitabat, cum qua „ *si possibile foret*, vivere liceret „ in casto et virginali connubio, „ *ad instar S. Patriarchae Joseph* „ *cum Sanctissima Sponsa Virgine* „ *Deipara*, itaut jugum matrimo„ nii, absque carnis tribulatione, „ serena pace sustinere valeret.

„ Annuit Deus ejus votis, nam „ honoratior quidam homo, hoc „ Pyraustae *propositum* assecutus, „ enixe rogavit, ut filiam suam „ sibi despondere dignaretur, ae„ tatis tenellae, dote pauperem, „ sed virtutum decore divitem, qua„ lem ipse cupiebat; addens hoc „ Deo gratissimum futurum; et „ enim offerebat in conjugem tan„ tum ut sua protectione fulciret; „ et a periculis mundi atque pu„ doris jactura ob pauperiem eri„ peret. Pyrausta, divinae volun„ tati addictissimus, et pietatis „ operibus, Dei nutu negotium pe„ ragi advertens, in sponsam accepit „ puellam ea lege ut ejus subve„ niret indigentiae et patrocinare„ tur pudori, seque et rem suam „ familiarem cura sponsae muniret. „ Erat enim tenella sponsa seniori „ Pyraustae aetate et innocentia „ sicut filia; eam licite nutriebat, „ abundantius in cunctis aderat, „ excepto congressu matrimoniali, „ *quem nec ipsa sponsa petebat* „ *nec appetere unquam ostendit*. „ Sponsae sponsus caste adblandie„ betur, illam in thalamo colloca„ bat; verum ipse virtutis vir „ post pias preces extra thalamum „ in terra juxta ipsam cubabat; „ caste, sancteque cum ipsa vi„ vendo. Invidens Diabolus tantae „ virtuti, excitavit in Pyraustam „ parentum sponsae persecutionem; „ qui ducti cupidine divitiarum „ ejus, videntes uterum filiae non „ intumescere ad haeredes eniten„ dos, et scientes *propositum* Py„ raustae, ob quod sponsam duxe„ rat, non percipientes hoc fieri „ Dei et virtutis amore, ipsum „ aggressi injuriis, quasi sponsam „ et jura conjugii sperneret, mi„ nantur ad judices provocaturos „ pro dirimendo conjugio, quatenus „ esset ad illud ineptus. Omnia „ aequanimiter toleravit Pyrausta, „ annis quidem provectior, sed „ viribus robustissimus, eisque re„ spondit modeste; eorum filiam „ in sponsam sibi junxisse ad ipsam „ protegendam: et si accidisset, „ se prae illa diem ultimum clau„ dere, eam ex asse istituturum „ haeredem, ut posset vitam degere „ ab omni necessitate liberam; cae„ terum se omni culpa carere, quia „ sponsam non male habebat, nec „ ab ea abhorrebat, ut ipsamet fa„ teretur. Verum nec acquiescen„ tibus illis, Deus amovit occasio„ nem jurgiorum, ad aeternam vi„ tam vocata sponsa, vix elapso „ anno conjugii.

„ Postmodum iniit matrimo„ nium secundum Pyrausta, eodem „ *proposito* virginitatis et castitatis, „ eisdem protestationibus; et in „ sponsam assumpsit pauperculam „ pariter, sed virtutibus excultam „ puellam; quam ipsemet ob ejus „ pauperiem educaverat, et in sacro „ puellarum ginaeceo servandam

Digitized by Google

„ tradiderat et aluerat usque ad „ aetatem nuptiarum, quam offe- „ rentibus parentibus desponsavit, „ cum qua eumdem vitae tenorem „ servavit, ut patuit ex testamento, „ quod gravi pressus infirmitate „ confecit; in eo ex conscientia „ declarans sponsam in sua virgi- „ nitate relinquere, eo quod ipsam „ duxit in sociam ad rei suae fa- „ miliaris custodiam, suique curam, „ cum male degeret solus, et ejus „ protectionem gereret, et suis fa- „ cultatibus ipse inserviret. At po- „ stquam ab infirmitate convaluit, „ cum novisseut parentes sponsae, „ vel ex testamento vel ex suspi- „ cione, non tamen ex sponsa, „ Pyraustam rem non habere cum „ illa, insurrexerunt contra illum, „ eadem cupidine haereditatis, ut „ fecerant priores, et per seme- „ tipsos ac per Confessarium Py- „ raustae comminati sunt pericu- „ lum conscientiae, eo quia non „ incumberet beneficio prolis, cum „ sua sponsa matrimonium exer- „ cendo, juxta sacramenti et ec- „ clesiae intentum; quae omnia „ Pyrausta tranquilla et immutabili „ mente audiebat absque scrupulo, „ sciens certo certius suam spon- „ sam tales non habere impulsus, „ et semet in conscientia securum. „ Et quidem secunda haec sponsa „ Pyraustam vocabat suum patrem, „ etiam ante nuptias, et jure pro „ patre habebat, quia ipsam amore „ Dei educaverat et aluerat. Ipse- „ que Pyrausta sicut filiam agno- „ scebat, itaut non semel equitando „ ante se in ulnis portaret ad „ quamdam matronam, quae eam „ ministeria foeminea edoceret, et „ adeo innocenter se habebat, ut „ saepius puerilibus visa sit ludis „ sese oblectari. Et hanc quoque „ sustulit Deus per menses octo „ ad sedandas turbas excitatas a „ Satana; et quia ad altiora vir- „ tutis et perfectionis culmina vel- „ let Pyraustam sustollere, uti de „ facto fecit; cum Pyrausta tan- „ dem saeculo vale dixerit ac di- „ stributis facultatibus pro Christo „ et pauperibus, religiosam vitam „ professus, prope centenarius diem „ clausit, plenus meritis et miran- „ dis operibus. Post mortem vero „ sponsarum, Pyrausta gloriabun- „ dus in Domino, dicere solebat „ de sponsis suis, se quasdam co- „ lumbas ad coelum educasse lacte „ candidiores, Deo gratias plurimas „ agendo. Cum autem a quibusdam „ viris religiosis interrogaretur su- „ per contentione parentum spon- „ sarum, respondit: a sponsis suis „ scire se non exisse tales querelas, „ neque parentibus ullam causam „ dedisse talium turbarum: inde „ laudibus efferendo sinceritatem „ et puritatem earum, parentum „ potius incusabat haereditatis ca- „ piendae cupiditatem.

Quaesitum ergo fuit = An Py- „ rausta in his male se gesserit? „ An potius heroicae virtutis actus „ patefecerit? =

Primo aspectu videtur uxorem ducere, et cum prima et deinde cum secunda sponsa convivere non esse medium aptum ad intactam servandam pudicitiam, sed quaerere proximum potius periculum a Spiritu Sancto damnatum, semper

Digitized by Google

enim periculosum fuit et praejudiciale viris etiam insignibus familiare commercium cum mulieribus ex ea ratione, quam affert *Magnus Basilius lib. de Ver. Virg.*
278 = ibi = *Gravis et vehemens virorum ergà foeminas urget concupiscentia, et masculinis corporibus est indità, ut non possit evelli, quae nisi vi quadam opprimatur, pudorem omnem paulatim excutit, ipsumque judicium et sanitatem mentis evertit* =; et in simili occasione continentiam servare, miraculum et quidem maximum esse
279 putat *D. Bernardus serm. 65. in Canticam* = ibi = *Cum foemina semper esse et non cognoscere foeminam, nonne plus est quam mortuum suscitare?* = Quam sancti viri sententiam Dom. meus Franciscus Maria Galiffa J. U. D. qui in Asculana civitate tum excellentis ac honestissimi causidici, tum jucundissimi poetae clarissimum sibi nomen comparavit, quemque ob alias etiam optimas ejus animi dotes singulari benevolentia semper sum prosecutus, ita canendo italicis carminibus comprobavit:

In mortal corpo esangue
Vivo e fumante il sangue
Tornerà pria, che un uom ancor pudico,
(Se d'una donna a lato
Incauto e senza senno ognor s' aggiri)
Tra gemiti e sospiri
Alfin conquiso e vinto
Di castità il candor non pianga estinto.

Pyrausta autem ab hujusmodi periculoso mulierum diurno et nocturno consortio nequaquam abhorrens, non pro una vice tantum, sed in transito ad secundas nuptias iterum se novis exposuit periculis laedendi castitatem, quam servare vehementer cupiebat, et quasi Deum tentando, periculo perditionis exposuit victoriam, quam in primo matrimonio reportaverat; — aut imprudens ergo fuit in eligendo media ad castitatem servandam minime adaptata, quia se exposuit ad familiariter et domestice convivendum et fere qualibet hora tractandum cum mulieribus in eadem domo commorantibus, cum quibus sponsalia contraxit —; aut valde et excessive de se ipso praesumpsisse dicendum in materia, circa quam tot homines etiam praeclarissimos fuisse praevaricatos non ignoramus.

Videtur praeterea matrimonium non fuisse verum neque validum tamquam initum cum proposito conservandae virginitatis, tum quia cum quodcumque conditionis genus, quod opponitur substantiae matrimonii, illius invalidet contractum, ipsumque reddat nullius roboris et valoris ad *Text. in Cap. fin. De condit. apposit.*, similesque conditiones illae sint, quae matrimonii bonis opponuntur, inter quas numerantur proles, fides et sacramentum; hinc sequitur quod propositum observandi perpetuam castitatem virginalem tamquam oppositum bono prolis et successionis, et consequenter substantiae matrimonii, illud nullum reddat et invalidum, ut ait Pontifex in *d. Cap.* 280
fin. = ibi = *Si conditiones contra substantiam conjugii inferantur, puta si alter dicat alteri: contraho tecum si generationem prolis evites etc. matrimonialis contractus,*

quantumcumque sit favorabilis, caret effectu =; tum quia ad essentiam matrimonii spectat mutua et reciproca traditio corporum contrahentium *D. Paul.* 1.
281 *ad Corinth. cap.* 7. *vers.* 4.
= ibi = *Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir; similiter vir potestatem non habet sui corporis sed mulier* = quae mutua corporis traditio implicite comprehendit et importat utriusque consensum ad copulam, ut docet *D. Thom.* 3. *par. quaest.* 26. *art.* 2. et deducitur ex *Can. Sufficiat* 27. *quaest.* 2. Si ergo propositum conservandae virginitatis fuit ab utroque contrahente elicitum, uti oppositum substantiae matrimonii, reddit illud invalidum; si vero elicitum fuit a solo Pyrausta, hujusmodi contractus fuit injustus et malitiosus, aut enim tradidit sponsae proprii corporis usum et dominium ficte et malitiose, et simulatus etiam et malitiosus reputatur contractus; aut hanc traditionem vere fecit atque sincere, et sponsa per illam acquisivit dominium ad usum sui viri, et quemadmodum si talis usus requisitus, et ei denegatus, haec denegatio fuisset injusta, ita propositum de se abstinendo ad servandam virginitatem in conjugio injustum reputatur.

His accedit, quod quodcumque sacramentum nullum redditur et
282 invalidum ex defectu materiae necessariae, unde cum sacramenti matrimonii materia sint corpora
283 contrahentium ad generationem proportionata, ob quem finem mutua ipsorum corporum traditio reputatur materia proxima sacramenti matrimonii, si propositum de perpetua virginitate servanda directe opponitur mutuae traditioni ipsorum corporum, et fini primario generationis, destruit materiam matrimonii, ideoque tale sacramentum ex defectu materiae necessariae non potest esse validum, sed nullitatis vitio laborat.

Verum his, aliisque objectionibus non obstantibus sapientissimi praedictarum Universitatum et Collegiorum Viri, et ornatissimi virtutum Sectatores ad propositum, ut supra, sibi dubium, re mature discussa, responderunt Pyraustam se bene gessisse, matrimonium fuisse verum et validum, illumque actus heroicae perfecisse virtutis.

Nunquam enim imprudenter matrimonium ab ipso contractum fuisse affirmarunt, licet in conjugali statu propriae servandae castitatis *propositum* habuerit, cum simul habuerit specialem instinctum seu impulsum a Spiritu Sancto, et correspondentem gratiam ad imitandum, ut exoptabat, *prodigiosa sponsalia Beatissimae Virginis Mariae et S. Joseph*, absque eo quod illius imprudentiae possit adscribi conjugium tamquam occasio laedendae propositae virginitatis. Non solum enim possibilis reputatur virginitas et perpetua castitas inter personas profitentes coelibatum, ve-
rum et inter plures in statu conju- 284
gali viventes, quemadmodum inter similes conjugatos virgineam castitatem servantes praecipue resplen-
dent S. Henricus 1. Imperator cum 285

Digitized by Google

S. Cunegunda; S. Caecilia cum S.
Valeriano; S. Julianus cum S. Ba-
silissa; S. Pulcheria Augusta et
Marcianus Imperator; S. Eduardus
Rex Angliae cum Editha ejus sponsa;
Boleslaus v. cognomento Pudicus
Rex Polonorum cum Cuneguuda;
Conradus Rex filius Henrici iv.
cum Mathilde; Alphonsus ii. Rex
Astnrum cnm Regina; Richardes
Regina cum Rege Carolo Crasso;
S. Pharaildes Neptis S. Amelbergae,
ac Pipini; S. Hethelreda Orienta-
lium Anglorum Regina, quae in
duplici pariter conjugio virginitatem
servavit. Hisce namque viris et mu-
lieribus cupientibns servare virgi-
nitatem Deo, qni pascitur inter
lilia, gratissimam, divina gratia
specialiter assistit.

Ad hanc veritatem coufirman-
dam referre juvat casum, quem
286 non multis ab hinc annis accidisse
nullatenus est haesitandum.—Prae-
287 nobilis D. Eques Joannes Antonius
Pucci Politianus arctissimis amici-
tiae vinculis mihi constrictus, ju-
venis in rhetorica, philosophia et
legali facultate apprime versatus,
et propter ingenii magnitndinem,
literarum studio, morum probita-
tem, et praeclara virtutum facinora
summam laudem adeptus, antequam
maximo cum animi mei moerore
in ipsius vitae flore e vivis imma-
tura morte fuisset ereptus, per
Epistolas *diei* 21. *Julii* 1743. *et* 31.
Augusti ejusdem anni mihi retulit,
et ab aliis deinde pariter accepi,
quod octo annorum spatio adole-
scens quidam Romanus, qui no-
mine Joannis Bordoni nuncupa-
batur, in exercitio famulatus suae
domus, et praesertim pro proprio et
particulari servitio Domini Equitis
Francisci Mariae ejus amantissimi
genitoris indesinenter permansit,
et quamvis omnia requisita ad il-
lum in suo officio optimum consti-
tuendum haberet, nihilominus quia
nimis amare foeminas, nimis illa-
rum consortium quaerere demon-
strabat, praefatus D. Eques Fran- 288
ciscus Maria vir summae integrita-
tis, mihi pariter summa benevolentia
conjunctus, qui famulos bonae vi-
tae, bonisque moribus imbutos apud
se semper habere desideravit, post
varias monitiones, sed semper inu-
tiles, tandem sub *die* 10. *Junii
circiter ejusdem anni* 1743. dum
esset Florentiae, illum hac de causa
tamqnam incorrigibilem a suo ejecit
servitio. Bordonus, quem antea D.
Eques Franciscus secum ad guber-
nium Ripaefractae duxerat, eo re-
versus est sub praetextu recupe-
randi nonnullas suas vestes ibidem
relictas, et inde transeundi Libur-
num, ut suum ibi famulatum alicui
ad sui substentationem locaret. At
hoc omnino falsum apparuit, cum
eo perventus *sub die* 13. *praedicti
mensis Junii* tempore noctis duas
puellas neptes cujusdam Parochi
Ripaefractae rapuit, qui, raptu de-
tecto, circa mediae noctis horam
quemdam sacerdotem suum amicum
una cum duobus satellitibus contra
fugitivos misit, quos prope Boni-
tium sunt assecuti, statimque alter
ex satellitibus (uti reus voluntarii
homicidii sine processu infami la-
queo suspendendus) maligno spiritu
ductus temere contra inermem Joan-
nem Bordoni sclopum explosit, et

Digitized by Google

illius coxam ita vulneravit, ut post quindecim dies in hospitali Senarum ex hac vita migraverit. Sed ante obitum Confessario, aliisque patefecit, quod ipse erat foemina nomine Joanna, quod amorem erga mulieres affectaverat, ut facilius proprium sexum occultare posset, quodque praedicta puellas rapuerat pietate mota, ad illas nempe liberandas a continuatis saevitiis Parochi, cujus erant neptes, quas proinde, iisdem assentientibus, secum Romam ducere statuerat, ut una cum illis, implorato auxilio Eminentissimi Urbis Vicarii, quoddam Conservatorium ingrederetur. Narravit praeterea, quod annos decimoquarto nata Romam propriam patriam deseruerat, quia virum quemdam, qui aliis exemplar bonorum operum esse debebat, illius virginitatem in sua paterna domo, ubi sola omni penitus auxilio destituta reperiebatur, eidem violenter auferre tentantem, pro suae honestatis et pudicitiae defensione acicula, quam in capite deferebat, in illius tempore infixa, lethali vulnere sauciavit, per quod luxuriosus aggressor tandem occubuit, ipsaque in ea tenera aetate, insalutatis suis genitoribus (qui tempore ejus mortis adhuc vivebant) quamvis neque peccasset proprium honorem defendendo *Navarr. in. Manual. cap.* 15. *num.* 4. *vers. Dixi supra*, neque esset pro homicidio punibilis *leg. Ut vim ff. de Jur., leg. Gracchus* 4. *Cod. Ad leg. Jul. de Adulter., Farinacc.* cum aliis plena manu de more cumulatis *quaest.* 125. *num.* 1. *et seqq.* et in praecisis terminis homicidii contra vim inferentem pro violanda castitate seu virginitate commissi idem *Farinacc. loc. cit. num.* 44. cum aliis ab eodem allegatis *Salmaticens. Theol. Moral. tract.* 25. *cap.* 1. *num.* 96. *et seqq.*, nihilominus hoc ignorans, ob justitiae timorem, a Statu Ecclesiastico clam aufugerat, semperque sub habitu virili suam virginitatem, pudicitiam, honestatemque servaverat. Et profecto post illius obitum in anatome ipsius cadaveris a medicis atque chirurgis non solum foemina reperta fuit, verum etiam virgo, cum claustrum virginitatis omnino intactum et illibatum haberet. Obiit in aetate annorum vigintiquinque constituta. Octo annorum spatio, quibus domi illustris familiae de Pucciis sub habitu virili permansit, ita proprium sexum occultare studuit, ut nullus ex eadem familia, quod esset foemina, nequidem suspicari potuerit. Ad effingendum magis sexum masculinum barbam seu verius lanuginem saepe sibi, et nonnunquam aliis etiam, et praecipue proprio Domino aliquando tondebat. Vocem quidem foemineam in virilem commutare non poterat, sed nihilominus vocem ipsius naturalem juveni viginti annorum, ut ex aspectu praeseferebat, convenire putabatur. Cum omnibus familiariter tractabat, et quod magis est cum famulis masculis juxta temporum et locorum contigentias saepe dormierat, quemadmodum mihi confirmavit etiam Cajetanus Meccoli tunc praedictae domus servitio ipse pariter addictus, et deinde meus famulus, qui comitans una

Digitized by Google

cum illa in itineribus D. Equitem Franciscum, cum ea nec semel, nec una sola nocte in eodem lecto cubavit. Hujusmodi casus est in Senarum civitate notorius. —

Si ergo puella florentis aetatis, vulgaris conditionis, nec omni virtutum genere ornata, eo quia ex improviso adorta suam pudicitiam armata manu intactam servaverat, tantum a Deo auxilium sperare potuit et obtinuit, ut ab anno decimoquarto usque ad vigesimumquintum suae aetatis in tot, tantisque periculis, et quotidie in occasione proxima constituta, nunquam firmissimum constantiae robur amiserit; cur Pyrausta in ducendis uxoribus cum proposito conservandae virginitatis, consuetis divinis auxiliis se tueri absque vitio praesumptionis vel imprudentiae sperare non poterat, *qui virginitatem et castitatem semper adeo coluit, ut nedum de mulieribus, sed de ipso quoque Diabolo sibi apparente in foeminea specie triumphaverit; de virtute in virtutem profecerit, et per heroicae virtutis specimina summam venerationem adeptus fuerit?*

Sed ut quaelibet suspicio praesumptionis et imprudentiae removeatur, reflectendum est quod ipse non emisit *votum*, sed *propositum* servandi cum conjugio virginalem castitatem, et quidem *non absolutum*, sed *conditionatum*, hoc est „*si possibile foret*„ ex qua conditione manifeste resultat quantam de se ipso diffidentiam haberet metuens atque formidans *absolutum* emittere *propositum*, sed facta tantum possibili suppositione de sibi a Deo gratia concedenda proportionata.

Fuit igitur absque dubio prudentissimum hujusmodi propositum conditionatum, utpote fundatum in gratia, qua mediante omnia possumus, ut inquit *Apostolus;* neque praejudiciale censetur rationi et juri, quod habere potuissent uxores, quia factum non fuit absque utriusque partis consensu. De consensu namque hujus venerab. Servi Dei patet ex diligentiis, quas adhibuit ad inveniendas sibi sponsas desiderium habentes observandi virginalem castitatem in statu matrimoniali non absolute, sed *si possibile foret*, quod patefecit et declaravit iisdem sponsabus, cum quibus conjugium inivit; quamobrem si ipsae certiores factae de illius proposito, cum ipso nihilominus matrimonium contrahere voluerunt, idem ejus propositum cum praedicta conditione *si possibile foret*, implicite approbasse censentur.

Nec tale propositum ita conditionatum praejudiciale dici potest vel essentiae, vel sacramento matrimonii *Paludanus in 4. dist.* 30. 289
quaest. 2., *Carthusianus in Vita Christi par.* 1. *cap.* 3., *Abulens. cap.* 30. *de num. quaest.* 32., *Gerson et Mars. cit. a Suarez tom.* 2. *in* 3. *par. disp.* 7. *sect.* 1. — tum quia fuit a Pyrausta emissum ad imitationem, in quantum ei possibile foret, sponsalium SS.mae Virginis Mariae et S. Joseph, de quibus *D. Augustin.* ait: = *Hoc enim exemplo magnifice insinuatur fidelibus conjugatis, etiam servata pari con-*

Digitized by Google

sensu continentia posse permanere, vocarique conjugium, non permixto corporis usu, sed custodito mentis affectu =; unde si non simplex *propositum*, sed *votum* observandi virginalem castitatem a SS.ᵐᵃ Virginum Virgine Deipara, antequam desponsaretur emissum sub ea conditione „ *Si Deo placeret* „ ut dicit *D. Thom.* pluribus in locis, et praesertim *in* 3. *part. quaest.* 24. *artic.* 4. *in corp.*, *et quaest.* 29. *art.* 2. *in corp.* non impedit valo-
290 rem et veracitatem sacramenti matrimonii, a fortiori neque *propositum* continentiae perpetuae, cum propositum minoris roboris sit quam votum, ideoque non erit impedimentum invalidans et annullans veracitatem sacramenti et contractus, sed utrumque matrimonium cum hoc conditionato proposito initum erit perfectissimum, cum in utroque contrahens imitatus fuerit matrimonium Sanctissimae Virginis Mariae et Sancti Joseph; — tum quia essentia matrimonii con-
291 sistit in unione animorum et in traslatione dominii utriusque corporis contrahentium, et in usu radicali, ut de communi docet *Basil. de Matrim. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 7., quod dominium transferri potest perpetuo impeditum quoad usum, ut fuse probant supracit. *Basil. et Vasquez* 3. *part. disp.* 125. *cap.* 7.: quapropter propositum factum de castitate servanda non obstat nec opponitur substantiae matrimonii, ut concludit *Vasquez loc. cit. cap.* 6.; — tum demum quia etiamsi praevalere deberet opinio eorum Theologorum et Canonistarum, et quidem gravissimorum, qui sustinent esse contra substantiam matrimonii tam conditionem, qua contrahentes ante matrimonium mutuae translationi dominii suorum corporum seu mutuae corporum potestati renuntiant, quam alteram conditionem, qua hujus potestatis actum et usum sibi interdicunt, adeout ad essentiam matrimonii requireretur voluntas formalis ad copulam, haec in ea conditione „ *si possibile foret* „ formalis voluntas ad copulam reperitur, quia Pyrausta per eamdem conditionem in carnalem copulam consensit, quatenus etiam ipse dumtaxat inconsultis sponsabus propositum hoc conditionatum emisisset; itaut si contracto deinde matrimonio fuisset consuetis divinis auxiliis destitutus, vel a conjugibus ad reddendum omnino debitum requisitus, vel in eo tentationes validissimae et insuperabiles emersissent, vel alia occurrissent impedimenta non vincibilia, sine peccato matrimonium consummare potuisset, neque ex hoc vituperandus esset, quasi se gessisset imprudenter in faciendo propositum, conditionate enim illud ediderat, unde potius commendari meretur ut prudens et providus, quia sagacissime praevidisset a quot et quantis poterat impedimentis urgeri, et ideo non absolute sed conditionate voluit suum efferre propositum, quae conditio includit: si Deus illa au- 292
xilia, quae aliis vicibus in conflictibus contra venerea large praestitit, nunc quoque praestabit; si gravissimae tentationes, quibus gratia par non esset, non pulsabunt:

Digitized by Google

si suae conjuges nec voce nec signo, vel aliquo moerore debitum petiturae non essent, sed virginitatem viri, et suam aequo animo toleraturae. Nec officit quod suum propositum plenissimum habuerit effectum, quia nunquam cum uxoribus copulam habuit, non enim repugnat substantiae matrimonii, matrimonio non uti, sed eo uti non posse, ut videre est apud *Schmalzgrueber ad tit. de condit. apposit.* § 5. *num.* 119. *et seq.*

Haec fuit celeberrima praedictarum Academiarum super hujusmodi articulo fere his, aliisque fulcita rationibus sententia; nec aliter sensit *Sac. Rit. Congregatio*, ut colligitur ex sequenti Pontificio Decreto Clementis papae xiii. in causa *Mexicana Beatificationis et Canonizationis* ejusdem Ven. Servi Dei *Fr. Sebastiani ab Apparitio* Laici Professi Ordinis Minorum de Observantia S. Francisci, videlicet

„ Signata primum ante generalia Decreta, et opportune deinde „ reassumpta fuit a Praedecessore „ Nostro Urbano viii. Causa Mexicana Vener. Servi Dei Fr. Sebastiani ab Apparitio Laici Professi „ Ordinis Minorum S. Francisci „ de Observantia, qui a coelesti „ Patrefamilias in recens plantata „ Americana Evangelica vinea jam „ septuagenarius veluti hora nona, „ aut undecima, uberiori divina „ gratia vocatus, non exiguas proprio labore ac industria collectas opes in sinum pauperum „ effudit omnes, et a se penitus „ abdicavit: ipseque nudus arctiorem Franciscanae Regulae observantiam ita sequutus est, ut in „ magis abjecti ac laboriosis Regularis vitae exercitiis, majori „ semper gratia et spiritus fervore „ quasi aquila renovans juventutem „ in mirabili poenitentia, ac simplicitate cordis, in oratione, ac „ fide, quae per charitatem operatur, ut gigas cucurrerit perfectionis viam usque ad ultimum „ senium annorum nonaginta octo; „ quo, etsi tempore ac munere „ novissimus operarius, parem tamen ab eo mercedem in die aevi „ meruit accipere, qui infirma „ mundi eligit, ut confundat fortia „ et contemptibilia, ut confundat „ sapientes, et dat omnibus affluenter, ut in quavis nimirum aetate, „ loco et conditione, nova semper „ et illustria in catholica ecclesia „ suppetant ad imitandum exempla.

„ Saepius deinde instaurato „ examine, et ad rigidam trutinam „ (ut in re tanti momenti cautius „ procederetur) expensa virtutum „ heroicitate, tum scilicet in binis „ Congregationibus antepraeparatoriis habitis diebus 21. Februarii „ 1702., et prima Julii 1732., tum „ in totidem praeparatoriis sub respectivis diebus 11. Martii 1738., „ ac 3. Junii 1760., coacta denique „ coram Nobis est Generalis Congregatio die 12. Aprilis currentis „ anni, in qua etsi plane concordia super proposito dubio tum „ Reverendiss. Cardinalium, tum „ reliquorum omnium Suffragantium vota pro affirmativa resolutione libenti animo audivimus „ nihilo tamen secius deliberationem Nostram in tam arduo

„ negocio de more distulimus, ut „ Nostris interim, aliorumque precibus Spiritum Sapientiae et Intellectus imploraremus a Patre „ luminum, de cujus vultu judicia „ prodeunt et justitia videt aequitatem.

„ Hac itaque S. Athanasio die „ sacra, postquam incruentum Omnipotenti Deo Sacrificium obtulimus, accitis coram Nobis Reverendiss. S. R. E. Cardinalibus „ Albani Episcopo Sabinensi Causae „ Relatore, et Chisio Sac. Rit. „ Congregatione Praefecto, necnon „ Carolo Alexio Pisani Fidei Promotore et infrascripto Secretario, „ Divino iterum iterumque implorato praesidio, declaravimus atque decrevimus = *Constare de* „ *Ven.* S. D. Fr. Sebastiani ab Apparitio *Laici Professi Ordinis* „ *Minorum S. Francisci de Observantia Virtutibus Theologalibus,* „ *Fide, Spe et Charitate erga* „ *Deum et proximum, atque Cardinalibus Prudentia, Justitia,* „ *Fortitudine, ac Temperantia,* „ *earumque adnexis in gradu heroico, in casu, et ad effectum* „ *de quo agitur.*

„ Et hujusmodi Decretum in „ acta Sacr. Rit. Congregationis „ referri et publicari mandavimus „ hac ipsa die secunda Maii 1768. „ Pontificatus Nostri Anno Decimo.

Fl. Card. Chisius Praefectus.

V. Macedonius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Loco ✠ Sigilli.

Undecima causa pro obtinenda dispensatione super matrimonio tantum *rato* est lepra alteri ex conjugibus post matrimonium ratum 293
superveniens. Cum enim matrimonium ad mutuum corporis usum pro sobole procreanda et ardore libidinis extinguendo sit ordinatum, matrimonii finis obtineri non posset si ob magnum contagionis periculum a lepra hic usus impediretur, ob quam Martinum v. dispensasse testatur *Borgasius de Irreg. par. 6. tit. de Sponsal. num.* 74.

Ex eadem ratione *Duodecima* causa est coeundi impotentia superveniens ante matrimonii consum- 294
mationem, quia pariter cessat matrimonii finis *Henriquez in Summ. lib.* 11. *de Matrim. cap.* 16. *num.* 7., quam impotentiam praebentem causam dissolutioni matrimonii tantummodo *rati Alciat. respons.* 21. *num.* 16., et *Menoch. de praesumpt. lib.* 2. *praesumpt.* 10. *num.* 44., sterilitatem vocasse censetur, nam praeter impotentiam, aliam sterilitatem dari non posse, quae ante consummationem cognosci valeat, opinatur *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 16. *num.* 6. *vers. Hinc infertur*, quae impotentia ex parte viri oriri potest, si ei ante consummationem aliquis morbus superveniat, ob quem vel arte vel vi ejusdem morbi virilitate orbatus remaneat.

Si tamen impotentia sit perpetua sive naturalis, sive accidentalis, sive absoluta, sive respectiva, quae matrimonii contractum praecesserit, neque de illa dubitari possit, quia fuerit concludenter pro-

bata, opus non erit dispensatione, quia tunc matrimonium est nullum, ex jam per me deductis *in superiori Cap.* 13. At si non praecesserit matrimonium, sed eo contracto supervenerit ante consummationem, quia matrimonium *valide* contractum fuit, cum impedimentum impotentiae tempore contracti matrimonii non adesset, matrimonium, licet tantummodo *ratum*, subsistit et tunc nonnisi ex Apostolica dispensatione dissolvi potest.

Verumtamen etiam in casu, quo impotentiam matrimonium praecessisse dubitetur, ad quam verificandam opus sit concludentibus probationibus, aliquando peti et obtineri potest super matrimonio dumtaxat rato dispensatio Apostolica ad obtruncandas lites, rixas, odia gravissima et scandala, nisi conjuges separentur et matrimonium dissolvatur, quam Summi Pontifices, modo matrimonium non fuerit consummatum, concedere solent, quemadmodum tempore CLEMENTIS VIII. concessa fuit in causa dissolutionis matrimonii inter Sigismundum Transilvaniae Principem et Mariam Austriae, in qua, ut refert *Cardinalis D'Ossat in Epist.* 180. *par.* 1., omisso trienuali experimento super principis impotentia, quia ipse induci minime potuit ad cohabitandum cum sponsa per triennium, omissaque recognitione per matronas et obstetrices facienda, quia principissa hanc visitationem pati noluit, sed probata solum non consummatione, mediante jurata utriusque conjugis confessione coram Card. Battorio emissa et aliorum utriusque partis testium fide deponentium se tuto credere matrimonium nunqnam fuisse consummatum, idem matrimonium, uti tantummodo *ratum* ad evitandas perniciosas consequentias, dissolutum fuit.

Praeterea, cum propter perpetuum impedimentum arctitudinis mulieris matrimonium ab ea contractum nullum fuerit declaratum et eadem separata a viro, qui aliam duxit uxorem, ipsamet mulier, quae ante arcta reputata fuerat, ab alio viro postmodum deflorata remanserit, ad amputandam omnem controversiam exortam super restauratione matrimonii, cum deflorator paratus esset desponsare defloratam, in sequelam resolutionis *Sac. Congregationis Concilii* in hac causa, nempe in *Oriolen.* 16. *Maii* 1711., Summus Pontifex CLEMENS XI. dispensavit super dicto primo matrimonio tantummodo rato et cum primo viro non consummato; itemque in sequelam resolutionis ejusdem *Sac. Congregationis Concilii in Januen. Dispensationis* 20. *Maii* 1719. idem Summus Pontifex dispensavit super matrimonio dumtaxat rato, propter allegatam viri impotentiam, inter Annam Mariam Pallaviciuam et Joannem Jacobum Imperiali.

Quando enim matrimonium dumtaxat *ratum* dissolvitur *ex gratia*, hoc est ex dispensatione Summi Pontificis, etiamsi pro causa allegetur quoque impotentia, non est omnino semper necessarium ipsius impotentiae rigorosum examen, sed sufficit, quod si matrimo-

Digitized by Google

nium non dissolvatur, futura scandala vel certa, vel jam orta, vel probabiliter oritura timeantur, quibus hoc temperamento occurrere oporteat, dummodo tamen constet de non consummatione, veluti si, contracto matrimonio, nunquam contrahentes inter se convenerint, aut si convenerint et sint fide digni, concorditer jurent se tentasse sed non potuisse obtinere consummationem, quorum juramento, ut in dicto casu Principis Transilvaniae, fides aliorum testium se credere veritatem contrahentes jurasse deponentium accedat.

Cum vero matrimonium declarandum est nullum, nulliterque contractum *ex justitia* propter impotentiam, ad detegendam ejusdem impotentiae veritatem, omnino sunt adhibendae cautelae desuper enunciatae in *praecit. Cap.* 13., et praesertim visitatio mulieris per obstetrices facienda, quibus non est deferendum, si plures patiantur exceptiones, aut recognitionem fecerint absque balneo contra cautelam *Hostiens. in Cap. Causam Matrimonii num.* 4. *de Probat.*, quam secuti sunt etiam *Abb. in Cap. Fraternitatis num.* 4. *de frigid. et malefic.*, *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disput.* 113. *num.* 11. = ibi = *Hinc deducitur sanum consilium esse, ut judex districte praecipiat matronis, ut antequam foeminam inspiciant, utque de ejus virginitate deponant, faciant, ipsis praesentibus, in balneo aquae competenter calidae lavari et tanto tempore moram in eo trahere, quantum necessarium fuerit, ut si forte, glutino apposito, verenda mulieris compressa sint, atque coarctata, ut virgo appareat, id liquidum fieri possit* =, et hanc eamdem cautelam approbant *Panimoll. in annot.* 1. *ad decis.* 51. *num.* 8., *Rot. decis.* 392. *sub num.* 16. *par.* 4. *tom.* 2. *recen. et decis.* 10. *et* 11. *post Card. de Luc. ad materiam matrimonii tom.* 2., nec omittendum est triennale experimentum, si impotentiae signa sint dubia, secus si signa impotentiam evidenter concludant, aut sint verisimiliter evidentia, ut colligitur ex *Text. in Cap. Laudabilem* 5. *De frigid. et malefic.*, et juxta resolutionem *Sac. Congregationis Concilii in Januen. Matrimonii* 13. *Martii et* 8. *Maii* 1706. in Signatura Sanctissimi confirmatam *sub die* 9. *Aprilis* 1707. Et si post matrimonii dissolutionem conjux, qui re putabatur impotens, potens detegatur, adhuc matrimonium non reintegratur, si impotentia fuerit respectiva naturalis non quoad speciem, sed quoad individuum, ut probat *Text. in d. Cap. Fraternitatis* 6., ibique *gloss. in verb. Similiter de frigid. et malefic.*, aut respectiva perpetua ex maleficio, non quoad speciem pariter, sed quoad individuum, ut habetur ex *Text. in Can. Si per sortiarias* 4. *caus.* 33. *quaest.* 1.; sed de hac impotentia satis dixi in superiori *Cap.* 13.

Tertiadecima causa dissolutionis matrimonii rati et non consummati est, quando alter ex conjugatis affirmat se non habuisse animum contrahendi, nec induci possit ad verum exhibendum consensum *Felin. cons.* 26. *vers. Praeterea dato* 295

Menoch. cons. 385. *num.* 7. *lib.* 4., *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 16. *num.* 7.

Quartadecima tandem causa
est si ob commune bonum, post
296 matrimonium ratum, vir ad Episcopatum promoveatur *Sanch. loc. cit. num.* 8.

Pro hac obtinenda dispensatione
super matrimonio tantummodo *rato*,
praeter causas jam adductas, aliae
quoque juxta temporum, locorum
et personarum qualitatem et circumstantias
dari possunt, quas omnes
referre difficile est, cum potius
juxta casuum contingentias sese
prodere valeant. Hoc unum adden-
297 dum superest, quod pro obtinenda
dispensatione post matrimonium
dumtaxat *ratum*, levis causa sufficit,
si adversus conjugem illam
petentem alter conjux nihil opponat,
justa *Votum Card. Lancellotti*
impressum apud *Ursaya tom.* 3. *par.*
2. *discept.* 21. *num.* 75., quia con-
298 sentire videtur; consensum autem
utriusque conjugis, subministrare
299 per seipsum sufficientem dispensationis
causam existimant *Hostiens.
in Cap. Ex publico* 7. *De convers.
Conjugat.*, *Fagnan. in Cap. Ex
parte num.* 26. *eod. tit.*, *Soccin.
Sen. cons.* 28. *num.* 6. *lib.* 1., *Ursaya
tom.* 2. *par.* 1. *discept.* 2.
num. 24., *Rot. decis.* 86. *num.* 2.
post *Volum.* 2. *Cons. Farinacc.*

Circa hujusmodi dispensationes
super matrimonio tantum *rato* inter
alias allegavi supra *num.* 8. exemplum
matrimonii dissoluti per dispensationem
Urbani viii., expeditis
ab eo literis in forma Brevis, iisque
directis Archiepiscopo Neapolitano,
ad quod probandum, earumdem Literarum
Apostolicarum tenorem hic
transcribo:

„ Vener. Fratri Episcopo Neapolitano.

Intus vero 300

„ Urbanus Papa viii.

„ Venerabilis Frater salutem et
„ Apostolicam benedictionem.

„ Exponi nobis nuper fecerunt
„ dilecti filii Princeps et Principissa
„ de Concha Neapolitani, quod pro
„ conservatione illorum statuum et
„ familiae cupiunt Joannam illorum
„ filiam unigenitam cum aliquo
„ viro ex dicta familia matrimo-
„ nialiter copulare; verum quia
„ dicta Joanna, tunc in decimo-
„ tertio aetatis suae anno constitu-
„ ta, matrimonium cum dilecto
„ filio Michaele Blancho per pro-
„ curatorem per verba de rato con-
„ traxit, et quod ratione hujusmodi
„ matrimonii graves lites et inimi-
„ citiae ortae jam sint et majores
„ fuissent, nisi auctoritate et pro-
„ videntia dilecti filii nobilis viri
„ comitis de Monterey proregis
„ Neapolitani provisum fuisset.
„ Nos etc. fraternitati tuae com-
„ mittimus et mandamus, quod
„ matrimonium hujusmodi sic fa-
„ ctum et non consummatum,
„ stante etiam consensu partium,
„ nullum et invalidum (ad effe-
„ ctum ut dictus Michael cum
„ alia muliere, Joanna vero prae-
„ dicta cum alio viro de dicta fa-
„ milia, praecedente tamen dispen-
„ satione Apostolica super consan-
„ guinitatis, seu affinitatis gradus,
„ quatenus opus sit, libere et licite
„ contrahere valeant) Apostolica

Digitized by Google

„ auctoritate declares. Non obstan-
„ tibus praemissis, ac quibuscum-
„ que constitutionibus Apostoli-
„ cis etc. Dat. etc.

Non omisi in praecedenti *Cap.* 7. ostendere, quod matrimonium inter conjuges in infidelitate contractum, dissolvitur quoad vinculum, si alter ad fidem convertatur
301 et alter in infidelitate permaneat, neque cum conjuge ad fidem converso cohabitare velit, vel si hanc cohabitationem cum contumelia Creatoris, se velle continuare declaret, ut colligitur ex *Apost. in* 1. *ad Corinth. cap.* 7., et docet *D. Augustin. lib.* 2. *de Adulterinis Conjugiis, Card. Bellarmin. de Sacram. Matrim. lib.* 1. *cap.* 12. *contr.* 14. *operum tom.* 3. *Venetae edition. anni* 1721. *pag.* 642.

Ut tamen conjux ad fidem conversus ad secunda vota libere transire valeat, conjugem infidelem interpellare tenetur, an velit con-
302 verti et cohabitare sine contumelia Creatoris *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 74. *num.* 12., *Salmaticens. tract.* 9. *de Matrim. cap.* 4. *num.* 48., *Card. de Laurea de Matrim. disput.* 16. *num.* 198. *et* 202, *Clericat. in dec. de Sacram. Matrim. dec.* 11. *num.* 24. ubi dat formam hujus interpellationis.

Neque hujusmodi interpellatio omitti potest, licet ad fidem conversa fuerit uxor, cui vir judaeus multis annis ante illius conversio-
303 nem repudii libellum transmiserit, unde juxta ea, quae habentur in *Deuteronom. cap.* 24. libertatem alium ducendi virum acquisierit. Etenim cum D. N. J. C. apud *Matt. cap.* 19. *vers.* 4. *et seqq.* et apud *Marc. cap.* 10. *vers.* 2. *et seqq.* dixit, quod Moyses ad duritiam cordis repudium permisit, sed ab initio non fuit sic concludendo, *quod ergo Deus conjunxit homo non separet*, ipsis quoque judaeis permissionem repudiandi uxores abstulit et matrimonium ad suum primaevum statum indissolubilita-
tis reduxit, non nova edita lege, 304
sed ablata dispensatione quoad dictam indissolubilitatem antea concessa *Medin. de Continent. controv.* 1. *cap.* 10., *Card. Bellarmin. tom.* 2. *controv. de Matrim. cap.* 15. *et seqq.*, *Cornel. a Lapid. in Deuteronom. cap.* 24., *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 1. *num.* 7. *et seqq.*, *Less. in* 3. *par. D. Thom. de Sacram. Matrim. cap.* 5. *num.* 92. *dub.* 3., *Pontius de Matrim. lib.* 7. *cap.* 50., *Clericat. dec.* 9. *de Matrim. num.* 46., *Pignatell. consult.* 93. *num.* 23. *tom.* 8.

Et quamvis hebraei cum scientia et tolerantia ecclesiasticorum superiorum etiam hodie repudii
praxim retineant, nonnullis adhi- 305
bitis solemnitatibus de quibus *Marquard. de Judaeis par.* 2. *cap.* 8. *num.* 4., *Tondut. quaest. benefic. cap.* 48. *num.* 21. *et* 22, *Laurent. decis. Avenionen.* 57., *Bertrand. cons.* 119. *lib.* 2. *et cons.* 132. *lib.* 6. *et cons.* 124. *lib.* 7. haec tamen praxis, quidquid sit quoad ipsos judaeos in sua pertinacia permanentes, nihil operatur, nullaque ratio de ea est habenda, cum agitur de viro repudiante, seu de
uxore repudiata, ad fidem conver- 306
sis ad *Text.* Innoc. III. *in Cap. Gaudemus* 8. § *Qui autem De divortiis* = ibi = *Qui autem secun-*

Digitized by Google

dum ritum suum legitimam repudiavit uxorem, cum tale repudium veritas in Evangelio reprobaverit, nunquam, ea vivente, licite poterit aliam, etiam ad Fidem Christi conversus, habere, nisi post conversionem ipsius illa renuat cohabitare cum ipso, aut etiam si consentiat, non tamen absque contumelia Creatoris, vel ut eam pertrahat ad mortale peccatum =

Concurrentibus tamen gravi-
307 bus circumstantiis hanc interpellationem omitti posse tenent *Sanch. de Matrim. lib. 7. disput. 74. num. 14. et 15.*, itaque in curia Archiepiscopali Neapolis decisum fuisse testantur *Genuens. in prax. cap. 27. num. 20.*, *Ric. in prax. par. 1. resolut. 241.* et hanc opinionem uti probabilem admittit *Dian. in Oper. Coord. tom. 2. tract. 6. resolut. 124.*, *Comitol. lib. 1. quaest. 124.*, *Clericat. de Sacram. Matrim. dec. 11. num. 29.*

Alii vero opinantur, quod concurrentibus circumstantiis, si graves fuerint, conjux fidelis recurrere
308 debeat ad Summum Pontificem, pro obtinenda dispensatione, ut omissa interpellatione, alias nuptias contrahere valeat *Pontius de Matrim. lib. 7. cap. 48. num. 22*, *Nicol. Lucrubat. Civil. lib. 1. tit. 10. de nuptiis num. 43.* ubi refert ita decisum fuisse a *Sacr. Congregat. Concilii* et faciunt Literae Apostolicae Gregorii XIII. apud *Pignatell. cons. 93. circ. fin. tom. 8.*, in quibus Ordinariis, Parochis et Missionariis, Jesuitis in Angola, Æthiopia et Brasilia degentibus facultatem concessit *dispensandi* super dicta interpellatione, ut ea omissa conjux fidelis aliud contrahere valeat matrimonium, quatenus summarie et extrajudicialiter sibi constet conjugem infidelem abesse et legitime moneri non posse.

Quam opinionem amplexa est *Sac. Congregatio Concilii* etiam *in Florentina*, in qua cum Ordinarius exposuisset, quod Anna Maria Theresia Medjcea Judaicam perfidiam 309
abjuraverat et *die* 29. *Octobris* 1721. una cum quatuor filiis S. Baptismum receperat; ejus maritus, a quo *de anno* 1710. ei missus fuerat repudii libellus aberat et ignorabatur ubi versaretur; ipsa promptam haberet occasionem nubendi Antonio Cecchi militi christiano; periculum esset in mora; undecim anni jam effluxissent postquam vir judaeus illam repudiaverat; qui nunquam de uxore et filiis requisierat; repudii libellus conceptus fuisset verbis adeo injuriosis, ut nulla spes haberi posset de ipsius reditu ad uxorem, nec ullus nuncius unquam habitus fuisset de ejus vita, aut morte, et loco ubi moraretur, quibus concurrentibus de jure necessaria non videbatur interpellatio, attamen propositis dubiis

I. An de jure necessaria sit interpellatio in casu etc. et quatenus affirmative —

II. An, stantibus circumstantiis, indulgenda sit dispensatio ab interpellatione in casu etc. —

Eadem *Sac. Congregatio sub die* 17. *Januarii* 1722. = Respondit =

Ad utrumque Affirmative.

Cum autem similibus gravibus circumstantiis deficientibus, haec

Digitized by Google

Pontificia dispensatio super omissione praedictae interpellationis non sit concedenda, sed eadem interpellatio omnino fieri debeat, idcirco antiquiores Canonistae teneut, quod matrimonii vinculum dissolvatur, vel statim ac infidelis interpellatus expresse negat se velle legitime cohabitare, vel statim ac habita eadem interpellatione silet, et intra terminum auctoritate Ecclesiae illi
310 praefixum uon declarat se velle cohabitare sine contumelia Creatoris, inter quos *Abb.*, *Hostiens.*, *Praeposit.*, *Innocent.*, *Jo. Andr.*, *Butr.*, *Ancharan.* innixi dispositioni *Can. Si infidelis* 2. *Caus.* 28. *quaest.* 2. = ibi = *Contumelia quippe Creatoris solvit jus matrimonii circa eum qui relinquitur* =

His tamen duabus sententiis contraria est tertia, quam una cum illis exponit *Gloss. in d. Cap. Gaudemus* 8. *verb. Compelletur De divort.*, easque expendit, *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 75. *per tot.* videlicet, quod matrimonium tunc tantummodo dissolvatur quoad vinculum, cum conjux ad fidem conversus post interpellationem et contumaciam infidelis aliud con-
311 trahit matrimonium ad normam *Text. in d. Cap. Gaudemus de Divort.* = ibi = *Quod si conversum ad fidem et illa conversa sequatur, antequam propter causas praedictas legitimam ille ducat uxorem, eam recipere compelletur* =; et hanc seuteutiam tuentur *D. Thom. in* 4. *sent. dist.* 39. *quaest.* 1. *artic.* 5. *in resp. ad* 2., *D. Raymundus lib.* 4. *Summ. pag.* 549., *Card. Turrecremat. in Can. Simili modo in secunda quaestione* 28. *quaest.* 1., *Sylvest. in Summ. verb. Matrimonium* 8. *num.* 10. *quaest.* 10., ubi dicit *quod per secundum matrimonium non solvitur primum, unde quod si antequam contrahatur secundum matrimonium, infidelis convertatur, reliquus tenetur illum recipere et hoc est, quia stat vinculum.*

Ex recentioribus Theologis *Sanchez de Matrim. lib.* 7. *disp.* 75. *per tot.*, *Pont. de Matrim. lib.* 7. *cap.* 48. *num.* 17., *Perez de Matrim. disp.* 36. *sect.* 7. *num.* 4., 312
Leand. Oper. Moral. tom. 2. *tract.* 9. *de Matrim. disp.* 12. *quaest.* 16., *Card. de Laurea de Matrim. disput.* 16. *num.* 183. *et seq.*, *Clericat. de Sacram. Matrim. decis.* 11. *num.* 19., *Rosignol. de Matrim. par.* 1. *tom.* 6. *praenot.* 14. *contract.* 15. *num.* 8. § *Alii asserunt*, *Salmaticens. in Curs. Moral. tom.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. cap.* 4. *dub.* 2. *punct.* 2. *num.* 51. *pag. Mihi* 128 = ibi = *Si antequam uxor fidelis ad alias nuptias perveniat, vir ab infidelitate ad fidem convertatur, poterit habitare cum eo, nec poterit alium ducere, etiamsi admonitus fuerit et renuerit con-* 313
verti, fas tamen erit ipsi ab eo quoad torum recedere ob infidelitatem, a qua admonitus noluit converti =

Et ex recentioribus Canonistis *Navarr. cons.* 3. *lib.* 3. *de convers. Infidel.*, ubi *num.* 9. ait hanc opi- 314
nionem esse veriorem et Religioni Christianae convenentiorem *De Just. de dispens. Matrim. lib.* 2. *cap.* 15. *num.* 36., *Reiffenstuel in Jus. Can. lib.* 3. *Decretal. tit.* 23. *num.* 4., *Engel. ad tit. Decretal. de Convers.*

Digitized by Google

Infidel. num. 2., *Pirhing. ad tit. Decretal. de Divort. lib.* 4. *tit.* 19. § 6. *num.* 35. *vers. Notandum* 3., *Schmalzgrueber ad eumdem tit. Decret. de Divort. num.* 35. cum pluribus apud eos concordantibus.

Eamdemque tenendam esse
315 comprobat resolutio *Sac. Congregationis Concil. in Florentina* 1. *Julii* 1679. *lib.* 30. *Decret. pag.* 352. *a tergo*, in qua cum quaesitum fuisset, an judaeus ad Fidem conversus cohabitare deberet cum uxore, quae ante illum judaicam perfidiam abjuraverat, licet ipse post conversionem ejusdem uxoris, adhuc in infidelitate persistens, aliam uxorem duxisset, quae una simul cum eo deinde Catholicam Fidem fuerat amplexa, post maturam hujus dubii discussionem dictum fuit hunc judaeum ad Fidem conversum teneri cohabitare cum prima uxore et secundam deserere, quia prima post dictam interpellationem illi factam alias nuptias non contraxerat, ideoque matrimonium cum eodem judaeo in infidelitate contractam per solam interpellationem uxoris conversae, ac judaei contumaciam non remanserat dissolutum. Quaesitum, seu dubium, una cum subsequenti resolutione *loc. cit.* ita conceptum apparet = *Vicarius Generalis Eminentissimi Domini Card. Archiepiscopi super infrascripta facti specie Sacrae Congregationis oraculum exquirit. Pluribus ab hinc annis Stella Enriquez mulier hebraea et uxor Isaach Pinto, divina afflante gratia, Catholicam Fidem amplexa est et Mariae Rosae nomen accepit, viro in judaica perfidia relicto. Quo juridice praemonito, an vellet et ipse christianus fieri et uxorem conversam sequi, terminoque assignato ad deliberandum elapso, declaratum fuit a judice ecclesiastico, praefati matrimonii vinculum esse omnino dissolvendum, itaut liceret praefata mulieri conversae ad secunda vota transire; ipsa nihilominus sperans fore aliquando ut et ipse vir converteretur, semper mansit innupta. E converso vir infidelis in matrimonium duxit Esther neptem ex sorore, una cum qua novissime Baptismi gratiam suscepit, Ferrantis Mariae nomen assecutus. Quia vero Maria Rosa prima uxor instabat suum sibi virum restitui, a secunda uxore statim post Baptismum separatus est, quae in Conservatorio honestarum mulierum degit, donec vel viro restituatur, vel alteri nubat. In re autem tanti ponderis, ut rectius ac tutius procedatur, meum esse existimavi EE. VV. certiores reddere, humillime insuper istius Sacri Senatus oraculum expetendo pro decisione — an dictus Ferrantes Maria debeat ad primam uxorem redire, an vero cum secunda perseverare?* = Quibus mature perpensis = *Die etc. Sacra etc. censuit referendum Sanctissimo votum* 316
Sacrae Congregationis, scilicet debere Ferrantem redire ad primam = Iterumque proposita causa *sub die* 13. *Aprilis* 1680., ut in *lib.* 31. *Decretor pag.* 88. *a tergo*, eadem *Sacra Congregatio* stetit in decisis, ut apparet ex ejus sequenti Decreto = *Sub. die* 1. *Julii* 1679. *cum disputatum fuisset de dubio infrascripto, EE. PP. mihi injun-*

xerunt ut Sanctissimo referrem vota Sacrae Congregationis, scilicet Ferrantem teneri redire ad primam uxorem; quo facto Sanctitas Sua, ob gravitatem materiae voluit eam amplius examinari. Verum quotquot Theologi consulti sunt, sententiam Sacrae Congregationis veram renunciarunt; Canonista dumtaxat contrariae sententiae scripto adhaeret, quamobrem revocato ad trutinam articulo ac posita facti specie descripta in folio praecitato — quaeritur an Ferrantes debeat ad primam uxorem redire, an vero cum secunda perseverare? —
317 *Die etc. Sacra etc. stetit in decisis, scilicet teneri redire ad primam* =

Sed si prima ad illum redire recusasset cogi non poterat, licet enim matrimonium consisteret, nec ei fas esset alias inire nuptias, adhuc a viro separari poterat quoad torum ob adulterium quod ille
318 commisit, cum in infidelitate in contemptum legitimi matrimonii prius cum hac uxore contracti, aliud post illius conversionem inivit *Can. Non maechaberis* 15. *et seqq. caus.* 32. *quaest.* 5.

Supra relata autem *Sacrae Congregationis* resolutio ex eo tantum emanavit, quia vinculum matrimonii non fuerat dissolutum post terminum conjugi infideli, ut supra, assignatum ejusque contumaciam,
319 quia conjux fidelis deinde alias nuptias non contraxerat, non vero quia infidelis neptem ex sorore desponsaverat, nam infideles Sacrorum Canonum sanctionibus non ligantur
320 et proinde eorum conjugia in infidelitate in secundo, aut tertio, vel ulteriori gradu contracta, si convertantur ad fidem, post receptum 321
Baptismum non dissolvuntur ad *Text. in Cap. Gaudemus de divort.* — praesertim cum agitur de judaeis, quia juxta legem *Levitici* eorumque praxim, judaeus ducere potest in uxorem filiam sui fratris vel 322
sororis, ut probat *Joan. Selden. de Jur. nat. et gent. lib.* 5. *cap.* 11. *pag.* 631., *Sessa de Judaeis cap.* 33. *num.* 12. = ibi = *Quare Judaeus ducere potest in uxorem neptem suam fratris aut sororis filiam* =; et quidem id resultat ex *Levitic. cap.* 18. *vers.* 12. ubi Moyses exprimit omnes gradus, ibique prohibentur nuptiae cum amita 323
= ibi = *Turpitudinem sororis patris tui non discooperies, quia caro est patris tui* =, sed nuptiae cum filia sororis aut fratris non nominantur, ideoque sub eadem prohibitione non cadunt, ut ibi argumentantur *Cajetan. et Cornel. a Lapid. pag.* 704. *et in lib. Judic. cap.* 1. *vers.* 13. fit mentio de co- 324
njugio inter Othonielem et Axam filiam fratris ejusdem Othonielis = ibi = *Cumque caepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiam suam conjugem* =.

Quapropter nisi judaeus matrimonium contraxisset cum prima uxore, post matrimonium ad fidem conversa, aut eadem prima uxor post suam conversionem, facta interpellatione et judaeo contumace existente, ad alias nuptias convolasset, idem judaeus cum praedicta sua nepte, licet in secundo consanguinitatis gradu sibi conjuncta, tamquam legitima ipsius uxore cohabitationem conjugalem

usque ad mortem continuare coa-
ctus fuisset.

Hoc praemittendum duxi, ut
concluso, quod si conjux fidelis post
terminum conjugem infideli, ut su-
pra, praefixum, eoque contumace
existente, ad alias nuptias non
transierit, matrimonii vinculum
non dissolvatur, sed ad illum ad
fidem pariter conversum *de jure*
redire debet, descendere deinde
possem ad examen alterius quae-
stionis *ad hoc Cap.* 16. spectantis,
videlicet — an renuente conjuge
converso redire ad alterum pariter
conversum et petente Pontificiam
dispensationem pro dissolutione
ejusdem matrimonii, Summus Pon-
325 tifex de plenitudine apostolicae
suae potestatis super hoc dispen-
sare valeat? — Id negant *Pontius de*
Matrim. lib. 9. *cap.* 2., *Perez de*
Matrim. disp. 20. *sect.* 10. *per tot.*;
sed quod possit Papa dissolvere non
solum inter fideles matrimonium
simpliciter ratum, sed etiam ma-
trimonium a conjugibus infidelibus
ad fidem conversis ante baptismum
et in infidelitate consummatum,
latissime ostendunt *Navarr. cons.*
3. *lib.* 3. *de convers. infidel. a num.*
12. *edit. Lugdunensis anni* 1594.,
Sanch. de Matrim. lib. 2. *disput.*
17., *Layman. Theol. Moral. tom.*
2. *lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 2. *cap.* 3.
sub. num. 2. Quemadmodum enim
dispensare potest in matrimonio
dumtaxat *rato* fidelium, quod ma-
jorem habet firmitatem ex ratione
Sacramenti, fortius dispensare po-
test in matrimonio consummato
infidelium, quod minorem firmita-
tem habet ex ratione solius con-
tractus naturalis. Si vero matrimo-
nium infidelium, quia per baptis-
mum utriusque conjugis fit Sacra-
mentum *Sanch. de Matrim. lib.* 2.
disput. 9. *num.* 5. antequam post
baptismum consummatum sit, re-
putari debeat tamquam matrimo-
nium *ratum* fidelium, quia ante
hanc consummationem non re-
praesentat indissolubilem unionem
Christi cum Ecclesia per carnem,
neutiquam pariter videtur haesitan-
dum quod sicuti Papa dispensare
potest in matrimonio *rato* fidelium,
sic eamdem aequaliter auctoritatem
habere debeat in matrimonio infi-
delium quod post baptismum ante
consummationem *solummodo ratum*
reputatur, ut relatis *Abb. in Cap.*
Ex publico numer. 14. *De Convers.*
Conjugat., *Navarr. lib.* 3. *cons.* 1.
de convers. infidel. in 1. *edit. cons.*
1. *in* 2. *cons.* 3. *in solut. ad* 2.
dub. a num. 12. ita fere ratiocina-
tur *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *di-*
sput. 17. *per tot.*, quod et Emi-
nentissimus et Reverendissimus
D. Marcus Antonius Columna, qui
modò munus Vicarii Urbis singu-
lari prudentia, pietate, doctrina et 326
exemplaritate praeclarissima susti-
net, vix ex ephebis egressus, sibi
publice probandum proposuit, nam
inter theses, quas coram Benedicto
XIV. propugnandas suscepit et ma-
ximo universali adstantium plausu
eleganter, egregie, ac solidissimis
argumentis absolvit, ex *Jure Ca-*
nonico hanc quoque firmavit =
Summus Pontifex dissolvere potest
non modo fidelium matrimonium
simpliciter ratum, *sed etiam infi-*
delium consummatum, *quando*
ambo conjuges convertuntur ad fi-
dem =; licet idem *Summus Ponti-*

fex contrarium sentiat in suo *tract. de Synod. Dioecesan. lib.* 13. *cap.* 21. *num.* 4. *et* 5., secutus opinionem *Ven. Card. Bellarmini Contr. tom.* 2. *lib.* 2. *de Monach. cap.* 38. § *Ad primam rationem et tom.* 3. *lib.* 1. *de Sacram. Matrim. cap.* 4. § 1. *et seqq.*, *Card. de Laurea de Matrim. disput.* 16. *art.* 11. § 6. *num.* 231., ubi quod matrimonium etiam inter infideles consummatum significat unionem Christi cum Ecclesia per Incarnationem *Vasquez in* 3. *par.*, *D. Thom. disput* 2. *sub num.* 57. *tom.* 4. = ibi = *Habet ergo hujusmodi infidelium matrimonium quidquid necessarium est, ut sit signum conjunctionis Christi et Ecclesiae: idque usque adeo verum est, ut sine nota aliqua negari non posse censeam* = Fateor tamen, quod cum conjugium post Adae creationem et usquequo non fuit a Christo Domino ad Sacramenti dignitatem elevatum, semper fuerit simplex contractus, prout etiam hodie inter quoscumque infideles, suadere mihi non poteram quod hujusmodi conjugium conjunctionem Christi cum Ecclesia significaret, quemadmodum significat matrimonium, unaque simul Sacramentum inter fideles juxta Innocentii III. responsum in *Cap. Debitum* 5. *De Bigam.* = ibi = *Cum duo sint in conjugio, videlicet, consensus animorum et commistio corporum, quorum alterum significat charitatem, quae consistit in spiritu inter Deum et justam animam, ad quod pertinet illud quod dicit Apostolus „Qui adhaeret Deo unus spiritus est cum eo „ reliquum vero designat conformitatem, quae consistit in carne inter Christum et Ecclesiam, ad quod pertinet illud, quod Evangelista testatur „ Verbum caro factum est et habitavit in nobis „ profecto conjugium illud, quod non est ex commistione corporum consummatum, non pertinet ad illud conjugium designandum, quod inter Christum et Ecclesiam per Incarnationis mysterium est contractum etc.* =; nam antea *nondum Verbum caro factum erat* et proinde illius conjunctionem cum Ecclesia *per carnem*, quam nondum assumpserat significare non potuisse mihi videbatur, verum horum gravissimorum doctorum sententiae meam opinionem reverenter submitto.

FINIS LIBRI I.

CHRISTOPHORI COSCI
J. C. CLUSINI
DE SEPARATIONE TORI CONJUGALIS
LIBER SECUNDUS

In sequenti Cap. I. hujus Libri II. referuntur causae in genere, et in subsequentibus causae in specie, ex quibus Conjuges quoad Torum et Cohabitationem perpetuo vel ad tempus sunt invicem separandi, salvo vinculo matrimonii.

CAP. I.

De causis Separationis Tori in genere, salvo vinculo matrimonii.

SUMMARIUM.

1 Separatio tori, salvo vinculo matrimonii, fit a judice vel ex officio,
2 Vel ex utriusque partis consensu,
3 Vel ex culpa unius aut alterius conjugis.
Causae separationis tori *ibid.*
4 Saevitiae viri in uxorem, salvo vinculo matrimonii, quare sint frequentes.
5 Maritalis potestas est a Deo.
6 Deus virum gubernatorem constituit, ne iterum foeminea facilitate laberetur.
7 Deus fecit mulierem non ex capite hominis, ne videretur ejus domina:
8 Non ex pede, ne reputaretur ancilla:
9 Sed ex latere, ut socia a viro haberetur *et num.* 11.
10 In quo consistat maritalis potestas.

Digitized by Google

11 Non convenit, ut maritus qui est major, serviat uxori quae est minor.

12 Mutua debet esse inter virum, et uxorem servitus, mutuum obsequium, mutuus amor etc.

13 In nuptiis annulus in quarto digito uxoris inseritur, quia ex eo quaedam vena ad cor pervenit.

14 Maritus virtute vincere et exemplo regere debet uxorem.

15 Exigere nequit ab uxore, quod ipse non vult reddere uxori.

16 Talis esse debet, qualem invenire vult uxorem.

17 Voluptates, quae de meretricum amplexibus capiuntur, damnatae sunt in uxore.

18 Viri et uxoris servitus pari ratione censetur.

19 Uxor maritum inquietum patienter ferre debet.

20 Nec propter ejus infortunium mutare affectum, sed ejus infortunii particeps fieri.

21 Uxorem sterilem, deformem, coecam, surdam, languoribus confectam maritus, sub poena excommunicationis et amissionis dignitatis, dimittere nequit.

22 Lex Mosayca ob duritiam cordis judaeorum repudium permittebat.

23 Jus Civile id permittebat ex legitimis causis.

24 Jure Evangelico est prohibitum.

25 De Jure Canonico permissa est separatio tori, salvo vinculo matrimonii, ob causas de quibus *num.* 3. et praesertim propter saevitiam.

26 Studere debet maritus ne dissidiis occasionem praebeat.

27 Malam non ducat uxorem et bonam non efficiat malam.

28 Nil pejus est irata muliere.

29 Pudor, probitas, fides, mansuetudo, docilitas, patientia et boni mores inter conjuges amorem atque concordiam servant.

30 Perpetua pace frui non possunt conjuges non ad procreandam principaliter sobolem in timore Dei et santificatione spiritus nuptias contrahentes:

31 Sed sola mulieris pulchritudine, qua deficiente mutant affectum.

32 Uxorem potentiorem atque ditiorem ducentes post paucos dies dominam illam agnoscunt.

33 Juvenes, qui ducunt uxorem pinguem dotem habentem, sed aetate provectam, illam deinde contemnunt et male tractant:

34 Dotem cum meretricibus dissipant et adulteria committunt.

35 Ut facilius inter conjuges amicitia servetur, uxor esse debet aetate minor et ambo conditione pares.

36 Sunt qui sola libidine victi nuptias contrahunt,

37 Quibus succedunt odia, dissidia, rixae et innumerae conjugalis foederis violationes:

38 Praesertim si contractae sint a filiisfamilias, insciis vel invitis juste parentibus,

39 Vel si nobilis aut dives adolescens foeminam vilem aut infamem desponsaverit.

Digitized by Google

40 Ex his nuptiis infelices exitus sortiuntur.

41 Sensus et cogitatio humani cordis in malum prona sunt ab adolescentia sua.

40 Hujusmodi conjuges promovere solent instantiam pro tori separatione,

43 Et frequentius uxor contra virum.

44 Foemina solum constans in levitate sua est.

45 Separatio tori ab uxoribus saepissime peti solet ex saevitia et adulterio virorum.

Judices Dei partes gerunt, apud quem non est acceptio personarum *ibid.*

Amici personam deponere debet qui induit personam judicis *ibid.*

Judices constituti apud Supremum Judicem ab eo judicandi *ibid.*

46 Haec separatio est perpetua, si fiat ob mutuum conjugum consensum, vel adulterium.

47 Ob alias causas est temporanea, et aliquando accidentaliter perpetua.

Separatio tori inter conjuges nihil aliud est quam divisio seu separatio unius conjugis ab altero quoad dormitionem in eodem lecto, cum alter scilicet ex justa causa altero in eodem lecto cubare repugnat, eique debitum amplius reddere renuit, aut cum id amborum conjugum concordia paciscitur; torus enim idem est ac funis, et dicitur etiam lectus per metonymiam, quia lecti tendebantur toris, idest funibus, ut declarat inter alios *Facciolat. in Calepin. seu Lexic. latin. lit. T. verb. Torus.*

Thori separatio inter conjuges, salvo vinculo matrimonii, fieri potest a judice vel ex officio, vel ex utriusque partis consensu, vel ex culpa unius aut alterius conjugis.

Ex officio fit a judice propter 1
aliquod impedimentum impediens, quo concurrente, praecipere debet conjugum separationem ad tempus et donec impedimentum sublatum non fuerit.

Fit ex utriusque partis consensu vel ad tempus limitatum, quando alter ex conjugibus seu uterque se separari conveniunt, ut orationibus et spiritualibus exercitiis vacent; vel perpetuo, quando 2
maritus et uxor inter se mutuo consensu statuunt se velle in posterum longe a conjugalibus amplexibus illibatam servare castitatem, ut infra *Cap. 3. hoc eod. lib.* 2.

Causae demum separationis ex culpa unius vel alterius conjugis sunt *lapsus in haeresim*, seu *gen-* 3
tilismum unius; *sollicitatio* aut *occasio* quam praebet alter alteri ad peccandum; *sevitiae* unius conjugis in alterum; *odium* implacabile, quo se conjuges prosequuntur, aut alter prosequitur alterum; *morbus contagiosus*, quo eorum alter laborat; *adulterium* sive a viro sive ab uxore commissum; *ebrietas* habitualis et *furor*, quibus alteri eorum rationis usus remanent impeditus, ex quibus, alii-

Digitized by Google

aque similibus justis causis, conjuges separandi potestas sub poena anathematis ecclesiae controverti minime potest. *Sac. Concil. Tridentin. sess.* 24. *de Matrim. can.* 8. = ibi = *Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges quoad torum, seu quoad cohabitationem ad certum, incertumve tempus fieri posse decernit; anathema sit* =

Saevitiae autem viri in uxorem frequenter audiuntur, quia mariti
4 non bene intelligunt qualem potestatem habeant in uxorem, supponentes se esse absolutos ejus dominos, sibique eam super illam competere potestatem, quae dominis competit in servos, sed maximo decipiuntur errore.

Maritalis potestas quam vir in uxorem habet est a Deo qui,
5 post inobedientiae peccatum, mulieri dixit: *Multiplicabo aerumnas tuas et conceptus tuos, in dolore paries filios et sub viri potestate eris et ipse dominabitur tui:* ut in *Genes. cap.* 3. *vers.* 16. Cum enim Adam deceptus sit per Evam, justum fuit ut Deus illum gubernatorem constitueret, ne ipse de-
6 pendens a muliere, iterum foeminea facilitate laberetur, ut probat *Text. in Can. Adam per Evam* 18. *caus.* 33. *quaest.* 5., et docet etiam *D. Augustin. lib.* 11. *de Genes.* = ibi = *Dixit quidem Apostolus „ per charitatem servite invicem „ sed mulierem non permittit Apostolus dominari in virum. Hoc enim viro potius Dei sententia detulit, et maritum habere dominum meruit mulieris non natura, sed culpa. Quod tamen nisi servetur, depravabitur amplius natura et augebitur culpa* = Convenit *D. Hieronym. Epist. ad Tit. cap.* 2. = ibi = *Verbum autem Domini blasphematur, vel dum contemnitur Dei prima sententia et pro nihilo ducitur, vel Christi infamatur Evangelium, dum contra legem, fidemque naturae, ea quae christiana est et ex Dei lege subjecta, viro imperare desiderat, cum etiam gentiles foeminae viris suis serviant communi lege naturae* =

Vir etenim (ut ait *S. Isidor. lib.* 1. *sent. cap.* 13.) vir inquam; *ad imaginem Dei factus est: mulier ad imaginem viri formata est; et Apost.* 1. *ad Corinth. cap.* 11. *vers.* 7. inquit = *Vir imago et gloria Dei est: mulier autem gloria viri est* = Verum est etiam, quod ut testatur *D. Augustin. tract.* 2. *in Joann.* in Sacris Scripturis caro nonnunquam ponitur pro uxore, spiritus vero pro viro = ibi = *Ponitur ergo caro pro uxore, quomodo et aliquando spiritus pro marito. Quare? Quia ille regit haec regitur, ille imperare debet, ista servire. Nam ubi caro imperat et spiritus servit, perversa domus est. Quid pejus domo ubi foemina habet imperium super virum?* =

Sed notandum tamen venit, quod ex his inferri nequit, quod maritus eam potestatem habeat in uxorem, quam habet dominus in mancipium, quia Deus mulierem fecit non ex capite hominis, ne 7
ejus domina videretur, neque ex pede, ne non inquam serva, sed
nequidem reputaretur ancilla; fecit 8

Digitized by Google

9 autem eam ex latere, ut vir illam, tamquam *adjutorium simile sibi Genes. cap.* 2. *vers.* 18., bene ac liberaliter exciperet, utque collateralis et socia ab eo haberetur *Gloss. in Can. Nec illud* 20. *Verb. Costa caus.* 33. *quaest.* 5., quemadmodum Adam illam in sociam recognovit cum dixit = *hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea, haec vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem, et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una* = ut in *Genes. cap.* 2. *vers.* 23. *et seq.*, et deinde *cap.* 3. *vers.* 12. = ibi = *mulier quam dedisti mihi sociam* =

Haec ergo maritalis potestas
10 consistit in illo tantum obsequio quod praestare debet non servus non famulus domino, sed minor majori, cum justitiae nequaquam conveniat ut maritus, qui est major, serviat uxori quae est
11 minor *Can. Est ordo naturalis* 12. *caus.* 33. *quaest.* 5.; sed verum est etiam quod, cum ipsa sit
12 socia et ambo sint duo in carne una, mutua debet esse potestas unius in persona alterius *Glossa in Cap.* 1. *verb. Sequantur de Conjug. lepros. Can. Si quis uxorem* 4. *in fin.*, ibique *gloss. caus.* 32. *quaest.* 1. ubi de potestate uxoris in persona mariti, necnon mutua servitus, mutuum obsequium, mutuus amor, mutua fides, mutua conjunctio animorum et cordium, in cujus rei signum datur a sponso sponsae in sponsalibus et in primis nuptiis annulus, qui ideo inseritur in quarto digito quia, ut fertur, ex eo quaedam vena sanguinis ad cor usque extenditur et
pervenit *Can. Foeminae* 7. *caus.* 13
30. *quaest.* 5.

Hinc sequitur quod in primis ad mariti potestatem pertinet ut maritus non injuriis, non verberibus, non saevitiis offendat, sed vir-
tute vincat et exemplo regat uxo- 14
rem *Can. Indignatur* 4. *caus.* 32. *quaest.* 6., utque non exigat ab
uxore quod ipse non vult reddere 15
uxori *Can. Maecaberis* 5. *caus.* 32. *quaest.* 6., et qualem vult uxorem
invenire, sic agat ut eum uxor 16
talem inveniat *Can. Si ducturi* 2. *caus.* 32. *quaest.* 6., et hoc animo sibi maritus proponat liberorum causa primario et principaliter matrimonii usum esse concessum, sed voluptates, quae cum peccato de meretricum amplexibus capiuntur,
damnatas esse in uxore *Can. Li-* 17
berorum 14. *caus.* 32. *quaest.* 4.; sciatque nihil amplius licere marito quam liceat uxori, utriusque enim servitus pari ratione cense-
tur *Can. Apud nos* 20. *caus.* 32. 18
quaest. 5.

Quemadmodum igitur non licet uxori a marito recedere sine
causa, et si est inquietus eum pa- 19
tienter ferre debet *Can. Cum caput* 15. *caus.* 33. *quaest.* 5., nec debet uxor propter infortunium ma-
riti mutare affectum *Leg.* 1. *Cod.* 20
de repud., sed ejus infortunii fieri particeps *Leg. Si cum dotem* 23. § *Si Maritus ff. solut. Matrim.*

Ita prohibitum est marito sub poena excommunicationis et amissionis dignitatis uxorem sterilem,

deformem, coecam, surdam, languoribus doloribusque confectam, seu ex alia quacumque causa et
21 occasione citra culpam fornicationis et causas praemissas, aliasque ab ecclesia approbatas, dimittere, sed illam omnino pro fide et societate retinere et substinere tenetur *Can. Si Uxorem* 18. *caus.* 32. *quaest.* 5.

Lex Mosayca quidem, ob du-
22 ritiam cordis judaeorum, repudium permittebat *Deuteron. Cap.* 24. *vers.* 1. = ibi = *Si acceperit homo uxorem et habuerit eam et non invenerit gratiam ante oculos ejus, propter aliquam foeditatem, scribet libellum repudii et dabit in manu illius et dimittet eam de domo sua* =

Jus etiam Civile permittebat
23 divortium et repudium ex legitimis causis *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 2., quae quamvis plures sint secundum jus *Digestorum* et paucae secundum jus *Codicis L. Consensu* 8. *Cod. de repud.*, tamen secundum jus *Authenticorum* pauciores sunt § *Quia vero plurimas Auth. Ut lic. Matr. et Aviae.*

Sed Evangelico jure prohibi-
24 tum est repudium seu divortium et ex causa fornicationis separatio tantum tori permissa apud *Matth. cap.* 5. *vers.* 31. *et seq.* = ibi = *Dictum est autem: quicumque dimiserit uxorem suam, det ei libellum repudii: Ego autem dico vobis, quia omnis qui dimiserit uxorem suam, excepta fornicationis causa, facit eam maechari, et qui dimissam duxerit, adulterat* =; et rursus *cap.* 19. *vers.* 3. 4. 5. 7. 8. = ibi = *Accesserunt ad eum Pharisaei tentantes eum et dicentes: si licet homini dimittere uxorem suam quacumque ex causa; Qui respondens ait eis: non legistis, quia qui fecit hominem ab initio masculum et foeminam fecit eos et dixit; propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una? Dicunt illi; quid ergo Moyses mandavit dare libellum repudii et dimittere? Ait illis, quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere uxores vestras, ab initio autem non fuit sic* =; et convenit *Marc. cap.* 10. *vers.* 2. *et seqq.*, ac notat prae caeteris *Covarruv. in Epitom. ad* 4., *Decretal. par.* 2. *cap.* 7. § 4. *num.* 4.

De jure vero Canonico, ultra casum fornicationis, separatio tori, sed intacto semper remanente vinculo matrimonii, permissa est propter causas jam allatas et frequentius propter saevitiam *Cap. Ex* 25
transmissa 8. *Cap. Litteras* 13. *in fin. de restit. spoliat.* — remedium a Theodosio et Valentiniano vocatum infaustum, sed necessarium in dicta *Leg. Consensu* 8. *Cod. De Divort.* = ibi = *Quamvis infausto, attamen necessario auxilio cupimus liberari* =

Studere debet ergo maritus ne suis pravis moribus, vel saevitiis, jurgiis, atque dissidiis huic infausto remedio separationis occa- 26
sionem praebeat, utque perpetuam habeat cum uxore amicitiam, cavere ne malam ducat uxorem, vel si bonam duxerit ne malam effi- 27
ciat, tum quia, ut dixit *Hesiodus*

Digitized by Google

Sors potior muliere proba non obtigit unquam;
Ulla viro, contraque mala, nil tetrius unquam est.

— tum quia si erga illam male se gerat, eamque sive natura malam, sive malam efficiat et ad iracun-
28 diam provocet, nil pejus est irata muliere juxta illud *Euripidis*

Furore multo saevit iratum mare,
Pronique fluvii et ignis acris impetus,
Inopia acerba, acerba alia quamplurima,
Sed nil ita acerbum et noxium ut mulier mala.

De qua etiam *D. Joannes Chrysost. in Serm. de Decollatione S. Joannis Baptistae* dixit = *Ego quidem existimo nullam esse in hoc mundo bestiam mulieri malae comparabilem* =, et de hac veritate irrefragabile testimonium perhibet *Ecclesiastic. cap.* 25. *vers.* 17. 22. 23. 31. = ibi = *Omnis plaga, tristitia cordis est et omnis malitia, nequitia mulieris. Non est caput nequius super caput colubri et non est ira super iram mulieris. Commorari leoni et draconi placebit, quam habitare cum muliere nequam. Cor humile et facies tristis et plaga cordis, mulier nequam* = — tum demum quia pudor, probitas, fides, mansuetudo, docilitas, pa-
29 tientia, bonique mores sunt ea, quae inter conjuges amorem servant, benevolentiam atque concordiam.

At difficile admodum est quod his virtutibus polleat et tranquilla perpetua pace fruantur conjuges, quorum alter, et ut plurimum masculus, non ad procreandam in ti-
30 more Dei et sanctificatione spiritus futuram nascituram sobolem, non mulieris virtutem, non bonam mulierem quaerens, per quam vir ipse beatus quodammodo esse posset, ut inquit *Ecclesiast. cap.* 25. *vers.* 11. = ibi = *Beatus qui habitat cum muliere sensata* =, iterumque *cap.* 26. *vers.* 1. = ibi = *Mulieris bonae beatus vir* =; sed sola commotus mulieris fallaci gratia et vana pulchritudine cum ea nuptias inconsulto contrahit, qua venustate brevi postmodum tempore pereunte,
mutat affectum et in amore deficit 31
juxta illud *Juvenal. Sat.* 6.

Si verum excutias, facies, non uxor amatur,
Tres rugae, subeant et se cutis arida laxent,
Fiant obscuri dentes, oculique minores;
Collige sarniculas, dicit Libertus et exi,
Jam gravis est nobis.

Alii vero vel cupiditate vel ambitione allecti, ductique amplitudine dotis, potentiorem, atque ditiorem habere volunt uxorem, at non sociam, sed superiorem et dominam illam in omnibus actibus
indesinenter agnoscunt, iisque gra- 32
vibus subduntur deinde incommodis, quae in *Asinaria a Plauto* indicantur:

Hae sunt atque aliae multae in magnis dotibus
Incommoditates, sumptusque intollerabiles,
Nam quae indotata est, ea est in potestate viri,
Dotatae mactant et malo et damno viros

Si vero juvenes mulierem aetate jam provectam et propter solam pinguem dotem, ejusque divitias, quia forsan paterni patrimonii unica fuit haeres, desponsaverint, ipsi non se gratos et obligatos ostendunt, sed e contra insolescunt, eaque deinde apreta ac

33 saepe male tractata, dotem cum
meretricibus dissipare et adulteria
34 committere non verentur, quae
scelera odium implacabile erga virum in mulieris animo pariunt; ideoque, ut inter conjuges facilius amor et amicitia servetur, mulier
35 aetate minor et quoad conditionem
ambo pares semper esse deberent, ut canendo monuit etiam *Ovid. epist.* 9.

Quam male inaequales veniunt ad aratra juvenci,
Tam praemitur magno conjuge nupta minor.
Non honor est sed onus, species laesura ferentes.
Si qua voles apte nubere, nube pari.

Eligunt alii uxorem doctam. Hanc electionem non laudo nec vitupero, imo etiam laudo si cum doctrina, prudentia quoque, modestia, aliaeque morales virtutes conjunctae fuerint, non autem si propter literas, quas didicit, sibi parem neminem esse velit, omnes despiciat et superbia potius abundet, haec enim verbis, argumentis et procacitate superiorem viro se faciet, quem sero nimis poenitebit se aures clausisse monito *Juvenal. Satyr.* 6.

Non habeat matrona, tibi quae juncta recumbit,
Dicendi genus, aut curtum sermone rotato,
Torqueat enthimema, nec historias sciat omnes.

Alii demum nec ad procreandam sobolem in divino timore, nec ab interesse allecti, sed sola libi-
36 dine victi nuptias contrahunt, quibus, cum diuturnum amoris nexum habere non possint, concupiscentiae ardore vix extinto, succedunt odia, dissidia, quotidianae
37 rixae et conjugalis foederis violationes innumerae, praesertim si contractae fuerint a filiisfamilias, inscii vel invitis juste parenti-
bus, ut probavi *in meis votis de* 38
sponsalibus filiorumfamil., seu ab adolescentibus ex nobili aut honesta familia progenitis, quos amore excoecatos, viles, aut infames foe-
minas, sed pulchras sibi matrimo- 39
nio copulare non puduerit, ex quibus proinde nuptiis nonnisi infeli-
ces exitus sortiuntur *Rot. decis.* 19. 40
num. 59. *par.* 10. *Annotat. ad decis.* 431. *num.* 83. *et seqq. par.* 4. *tom.* 2. *recent.*

Hoc quidem evenit quia, Spiritu Sancto loquente, in *Genes. cap.* 8. *vers.* 21. scriptum est = *Sensus*
et cogitatio humani cordis in ma- 41
lum prona sunt ab adolescentia sua =; ideoque in conjugio ineundo Dei auxilium non implorantes, nec ipsi per semitas justitiae et honestatis ambulant, nec uxorem prudentem, quae a Deo datur, assequuntur *Proverb. cap.* 19. *vers.* 14. = ibi = *Domus et divitiae dantur a parentibus, a Domino autem proprie uxor prudens* =. Hinc similes conjuges reciprocum capitale odium pro dilectione et benevolen-
tia foventes, cum matrimonii vin- 42
culum dissolvi nequeat, prout, si fieri posset, ardenter optarent, frequenter judicis opem implorant pro obtinenda saltem separatione quoad torum et cohabitationem.

Hanc, ut plurimum, promo-
vere solet instantiam uxor contra 43
virum nonnunquam ex naturali sexus levitate, quia regulariter verum est quod de foemina dicitur:

Digitized by Google

44 = *Et solum constans in levitate sua est* =, utque cecinit *Propert. lib.* 2. *ad amic. de Rival.*

Non sic incerto mutantur flamine syrtes,
Nec folia hyberno tam tremefacta noto;
Quam cito foeminea non constat foedus in ira,
Sive ea causa gravis, sive ea causa levis.

Et pariter *Ovid. lib.* 2. *Elegiar.*

Verba puellarum foliis leviora caducis
Irritaque, ut visum est, ventus et aura ferunt.

Necnon *Virgil. lib.* 4 *Æneidos.*

. . . . *varium et mutabile semper*
Foemina

Et confirmat *Text. in Cap. Forus* 10. *circa fin. De verb. significat.* — Saepissime tamen ad id aliqua uxor cogitur ex justa causa et ex culpa, et praesertim ex saevitia
45 et adulterio mariti, de quibus ideo fusius, quam de aliis causis in hoc secundo libro sermo erit habendus eo fine, ut tori separatio a judice concedatur, quoties id exigat aequitas et justitia, non autem arbitrarie et ad sui libitum cum peccato, juxta monitum *D. Ambros. in Prol.* 118. *sem.* 20. = ibi = *Bonus judex nihil ex arbitrio suo facit, sed juxta leges et jura pronunciat, scitis juris obtemperat, non indulget propriae voluntati etc. obsequitur legibus, non adversatur, examinat causae merita, non mutat* =; quod brevius repetit *in Instit. de offic. judicum* = ibi = *Ne aliter judicet, quam quod legibus aut constitutionibus aut moribus proditum est* =, et advertit etiam *Francisc. Cosci*, seu *Decan. Senens. in Cap.* 1. *quaest.* 9. *n.* 7. *de Constit.* spretis etiam quibuscumque praepotentium, seu amicorum muneribus et officiis, quae vel pro viro, vel pro uxore intercedere solent in hoc civili certamine, in quo conjugis innocentis corpus et anima periclitatur, quatenus recta non administretur justitia, prout eam judices eo fortius administrare tenentur, quia Dei partes gerunt *Innoc. in Cap.* 1. *De re judic. in* 6., apud quem sicut nulla est acceptio personarum, ita neque apud judices Dei imitatores *d. Cap.* 1. *De re judic. in* 6. esse debet *Cap. In judiciis* 12. *De reg. Jur. in* 6. sese servantes innocentes manibus et obturantes aures suas quorumcumque amicorum officiis *Deuteron. cap.* 16. *vers.* 19. *et seq.* = ibi = *Non accipies personam, nec munera, quia munera excaecant oculos sapientum et mutant verba justorum; juste quod justum est persequens* =. Amici namque personam is deponere debet, qui induit personam judici *Cicer. lib.* 3. *Offic.* cum ne latum quidem unguem a justitiae tramite amici causa, seu pro amico sit declinandum, ut cum omnibus sanioris notae scriptoribus advertunt *Matt. Mathesilanus de elect. verioris opinion.*, *Navarr. in Manual. cap.* 25. *n.* 12. *vers. secundo peccat*; nec judices contrafacientes in judicio Supremi Judicis ullam defensionem, excusationem et advocatum habere poterunt, ut scripsit *Martinus Del Rio e Societate Jesu disquisit. magic. lib.* 5. *cap.* 1. his versiculis:

Judicabit judices Judex generalis
Neque quidquam poterit dignitas Papalis,
Sive sit Episcopus sive Cardinalis,
Reus condemnabitur, nec dicetur qualis.
Illi nihil proderit quidquam allegare,
Neque quid excipere, neque replicare,
Neque ad Apostolicam Sedem appellare,
Neque codicillos Caesaris citare.
Reus condemnabitur, nec dicetur quare.
Cogitate miseri quid et quales estis,
Quid in hoc judicio dicere potestis.
Hic non erit codici locus, nec digestis
Idem erit dominus, judex, actor, testis.

Separatio autem conjugum potest esse perpetua et temporanea. Separatio quoad torum et cohabitationem, remanente semper intacto vinculo matrimonii, est de sui natura perpetua ob adulterium, et esse quoque potest ob mutuum co-
46 njugis utriusque consensum; — ob alias vero causas fit dumtaxat ad tempus, quousque nimirum causa cesset, licet accidentaliter haec
47 etiam separatio possit esse perpetua, si causa nempe perpetuo duret ex culpa ejus qui fuit separationis occasio.

CAP. II.

De Separatione Tori ad tempus ob impedimentum impediens.

SUMMARIUM.

1 Impedimenta impedientia impediunt matrimonium contrahendum, sed non irritant contractum.

2 Sex olim erant et enumerantur.

3 Sed amplius hodie non viget impedimentum cathechismi, et quodnam sit.

4 Nec viget impedimentum criminis diversum ab impedimento criminis matrimonium dirimente.

5 Crimen incestus, quod olim erat impedimentum impediens.

6 Impedimentum impediens erat raptus alienae sponsae:

7 Item simplex uxoricidium:

8 Item susceptio proprii filii in Baptismo, vel Confirmatione malo animo etc.:

9 Item homicidium sacerdotis:

10 Item poenitentia publica:

11 Item matrimonium cum moniali professa.

12 Qui hodie aliquo ex his impedimentis obstrictus matrimonium contrahit, dispensatione non indiget, nullamque poenam incurrit.

13 Quatuor sunt hodie impedimenta impedientia, quae in uno versiculo continentur.
Sed contrarium *n.* 20. *et seqq.*

14 Certo tempore interdictum est matrimonium ab ecclesia.

15 Potest etiam ad tempus interdici ab Ordinario vel a Parocho; et quando *et n.* 17.

16 Tempus, quo matrimonium interdictum est ab ecclesia.

18 Sponsalia contracta cum una muliere impediunt ne deinde matrimonium contrahatur cum altera.

19 Votum simplex castitatis, aut suscipiendi Ordinem Sacrum, vel non ineundi conjugium impedit matrimonium contrahendum.

20 Impedimentum impediens est peccatum mortale.
21 Insania et furia, qua laborat, qui habet lucida intervalla.
22 Excommunicatio.
23 Interdictum.
24 Defectus consensus parentum,
25 Sine quo filiifamilias nubendo peccant et unus contrahens alterius cooperatur peccato *et n.* 33.
26 Haec filiorum matrimonia a jure naturali, divino et canonico sunt interdicta.
27 Eaque Sancta Dei Ecclesia semper detestata est atque prohibuit.
28 Impedimentum impediens est qualitas haeretici unius ex conjugibus.
29 Ne catholicus cum eo contrahens ejus cooperetur peccato.
30 Cui non cooperatur, si accedat dispensatio Apostolica.
31 Qui grave habet causam faciendi aliquid ex se honestum, non cooperatur peccato, quod alius forte commisit et quaenam sit causa gravis.
32 Minusque cooperatur peccato Summus Pontifex concedendo dispensationem et quare.
33 In matrimonio filiorumfamilias, inito sine parentum consensu, deficit causa gravis, ideo cooperantur peccato.
34 Impedimentum impediens est defectus denunciationum.
35 Denunciationes fieri debent in propria contrahentium parochia;
36 Earum omissio non irritat matrimonium, neque ex hoc proles redditur illegitima.
37 Illas omittentes graviter peccant.
38 Denunciationes judicio Ordinarii, non ex arbitrio contrahentium, omitti possunt *et num.* 54.
39 Parochus conjungens in matrimonium vagos, sine diligentiis requisitis a Tridentino, mortaliter peccat licet sit validum.
40 Impedimentum impediens esse potest impotentia sustinendi onera matrimonialia propter nimiam egestatem, et quare.
41 Ignorantia Doctrinae Christianae, ob quam sponsi a contrahendo matrimonio per Episcopum vel Parochum retardari possunt.
42 Neque ex hoc dici potest quod Episcopus nova impedimenta impedientia decernat, et quare *et num.* 45.
Existens in peccato mortali sine gravi sacrilegio matrimonium contrahere nequit *ibid.*
43 Parochus sua praesentia firmare nequit contractum, quem scit a contrahentibus sacrilege iniri.
44 Ignorans Christianae Religionis instituta, quae scire tenetur, in statu peccati mortali versatur.
46 Recensita impedimenta impedientia, quae sub poena peccati matrimonia impediunt, dici non possunt nova, quia peccatum non est novum impedimentum impediens.
47 Inito matrimonio cum censurato vitando conjuges separari debent.
Limita *ut num.* 50.

48 Excommunicatus vitandus est avulsus a communione fidelium seu Ecclesiae.
49 Cum excommunicato nullus cohabitare, nec cibum sumere, nec loqui, nec orare, nec eum salutare potest.
50 Si post contractum matrimonium alter conjux excommunicationem incurrat, ab altero non est vitandus, sed una simul, ut prius, cohabitare et obsequia matrimonialia sibi invicem praestare possunt.
51 Separari debent conjuges, quorum alter ante matrimonium simplex continentiae votum emisit:
52 Item saltem per mensem qui matrimonium inierint omissis culpabiliter denunciationibus:
53 Et si nihilominus una simul cohabitarent et matrimonii usum haberent, toties mortaliter peccarent.
54 Episcopus super denunciationibus dispensare potest,
55 Non tamen super voto simplici castitatis, seu religionis,
56 Nec super sponsalibus cum alia persona praecedenter contractis,
57 Nec super matrimonio cum persona haeretica contrahendo,
58 Nec generaliter super impedimentis impedientibus, circa quae dispensatio Episcopi contrahentes a peccato immunes reddere nequit.
59 Ut dispensatio super impedimento impediente licita sit, rationabilis causa requiritur,
60 Qua interveniente, Episcopus potest sed non semper dispensare tenetur, et quando illam negare non debet *et num.* 61.
62 Causae, ex quibus dispensatio conceditur *et num seqq.*

Impedimenta impedientia ea sunt quae solum impediunt ma- 1
trimonium contrahendum, sed non 2
irritant jam contractum. — Sex olim erant impedimenta impedientia, videlicet, *Ecclesiae vetitum; Tempus feriatum; Catechismus; Crimen; Sponsalia; Votum.* —, sed amplius hodie non viget impedimentum
Catechismi, quod oriebatur ex qua- 3
dam cognatione spirituali imperfecta tum ab eo contracta, qui gerit personam infantis baptizandi, respondendo ante januam ecclesiae Sacerdoti ad interrogationem circa articulos fidei (quae responsio datur, ut plurimum, hodie a patrino, seu matrina, de quorum cognatione dictum fuit supra *Cap. V. num.* 19. *et seqq. lib. 1.*); tum ab eo qui puero jam baptizato hoc idem praestat officium, dum catechismus et aliae solemnitates in Ecclesia supplentur, cum videlicet a Sacerdote supplentur in ecclesia caeremoniae post baptismum privatim ex justa causa collatum, etsi eumdem baptizatum de Sacro Fonte non levaverit *Cap. Contracto* 5. *De cognat. spiritual., Cap. Per Catechismum* 2. *eod. tit. in* 6., *D. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 87. *art.* 2. *ad* 3. Hoc enim impedimentum, ut notant *Reiffenstuel in Jus. Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 11. *num.* 3., *Pont. de Matrim. lib.* 6. *cap.* 11. *num.* 3., *Barbos. sup.*

Digitized by Google

Concil. Trident. Sess. 24. *cap.* 2. *de Reformat. Matrim. num.* 48., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 10. *num.* 12., *Gutierrez eod. tract. cap.* 84. *num.* 6, aliique, sublatum fuit a *Sac. Concil. Trident. d. Sess.* 24. *de Reform. Matrim. cap.* 2. *in fin.*, ubi, enumeratis personis inter quas cognatio spiritualis in Baptismo contrahitur, nullaque facta mentione tenentis in catechismo, subjungit = *Omnibus inter alias personas hujus spiritualis cognationis impedimentis omnino sublatis* =.

Nec etiam viget impedimentum *Criminis*, quod inducebant, non speciale *Crimen* dirimens matrimonium de quo supra *Cap.* 6., sed
4 alia diversa enormia delicta, in his versibus comprehensa:

Incestus, raptus sponsatae, mors mulieris,
Susceptus propriae sobolis, mors presbyteralis,
Vel si poeniteat solemniter, aut monialem
Accipiat: prohibent haec conjugium sociandum.

Hoc *incestus* crimen committit conjux qui scienter copulam etiam
5 occultam habet cum persona consanguinea alterius conjugis usque ad quartum gradum, qui, mortuo altero conjuge, novum matrimonium
6 contrahere nequit. — Secundum crimen est *raptus* alienae sponsae sive de futuro sive de praesenti, cujus delicti reus deinde tam cum rapta, quam cum alia muliere matrimonium contrahere impeditur. —
7 Tertium est *uxoricidium*, quo commisso, maritus aliud matrimonium inire prohibetur *Can. Interfectores* = ibi = *Quibus penitus conjugium denegatur* =, et *Can. Admonere* = ibi = *Uxorem nunquam ducere* = 33. *quaest.* 2., etiamsi occidat uxorem in adulterio deprehensam, licet id impune faciat per leges civiles, uti ponderat *Perez de Matrim. disput.* 23. *sect.* 6. *num.* 2., *D. Thom. in* 4. *Sentent. dist.* 38. *quaest.* 1. *art.* 2. = ibi = *Uxoricidium ex statuto Ecclesiae matrimonium impedit, sed quandoque impedit contrahendum et non dirimit contractum, quando scilicet vir, propter adulterium aut propter odium, occidit uxorem* =. Quartum committit *suscipiens* proprium et alterius conjugis
filium in Baptismo vel in Confirmatione, aut illum baptizans malo 8
animo ad contrahendam cum altero conjuge cognationem, ne debitum reddat, qui proinde impeditur ne, mortuo Conjuge, cum alio desponsetur. — Quintum est *homicidium*
Sacerdotis, dummodo homicida de eo 9
fuerit in judicio convictus. — Sextum est *poenitentia publica*, quae impedit ne deinde matrimonium con-
trahatur. — Septimum est *matrimo-* 10
nium scienter, sed invalide tamen *cum moniali professa* contractum, quo contrahens impeditur ne aliis
deinde foeminis nubere possit. Si 11
quis ergo aliquod ex his criminibus commisisset, alias licite nuptias amplius contrahere nequibat *Cap. Qui Presbyterum* 2., ibique *gloss. verb. Absque spe Conjugii De poenit. et remiss. cap.* 1. *Cap. Veniens* 2. *De eo qui cognov. Consanguin., Can. Statutum* 34. *caus.* 27. *quaest.* 2. *Can. Admonere* 8. *caus.* 33. *quaest.* 2.; nunc tamen ex consuetudine receptum est ut aliquo ex

Digitized by Google

his impedimentis obstrictus absque ulla dispensatione matrimonium contrahat, nec ullam poenam pro matrimonio contracto patiatur *Pontius de Matrim. lib.* 6. *cap.* 14., *Perez de Matrimon. disput.* 23. *sect.* 8. *num.* 2., *Salmaticens. in Cursu Moral. tom.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. cap.* 13. *punct. unic. num.*
12 15., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 17. *num.* 8., *Ledesma quaest.* 50. *artic.* 1. *conclus. ultim.*

Eamdemque perpetuam inhabilitatem ad matrimonium contrahendum adulteris quoque injungendam sublatam fuisse per Clementem III. in *Cap. Ex literarum* 4. *De eo qui dux. in matrim. quam poll.* advertit *Reverendiss. P. Girald. in Exposit. Jur. Pontif. etc. par.* 1. *sect.* 695. *tom.* 2., salva tamen remanente earum perpetua inhabilitate, praeter nullitatem matrimonii, adversus eum qui scienter in uxorem duxit propinquam sanguinis; is enim redditur inhabilis quoad vixerit ad contrahendum cum quacumque matrimonium *Can. Qui propinquam* 4. *caus.* 35. *quaest.* 2. *et* 3., *Concil. Trident. Sess.* 24. *de Reformat. Matrim. cap.* 5., et contrahere volens indiget dispensatione *P. Girald. loc. cit. par.* 1. *tit.* 23. *sect.* 269. *vers. Notandum.*

His ergo sublatis impedimentis, quatuor dumtaxat hodie communiter enumerantur impedimenta mere impedientia, quae in hoc versi-
13 culo breviter comprehendi solent, nempe

Sacratum tempus, vetitum, sponsalia, votum

Non enim quocumque tempore contrahi potest matrimonium, quia certis anni temporibus interdictum est ab Ecclesia *Can. Non oportet* 14
8., *Can. Non licet* 9., *Can. Non oportet.* 10., *Can. Nec uxorem* 11. *caus.* 33. *quaest.* 4., *Cap. Cappellanus* 4. *De Feriis;* sicuti interdici potest ab Episcopo, a Vicario Generali, aut Judice Ecclesiastico, vel a Parocho ne matrimonium contrahatur, donec aliqua causa vel impedimentum examinetur; ex 15
quo sequitur contrahentem cum hujusmodi prohibitione peccare mortaliter *Sylvest. in Summ. verb. matrimonium* 7. *quaest.* 1., *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 6. *num.* 6., *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 68., *Conich. de Sacram. disp.* 30. *de Matrim. dub.* 3. *num.* 23.

Tempus autem ab Ecclesia interdictum dicitur, ut supra, *Sacratum* tempus, et est illud quo ab Ecclesia prohibentur fieri solemnis noptiarum benedictio, sponsae in domum sponsi publica traductio, solemniora convivia etc., quodque a prima dominica Adventus usque ad diem Epiphaniae, et a Feria 16
quarta Cinerum usque ad octavam Paschae inclusive restrictum est a *Sac. Concil. Trident. Sess.* 21. *cap.* 10. *de Reformat. Matrim.*

Vetitum denotat eam Ecclesiae prohibitionem, qua vel a Papa, seu, ut dixi, ab Episcopo, vel a Parocho ex justa causa et ad certom tempus celebratio matrimonii su- 17
spenditur, veluti ad evitandum scandalum, seu tumultum, aut examinandum et cognoscendum aliquod oppositum impedimentum,

Digitized by Google

quo contrahentes detineri dubitatur, ut habetur ex *Text. in cap.* 1., 2. *et* 3. *De Matrim. contract. contr. interd. Eccles. cap. fin. De clandestin. dispensat.*

Sponsalia ea sunt impedientia sed non irritantia matrimonium, quae jam fuere per verba de futuro contracta cum una persona, quae-
18 que, si probata fuerint, impediunt ne deinde cum alia diversa matrimonium contrahatur, nisi prius ex justis et rationabilibus causis illa rite fuerint dissoluta *Cap. Ad audientiam* 4., *Cap. Ex literis* 10. *De Sponsal.*, *Cap.* 1. *De pact.*, alias violaretur in re gravi fides alteri data, et promissio onerosa illi facta et ab eo acceptata, quae graviter in re gravi obligat ex justitia argumento *Text. in Can. Agathosa* 27. *quaest.* 2., adeout quamvis pacifica consuetudo inoleverit attribuens Episcopis facultatem dispensandi super impedimentis impedientibus et non dirimentibus, licet in jure id non sit expressum, nisi quoad incestum uti habetur in *Cap.* 2. *De eo qui cognovit. consanguin.*, excipiuntur tamen impedimenta sponsalium et voti absoluti castitatis et religionis *Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disput.* 17. *num.* 15., *Salmaticens. in cursu moral. tom.* 2. *tract.* 9. *de Matrim. cap.* 13. *punct. unic. num.* 16. *et* 17., *Perez de Matrim. discept.* 23. *sect.* 8. *num.* 5. *et seq.*, *Clericat. de Matrim. decis.* 37. *num.* 34., nisi agatur de matrimonio jam contracto ab eo qui sit adstrictus simplici voto castitatis, cum quo Episcopus in foro conscientiae dispensare potest, ut debitum petere valeat ob grave peccandi periculum et continendi difficultatem, ut dixi in praecedenti *Cap.* 4. *sub num.* 19.

Votum denique, quod impedit matrimonium contrahendum sed non dirimit contractum, non est *votum solemne*, de quo supra *Cap.* 4., sed *votum simplex castitatis*, aut ingrediendi religionem, seu assumendi Ordinem Sacrum, vel non 19
ineundi conjugium *Cap. Consuluit* 4., *Cap. Rursus* 6. *Qui Cleric. vel Vovent.*, *Cap. unic. De Vot. in* 6., *Can. Siquis votum* 27. *quaest.* 1., *D. Thom.* 3. *par. de Sacram. quaest.* 84. *art.* 1. Hoc autem non irritat matrimonium, quia non continet corporis traditionem, sed solam promissionem, post quam remanet vovens dominus corporis sui, quod etsi non licite per matrimonium alteri dare potest, quia directe per matrimonium obligatur ad actus sibi prohibitos, fidemque Deo frangit, cui per votum se devovit *Cap. Rursus qui Cleric. vel vovent.*, *Cap. unic. de Vot. in* 6., valide nihilominus dare valet *D. Thom. in* 4. *dist.* 38. *quaest.* 1. *art.* 2. *quaest.* 2. Sponsalia tamen subsequentia irrita et invalida reddit, nam valere non potest promissio alteri facta de re quae sine peccato impleri non potest, in puncto *Salmaticens. in curs. moral. tract.* 15. *cap.* 6. *num.* 28., et repetit *P. Paul. Hieronym. a S. Helena in Medull. Theol. Moral. ad mentem eorumdem PP. Salmaticens. tract.* 9. *cap.* 4. § 2. *num.* 111. et conferunt per me deducta in praecedenti *Cap.* 11. *num.* 30. 31. 97. 103. *et fere per*

Digitized by Google

tot. lib. 1.: excepto tamen voto simplici castitatis in Societate Jesu post biennium novitiatus emisso, quod non solum irritat sponsalia, sed matrimonium etiam postea contractum dirimit, licet antea contractum non dissolvat ex *Constit.* san. me. Gregorii xiii. incipien. == *Ascendente Domino* ==.

Veritas tamen est quod non quatuor tantum sunt impedimenta impedientia, sed alia supersunt quae non sunt in relato *versiculo* comprehensa, aut saltem non expressa, ut praenotavi in *meo Oper. De Sponsal. Filiorumfam. Vot. 1. num.* 86. *et seqq.*; — primo videlicet *peccatum mortale*, propter quod a contrahentibus, uti mi-
20 nistris sacramenti matrimonii, illud licite non ministrari nec recipi potest *D. Antonin.* 3. *par. tit.* 1. *cap.* 19. § *fin.*, *Covarruv. in Epitom. ad* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 7. § 5. *num.* 3., *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de Matrim. num.* 77. — secundo *juramentum*, qui enim juravit non contrahere matrimonium, illicite illud deinde contrahit *Cap. De illis* 5. *Cap. Sicut* 22. *De Sponsal. Gloss. in Cap. Mulieri* 34. *verb. Perjuris de jureju-*
21 *rand.* — tertio *insania* et *furia*, ob quam licet furiosus, qui habet lucida intervalla, tempore quo est compos mentis matrimonium valide contrahat, adhuc est illicitum *Can. Neque* 26. *caus.* 32. *qu.* 7. —
22 quarto *excommunicatio*, quae impedit quod cum persona excommunicationis censura innodata et vitanda licite matrimonium contrahi possit *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de Matrim. n.* 79. *et* 80. — quinto *interdictum*, ob hanc enim censuram fideles culpabiles et specialiter interdicti a mini- 23
strando et recipiendo licite matrimonii sacramento repelluntur — 24
sexto *defectus consensus parentum*, sine quo filiifamilias matrimonium contrahentes peccant *Navarr. in Manual. cap.* 14. *num.* 15., *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de Matrim. num.* 89., et unus alterius cooperatur peccato, quia hujusmodi 25
matrimonia a jure naturali, divino 26
et canonico sunt interdicta, eaque *Sancta Dei Ecclesia ex justissimis* 27
causis semper detestata est atque prohibuit ut testatur *Sac. Concil. Trident. Cap.* 1. *Sess.* 24. *de Reform. Matrim.*, *Rot. in Calaritana, seu Arboren. Sponsalium* 15. *Maii* 1767. § *Gravior autem cor. Veri*, et late probavi in *praecit. Votis de Sponsal. Filiorumfam.*, dummodo filii moraliter certi non sint quod parentes eorum conjugium, cum illud sciverint, ratum sint habituri, quia si hanc habuerint certitudinem et cum effectu ratihabitio sequatur, nullum peccatum committunt *Mendo in Epitom. opinion. moral. verb. matrimonium num.* 13. == ibi == *Ut contrahatur validum matrimonium, non requiritur consensus parentum. Sed peccat graviter filius qui parentes non monet et consulit, quia in re gravi non praestat eis debitum honorem, nisi moraliter constet eos ratum habituros. Si vero moniti resistant, non peccabit filius contrahendo, nisi inde gravia damna forent sequenda* ==; septimo *qua-*

Digitized by Google

litas haeretici in masculo seu foemina, cum quo, quave catholicus,
28 sive catholica licite matrimonium contrahere nequit, *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 9. *cap.* 3. fere *per tot.*, ne praesertim illius cooperetur peccato uti recipientis
29 et ministrantis Sacramentum, dum non est in gratia, etsi accedente apostolica dispensatione hoc etiam matrimonium sit licitum, et tunc catholicus peccato haeretici non
30 cooperatur, qui enim gravem causam habet faciendi aliquid ex se honestum, non censetur per se cooperari peccato, quod in eo alius
31 forte committit, sed tantum per accidens; quae causa gravis est spes moraliter certa futurae conversionis conjugis haeretici ad fidem catholicam, ut his verbis recte declarat *Schmalzgrueber. Jur. Eccles. tom.* 4. *titul.* 4. *num.* 138. *et seqq.;* minusque cooperatur peccato Summus Pontifex, qui in dispen-
32 satione concedenda ob dictam gravem causam, neque divinum, neque naturale jus laedit, sed ecclesiastico juri tantummodo derogat *Benedict. XIV. de Synod. Dioec. lib.* 9. *d. cap.* 3. *n.* 3. *et* 5., ad differentiam contrahentium matrimonium insciis vel invitis juste parentibus, in quo, ut dixi, talis intervenit cooperatio, quia id non est quid hone-
33 stum, deficit causa gravis, et laesio tam naturalis quam divini juris concurrit — octavo tandem in eodem *versiculo* non habetur *clandestinitas tertiae speciei*, seu defectus *denunciationum*, qui matrimonium,
34 iis culpabiliter omissis, contractum, reddit illicitum *Vivald. in Candel. aur. par.* 1. *tit. de Matrim. n.* 85. In propria namque contrahentium parochia tribus diebus festivis continuis, non tamen immediatis, ab utriusque contrahentis Parocho, vel Parochis in Ecclesia inter missarum solemnia, nisi ex justa causa Ordinarius dispenset, ex dispositione *Concil. Lateranen. IV. cap.* 51., *et Concil. Trident. Sess.* 24. *cap.* 1. *de Reform. Matrim.*, antequam celebretur matrimonium, hujusmodi denunciationes sunt faciendae *Rot.* 35
decis. 380. *num.* 33. *par.* 5. *tom.* 1. *recen.*, quae, nisi aliter Episcopo videatur, si intra bimestre post illas matrimonium non contrahatur, repeti debent juxta *Ritual. Roman.*, quia interea possunt contrahentes aliquod contrahere impedimentum. Earum tamen omissio, cum non sit de essentia, non irritat matrimonium *Piringh. in jus Canon. ad tit. Decretal. de clandestin. desponsat.* § 4. *num.* 28., *Dian. in edit. coordinat. tom.* 2. *tract.* 6. *de Sacram. Matrim. resolut.* 62., *Rot. dec.* 301. *num.* 3. *et decis.* 375. *num.* 10. *par.* 11. *recen.*, *Sac. Congreg. Concil. in Placentina* 3. *Februarii* 1725., neque ex hoc proles redditur illegitima 36
Rot. decis. 390. *num.* 5. *par.* 2. *et decis.* 431. *num.* 11. *et seq. par.* 4. *tom.* 2., *et decis.* 493. *num.* 16. *par.* 5. *tom.* 2. *et decis.* 301. *num.* 3. *par.* 11. *et decis.* 433. *num.* 14. *par.* 14. *recen.*, sed nihilominus illas omittentes sine Ordinarii licentia graviter peccant *Rot. dec.* 375. 37
sub num. 10. *par.* 11. *recent.*, nam *Sac. Concil. Tridentin. d. cap.* 1. *Sess.* 24. *de Reformat. Matrim.*,

non arbitrio contrahentium, sed
Ordinariorum judicio committit de-
cernere an expediat has denun-
38 ciationes remittere; sicuti matri-
monium vagorum contractum non
praemissis diligentiis requisitis ab
eodem *Tridentino cap.* 7. *Sess.* 24.
de Reformat. Matrim. valet, sed
Parochus lethalem culpam incurrit
39 *Rot. decis.* 535. *n.* 42. 49. *et* 54. *par.*
14. *recen.*, eamque incurrere non
est haesitandum qui sciens extra
confessionem aliquod impedimen-
tum etiam occultum, illud detegere
negligit, licet enim sit unicus, adhuc
si sit fide dignus, matrimonium
impedit, donec contrarium probe-
tur *Cap. Cum in tua* 27. *De Spons.*

His impedimentis impedienti-
bus expresse in *praecitato versiculo*
non contentis, addi quoque potest
tum *impotentia sustinendi onera*
40 *matrimonialia* propter nimiam ege-
statem *Dicastill. de Matrim. tom.*
3. *disput.* 4. *dub.* 17. *num.* 176.
= ibi = *Si sit periculum ineundi
matrimonium indignum etc. pote-
rit id aliquando censeri grave pec-
catum, sicuti et quando inirent
matrimonium, cujus onera prae
nimia egestate sustinere non pos-
sunt* =; quia mariti deinde uxo-
res pro comparandis alimentis me-
ritricari permittunt aut compel-
lunt, et propter eorum prolem sive
legitimam, sive adulterinam, sive
masculinam, sive foemineam de-
pravatae indolis et pessime edu-
catam latronibus, furibus, disco-
lis et meretricibus civitates et
loca replentur, neque numerus
electorum, sed turba et multi-
tudo damnatorum augetur; — tum
ignorantia Doctrinae Christianae, 41
ob quam Episcopus et Parochus
fidei rudimenta ignorantes ex pro-
pria culpa a matrimonio contra-
hendo contra opinionem *Rot. dec.*
535. *num.* 53. *par.* 14. *recen.*
possunt arcere ad tempus et quo-
usque illa addiscant *Benedict. XIV.
de Synod. Dioeces. lib.* 8. *cap.* 14.
per tot., ubi *num.* 5. objecto, quod
Episcopus non possit nova impedi-
menta matrimonium impedientia
statuere, opportune respondet, quod
cum existens in peccato mortali 42
sine gravi sacrilegio matrimonium
contrahere non possit, nec Paro-
chus licite eidem assistere, suaque
praesentia et auctoritate firmare
contractum, quem scit a contrahen-
tibus sacrilege iniri, cumque igno- 43
rans Christianae Religionis institu-
ta, quae ex gravi praecepto scire
tenetur, donec illa ex propria cul-
pa non addiscit, in statu peccati
mortalis miserrime versetur, si
proinde Episcopus vel Parochus 44
huic matrimonium differat, novum
non ponit impedimentum, sed im-
pedimentum objicit et explicat, quo
ille propter peccatum jam detine-
tur; quae docta, clara, ac sana re- 45
sponsio congruit etiam aliis impe-
dimentis impedientibus desuper
recensitis et in saepedicto *versiculo*
non expressis, cum enim vetitum
sit *peccatum* et proinde ad illud
= *vetitum* = eadem impedimenta
referri possint, quia grave peccatum
committunt qui talia impedimenta
contemnunt, ideo si Episcopi vel
Parochi illorum matrimonia, qui-
bus similia obstant impedimenta,
approbare et authorizzare recusent;

Digitized by Google

nova per ipsos impedimenta impe-
dientia statuta dici non possunt,
cum novum impedimentum impe-
diens dici nequeat in hac materia
46 *peccatum*, cum quo talia matrimo-
nia contrahi jam prohibitum fuit.

Quod autem ad rem attinet,
eatenus pro *prima* causa separa-
tionis tori *ad tempus* impedimen-
tum impediens ponendum esse cen-
sui, quatenus contracto matrimonio
cum impedimento impediente, non
statim conjuges una simul cohabi-
tare possunt, sed sunt ad invicem
separandi, prout evenit in casu
quo matrimonium initum fuerit cum
47 censurato vitando. Cum enim cen-
suratus, seu excommunicatus vi-
tandus sit omnino avulsus a com-
munione fidelium, seu Ecclesiae
48 *Can. Omnis Christianus* 32. *caus.*
11. *quaest.* 3, donec non mereatur
absolvi cum eo conjux cohabitare,
49 cibum sumere et loqui non potest
Can. Excommunicatos 17. *caus.*
11. *quaest.* 3. = ibi = *Nullus*
(cum excommunicatis) *in oratio-
ne, aut cibo, aut potu, aut osculo
communicet, nec ave eis dicat,
quia quicumque in his vel aliis
prohibitis scienter excommunicatis
communicaverit, juxta Apostolorum
institutionem, et ipsi simili excom-
municationi subjacebunt* =; secus
autem si matrimonium ratum et
50 consummatum fuerit cum conjuge
qui, constante matrimonio, deinde
in excommunicationem inciderit,
tunc enim utrique conjugi licitum
erit debitum petere et reddere et
in gubernatione et directione do-
mus, ac in colloquiis, mensa et
hujusmodi inter se communicare
Cap. Inter alias 31. *De sentent.
Excommunicat., Can. Quoniam
multos* 101. *caus.* 11. *quaest.* 3.

Separandi igitur sunt conjuges,
quorum alter antequam matrimo-
nium inierit, simplex continentiae
votum emiserit, donec vovens apo- 51
stolicam dispensationem obtinuerit.

Et pariter separationi tori su-
bjiciuntur conjuges, omissis culpa-
biliter denunciationibus, matrimo-
nium contrahentes, quibus inhi-
benda est simultanea cohabitatio,
unusque ab altero saltem per men- 52
sem separatus permanere debet, ut
hoc temporis intervallo neglectae
ante matrimonium denunciationes
suppleantur, ad detegenda si quae
sint inter conjuges canonica impe-
dimenta, itaut si hoc interim una
simul nihilominus cohabitarent,
simulque matrimonii usum habe-
rent, toties lethale peccatum com-
mitterent ex juribus per me relatis 53
in *Vot. x. num.* 121. *et seqq. De
Sponsalib. filiorumfam.*

Super aliquibus ex praedictis
impedimentis impedientibus, ve-
luti super omissione harum denun-
ciationum, quae matrimonium 54
praecedere deberent, Episcopus di-
spensare potest *Navarr. in Manual.
cap.* 22. *num.* 85., *Gutierrez de
Matrim. cap.* 87. *num.* 23., *Regi-
nal. in prax. for. poenitent. lib.*
31. *num.* 192., nunquam tamen su- 55
per voto simplici castitatis, seu
religionis, aut super sponsalibus 56
cum una persona jam contractis,
ut deinde illa spreta et invita nu-
ptiae cum alia diversa ineantur,
vel super matrimonio cum persona
haeretica contrahendo *Benedict.* 57

Digitized by Google

XIV. de Synod. Dioeces. lib. 9. *cap.* 2. *sub num.* 1. *vers. Et primo*, nec generaliter super aliis impedimentis impedientibus, circa quae dispensatio Episcopi contrahentes a
58 peccato immunes reddere nequit.

Ut autem haec dispensatio permissa Episcopo licita sit rationa-
59 bilis causa requiritur *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 2. *tit. de legib. disput.* 1. *quaest.* 2. *punct.* 3. *num.* 1., qua tamen causa interveniente etsi Episcopus possit, non semper nihilominus dispensare te-
60 netur *Sac. Concil. Trident. sess.* 25. *cap.* 18. *de reformat.* Verum illam negare non debet quando necessaria videtur, vel ut publicum aut privatum damnum evitetur; vel si communi aut privato bono sit utilis; seu recta ratio et charitas in proximum exigat ut commoditati petentis dispensatione consulatur *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 10. *a num.* 3., ubi *num.* 5. distinguendo inter dispensationem
61 ab Episcopo super denunciationibus debitam et inter similem dispensationem ex gratia concedendam, debitam esse recte docet = ibi = *In casibus in quibus scandalum sequeretur, aut est suspicio malitiosi impedimenti, expedit enim bono publico ne matrimonia malitiose, vi, aut fraudibus impediantur; et quando subditis expedit valde ad bonum animae aut corporis dispensatio; ut quia vir defloravit foeminam et est periculum mutationis voluntatis viri; vel contrahentes sunt in peccato concubinatus etc. periculumque est in mora, vel morti vicinius vult ducere concubinam etc. Quare si citra causam justam majoris boni Praelatus dispensationem tunc neget, reus erit culpae; secus quando nullum publicum aut privatum notabile damnum sequitur, ut quando senex cum juvencula, vel duo senes contrahere volunt, vel quando nullus est timor impedimenti inter contrahentes, vel sunt magnates, et in similibus casibus, tunc enim, quamvis Episcopus possit dispensare, non tamen tenetur* =.

Quas causas repetit, ac alias, ex quibus Episcopus super denunciationibus ex gratia dispensare potest, vel ex justitia tenetur, una simul colligit ac refert idem *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 9. *per tot.* et sunt quae sequuntur, videlicet

I. Nimia contrahentium disparitas, veluti si valde senis teneram
ducat puellam, seu valde nobilis 62
ducat ignobilem, quibus dispensatio conceditur ratione pudoris et verecundiae:

II. Senectus utriusque contrahentis, ne, si fiant denunciationes, oriatur quaedam irreverentia sacra-
mento, dum senes matrimonium 63
contrahentes irridentur:

III. Concubinatus occultus, dum concubinarii, qui matrimonium inire volunt, diu existimati
sunt conjugati, ne propter denun- 64
ciationes cum eorum verecundia et infamia eorumdem concubinatus detegatur:

IV. Qualitas magnatitia, quando nempe contrahentes sunt magnates, qui valde noti sunt et valde publica eorum matrimonia, itaut

Digitized by Google

65 etiam sine denunciationibus, si
aliquod inter illos adesset canoni-
cum impedimentum, statim scien-
dum esset:

v. Securitas quod nullum ob-
stet canonicum impedimentum,
quando nempe nullius impedimenti
66 timor subest, eo namque cessante,
necessariae non sunt denunciatio-
nes, quae pro detegendis impedi-
mentis sunt praescriptae:

vi. Brevitas temporis, quando
nimirum, si praemitterentur de-
nunciationes, nuptiae benedici non
67 possent, quia immineat tempus quo
ab Ecclesia benedici prohibentur,
quarum benedictio, quantum fieri
potest, omitti non debet, neque
ad hunc effectum est expectandum
ut tempus vetitum transeat ob
periculum dissolutionis sponsalium,
vel fornicationis contrahentium:

vii. Nullitas occulta matrimo-
68 nii, quando scilicet post contractum
publice matrimonium invalidum
deinde reperitur ob impedimentum
occultum, quo casu ad vitandum
scandalum denunciationes omit-
tuntur:

viii. Timor impedimenti, quan-
do nempe timetur quod parentes
aut consanguinei matrimonium im-
69 pediant injuste tamen et minis,
dolo, vi, falsitate, ut suppositis
falsis testibus, vel calumniis — secus
vero quando adest justa impediendi
causa ob notabilem disparitatem etc.

ix. Parentum aut tutorum
interesse, qui causa consumendi
patrimonii nolint quod puella ma-
70 trimonium contrahat, et timeatur
quod injuste et malitiose illud im-
pediant:

x. Matrimonium indignum,
quando parentes vel tutores vo-
lunt quod puella viro indiguo
nubat, tunc enim permitti potest 71
ut nubat viro digno omissis denun-
ciationibus:

xi. Utilitas matrimonii, quan-
do contrahentibus valde conjugium 72
expediret, et sibi illud impediri
timerent:

xii. Periculum inconstantiae
unius ex contrahentibus, veluti si
stuprator paratus sit resarcire dam- 73
num stupratae illatum cum subse-
quenti matrimonio, sed si ejus ce-
lebratio differatur, timeri possit
quod stuprator animum mutet;
amplia etiamsi foemina non esset
virgo, sed tamen, si matrimonium
non contraheretur, infamata re- 74
maneret:

xiii. Levitas alterius ex con-
trahentibus, si nimirum masculus
et foemina sibi fidem dederint de 75
matrimonio contrahendo, et alter
ex eis sit adeo levis ut, attenta
ejus levitate aliisque conjecturis,
timeatur quod probabiliter injuste
a fide data resiliat; expedit enim
quod inter illos matrimonium con-
trahatur ne a data fide injuste 76
resiliens lethaliter peccet et alter
matrimonio sibi ex justitia debito
defraudetur:

xiv. Periculum damni corpo-
ralis, veluti si duo concubinarii
comprehendi possint et uti tales a 77
judice puniri, qui, omissis denun-
ciationibus, sine dilatione in ma-
trimonium conjungi possunt ut
comprehensi, absque laesione veri-
tatis, se conjugatos esse dicere
valeant:

Digitized by Google

xv. Periculum animae, si duo
concubinarii inter se matrimonium
78 inire peroptent et, si differatur,
periculum sit ut dum denunciationes
fiunt inter se commisceantur;
vel si meretrix in lupanari
79 exposita virum invenerit qui illam
desponsare consentiat, quibus pariter
sine denunciationibus licentia
matrimonium ineundi est concedenda,
tum ut meretrix statim a
meretricio desistat, tum ne sponsus,
vel ipsa voluntatem mutet et
in eodem statu meretricio permaneat:

xvi. Scandalorum vitatio, quae
immineant ob aliquam factionem,
80 quaeque vitari possint, quatenus
sine dilatione matrimonium contrahatur:

xvii. Prolis legitimatio, si nempe
concubinarius in articulo mortis
81 constitutus concubinam ducere velit
ut prolem ab ea susceptam
legitimet; et si nulla proles existat,
adhuc concubinam, erga quam valde
82 de est affectus, ducere velit ut
securior sit ejus transitus.

Demum in omnibus casibus
in quibus licita olim erant matrimonia
clandestina, justa est causa
83 dispensandi in denunciationibus.
Hujusmodi vero casus ii sunt de
quibus supra § viii. ix. x. xi. xiv.
et alii similes.

Notandum tamen quod in
quibuscumque casibus non debet
Ordinarius super denunciationibus
84 clausis oculis et sub sola conjugum
assertione dispensare, sed alinnde
informari tenetur an aliquod inter
contrahentes esse possit canonicum
impedimentum, ne cum eo conjungantur
ac nullum et invalidum remaneat matrimonium cum eodem impedimento contractum, quemadmodum haec omnia expendit et advertit *Sanch. de Matrim. loc. cit.*

CAP. III.

De temporanea, seu perpetua Separatione Tori ob mutuum conjugis utriusque consensum.

SUMMARIUM.

1 Separatio tori et cohabitationis fieri potest ob mutuum ex justa causa utriusque conjugis consensum, etiam post matrimonii consummationem.
2 Consensus tamen datus per iracundiam vel valetudinis causa revocari potest.
3 Pro temporanea separatione consensus dari solet ex causa litis inter conjuges promovendae;
4 Vel ut uterque exercitiis spiritualibus et orationi vacare possit.
5 Pro perpetua, quando uterque conjux vitam continentem ducere statuit,
6 Vel quando vir assumit statum clericalem, et uxor in approbata Religione profitetur;
7 Vel cum uterque aut alter Religionem ingreditur, et alter in seculo remanet;
8 Qui tamen continentiae votum emittere tenetur.

Digitized by Google

9 Concipiendum et perficiendum coram ecclesiastico superiore et testibus.
10 Ejusque aetatis et conditionis esse debet, ut de illius incontinentia non possit haberi suspicio,
11 Alias statum mutare nequit.
12 Separatio non est admittenda si, quamvis fuerint aetate provecti, uxor ingredi nolit Religionem.
13 Adhiberi tamen potest in hoc casu cautela ut domum separatam inhabitent.
14 Post matrimonium tantummodo ratum reciprocus consensus non requiritur si alter conjux in Religione professionem emittat,
Et alter ad alias transire nuptias non prohibetur *ibid.*
15 Ad quem effectum post matrimonium ratum habent bimestre conjuges ad deliberandum an Religionem ingredi velint.
16 Non dissolvitur tamen per subsequens votum simplex castitatis quod impedit tantum matrimonium contrahendum, sed non dissolvit jam contractum *et num.* 18.,
17 Neque jam contractum dirimit, sed tantum dirimit contrahendum votum solemne in susceptione Sacri Ordinis *et num.* 19. *et* 21.
20 Votum solemne castitatis dirimit matrimonium ratum quando fit per solemnem religionis professionem;
Alias, nonnisi pro matrimonio deinde ineundo, dirimens impedimentum inducit *ibid.*
22 Quod impedimentum tolli potest per apostolicam dispensationem, quando agitur de matrimonio a regibus, magnisque principibus contrahendo, et quare.
23 Adducuntur exempla de hac dispensatione concessa Diaconis,
24 Sacerdotibus, Episcopis,
25 Et Monialibus.

Secunda inter legitimas causas ex quibus inter conjuges, etiam post consummatum matrimonium, *temporanea* seu quoque *perpetua* separatio quoad torum et cohabitationem fieri potest, est mutuus utriusque conjugis ex justa causa 1
pro separatione consensus *Abb. in Cap. Ad id num.* 3. *De Sponsal.*, *et in Cap. Veniens* 19. *vers. Maritus et Uxor. de Regular.*, *et in Cap. Tua* 24. *De Jurejurand.*, *Raynald. observat. crimin. tom.* 4. *in supplement. ad cap.* 32. *supplet.* 3. *num.* 174. *et seqq.*

Dummodo tamen ab uno ex illis alteri consensus serio et ex animo datus fuerit, non autem per iracundiam seu valetudinis ejus causa, tunc enim revocari potest et alter ad illum redire tenetur, 2
ut, post *Text. in leg. Divortium* 3. *ff. De divort. et repud.*, respondit *Rot. in Romana Assignamenti* 26. *Junii* 1746. § 6. *et seq.*, *coram Elefantut.*, et in ejus confirmatoria 1. *April.* 1748. § 5. *cor. Clemente*, *et in Anconitana Obsequiorum Matrimonialium* 15. *Junii* 1764. § *Quin officiat coram Veri* = ibi = *Ideo-*

Digitized by Google

*que si uxori discedenti maritus vel
per iracundiam annuit, vel vale-
tudinis illius causa, non tamen
divortio consensisse, sed uxorem
adhuc in manu retinuisse videtur:
revocato autem, si qui fuerit, con-
sensu etc. nihil superest quo vir
adhuc a conjuge seorsim vivere,
et ejus societate privari debeat* =

Reciprocus autem conjugum
pro *temporanea* separatione consen-
sus inter eos intercedere solet — vel
quando illum (rato licet) uterque
praestat, quia vir adversus uxorem
3 vel uxor adversus virum litem su-
scipere cogitur, ut infra *cap.* 3.
num. 34. *hujus lib.* 2. *et cap.* 11.
num. 2. *et seqq. lib.* 3. — vel quando
unus vel alter, aut uterque occa-
sione vacandi spiritualibus exerci-
tiis et orationi plena frui libertate
4 peroptat, quemadmodum, juxta mo-
nitum *Apostoli* 1. *ad Corinth. cap.*
7. *vers.* 5. = ibi = *Nolite frau-
dare invicem, nisi forte ex con-
sensu ad tempus, ut vacetis ora-
tioni* =, decernit *Text. in Can.
Apostolus* 12. *caus.* 33. *quaest.* 4.

Pro *perpetua* vero — vel quando
uterque conjux post consummatum
5 matrimonium vitam continentem
ducere statuit; nam alter sine con-
sensu alterius id facere nequit, sed
alteri petenti conjugale debitum
reddere omnino tenetur quod non
officit sanctitati, itaut S. Macarius,
desiderans a Deo intelligere ad
quam sanctitatis mensuram perve-
nisset, divinitus cognoverit se ad
sanctitatem duarum mulierum co-
njugatarum Alexandriae habitan-
tium pervenisse, cumque eas ab
ipso quaesitas tandem invenisset,
et de vivendi genere interrogasset,
nil aliud intellexit quam quod
inter se concordes semper vixis-
sent et desiderium quidem in-
grediendi coenobium habuissent,
sed quia id mariti permittere no-
luerunt, in fide conjugali illis
praestanda pervixissent : — vel
quando vir assumit statum cle-
ricalem et uxor in approbata re- 6
ligione profitetur *Can. Quia Aga-
tho* 21., *et Can. seq. caus.* 27.
quaest. 2., *Cap. Cum sis* 4. *De
convers. Conjugat.*, *Benedict. XIV.
in suo tract. de Synod. Dioeces.
lib.* 13. *cap.* 12. *num.* 11. :— vel
cum uterque, aut alter de con-
sensu alterius religionem ingre- 7
ditur et alter in seculo remanet,
qui tamen, ultra consensum, per-
petuum quoque continentiae votum
una simul emittere debet ut sta- 8
tutum habemus in *Cap. Cum sis*
4. *De convers. Conjugat* = ibi =
Ut Castitatem promittente =, et pa-
riter in *Cap. Ad Apostolicam* 13.
eod. tit. = ibi = *Nisi perpetuam
continentiam repromittat* =; quod
continentiae votum concipiendum
et rite perficiendum est coram te-
stibus et ecclesiastico superiore, ut 9
declarat *Benedict. XIV. de Synod.
Dioeces. lib.* 13. *dicto cap.* 12. *n.*
11. *in fin.*

Praeterea sive vir sive uxor
in seculo remanens ejus esse debet
aetatis et conditionis ut ratione
morum nulla possit haberi suspicio
de periculo illius incontinentiae, 10
quemadmodum sancitum est in
Cap. Uxoratus 8. *De Convers. Co-
njugat.* = ibi = *Quae integrae
opinionis ita existat, quod nulla*

Digitized by Google

suspicio habeatur quod minus continenter debeat vivere = et infra = ***Si autem talis fuerit, quae suspicione non careat in loco religioso, ubi Deo serviat, perpetuo commoretur*** =, ut probat *Benedict. XIV. de Synod. Dioec. loc.* [illegible]
adeout si vir in seculo remanens non sit aetate provectus, neque ab incontinentiae suspicione remotus,
11 ad Sacros Ordines non sit admittendus *Benedict. XIV. loc. cit. num.* 14.

Multoque minus si, licet ambo conjuges sint aetate provecti, uxor tamen religionem ingredi recuset
12 contra dispositionem *Text. in Cap. Conjugatus* 5. *De convers. Conjugat.* = ibi = *Nullus conjugatorum est ad Sacros Ordines promovendus nisi ab uxore* CONTINENTIAM PROFITENTE *fuerit absolutus* =, quae verba *continentiam profitente*, congruere sanctimonialium instituto et professioni in approbata religione dicit *Benedict. XIV. loc. cit. n.* 16. *in fin.*, ubi tamen concludit quod renuente uxore religionem amplecti, adhibita fuit in hujusmodi casu cautela quod alter conjux ab altero separatus distin-
13 ctam, diversamque domum inhabitaret.

Ex praemissis autem causis fit inter conjuges separatio post matrimonii consummationem, utriusque interveniente consensu *Benedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib.* 13. *d. cap.* 12. *num.* 10. Sed si matrimonium fuerit tantummodo ratum et non consummatum, tunc non solum alter ab altero consentiente, sed et dissentiente separari potest, nedum quoad torum et cohabitationem, verum etiam quoad vinculi matrimonialis dissolutionem, quatenus religionem ingrediatur, ibique professionem emittat, eoque casu in seculo remanens, quia matrimonii nexus est resolutus, ad alias transire nuptias
non prohibetur *Cap. Verum* 2. *Cap.* 14
Ex publico 7. *De convers. Conjugat.*, *Sac. Concil. Trident. sess.* 24. *Can.* 6. = ibi = *Si quis dixerit, matrimonium ratum non consummatum per solemnem religionis professionem alterius conjugum non dirimi, anathema sit* =; ad quem effectum uterque conjux habet bimestre ad deliberandum an consummare, seu, altero quoque obsistente, religionem ingredi velit *dicto Cap. Ex publico* 7. *De con-*
vers. Conjugat., *Benedict. XIV. de* 15
Synod. Dioeces. lib. 13. *d. cap.* 12. *num.* 2.

Quod tempus non est adeo limitatum atque restrictum ut etiam ultra bimestre extendi non valeat, nam si vir post matrimonium simpliciter ratum, illud transacto quoque bimestre non consummet, post bimestre et etiam post annum religionem ingredi non impeditur *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 3. *tit.* 32. *num.* 5. Si vero quamvis intra bimestre renuat uxor viro reddere debitum cum protestatione se velle potius ingredi religionem, aut quia nondum deliberaverit statum conjugalem, seu religiosum amplecti, vir autem hac non obstante protestatione per vim nihilominus illam comprimat, adhuc ipsa, eo etiam invito, religionem

Digitized by Google

ingrediendi jus non amittit *Reiffenstuel. loc. cit. num.* 6.

Haec tamen locum habent in
casu tantum ingressus unius conjugum in religionem approbatam cum
subsequenti solemni professione.
Caeterum praeter hunc casum matrimonium tantummodo ratum et
non consummatum (nisi accedat
apostolica dispensatio, de qua *supra lib.* 1. *Cap.* 16.) nunquam dissolvitur, nec etiam per subsequens
16 votum simplex castitatis *Cap. Ex
parte* 14. *De convers. Conjugat.*,
neque per votum solemne in susce-
17 ptione Ordinis sacri; quia etsi dictum votum simplex impediat et
hoc solemne dirimat matrimonium
contrahendum, neutrum tamen
matrimonium antea contractum,
quamvis non consummatum, dis-
18 solvit, ut quoad votum simplex castitatis probavi in praecedenti *Cap.*
2. *num.* 19. *hujus Libri II.*, et quoad
votum solemne per susceptionem
sacri Ordinis, quod dirimat matrimonium jam contractum, *nec Jure*
19 *Divino nec per Sacros Canones
reperitur hoc statutum*, ut inquit
JOANNES XXII. *in Extravag. Antiquae De Voto et Vot. redemp.*

Votum ergo solemne castitatis tunc solum dirimit matrimonium jam contractum, sed non
consummatum, quando fit per so-
20 lemnem religionis professionem,
alias nonnisi pro matrimonio deinde
ineundo dirimens impedimentum
21 inducit, quod tolli tamen potest
per apostolicam dispensationem
concessam aliquando pro contrahendis, hoc non obstante voto, ma-
22 trimoniis a regibus, magnisque principibus; horum etenim matrimonia
cum directa sint vel ad ineundas
paces, vel ad propagandas seu
conservandas regias stirpes, regnorumque successiones, primario respiciunt bonum publicum ac populorum utilitatem. Quamobrem similis dispensatio non conceditur
pro matrimoniis particularibus privatorum civium, in quibus praedicti effectus non concurrunt ut
tradit *Sanch. de Matrim. lib.* 8.
disput. 20. *num.* 24. *et seq.*, aliisque relatis *Rot. dec.* 360. *n.* 1. *et*
2. *par.* 18. *tom.* 1. *rec.*

De hac dispensatione, inter
alias, exemplum habemus in Casi-
miro II., Micislai Regis Poloniae 23
unico filio, qui e monasterio Cluniacensi, ubi solemnem emiserat
professionem et jam ad diaconatus ordinem promotus fuerat, ad
sedandas civiles discordias cum rapinis, incendiis et stragibus sexennio continuatas egressus, regale Poloniae thronum occupavit, nuptiasque contraxit mediante dispensatione Summi Pontificis BENEDICTI IX.,
ut narrat *Forest. in Vit. Regum
Poloniae lib.* 10. *p. mihi* 267. *et
seqq.*

Nec Papa dispensare potest ex
causa tantum cum Diaconis, ut in
praemisso casu, et cum Subdiaconis
Gloss. et DD. in Cap. Cum olim 6.
De Cleric. Conjugat., *Bald. in L.
Rescripta* 7. *num.* 8. *Cod. de precib. imper. offeren.*, *Dec. cons.* 112.
num. 4., sed etiam cum Sacerdoti-
bus, et proinde INNOCENTIUS III. di- 24
spensavit cum Ramiro Arragonum
Rege, Abbate, Sacerdote et Episcopo, qui, ducta deinde uxore, ex

ea Petronillam filiam suscepit, quae in Arragonum regno succedens cum Raymundo Comite Barchinonen. matrimonium inivit, ex quo per lineam descendentalem octo generationes prodierunt. Gregorius xiii. cum Provinciali Cappucciuorum, fratre Cardinalis Joyosae, eamdemque dispensationem concesserunt alii Summi Pontifices etiam monialibus, atque de hac prae caeteris exemplum praebuit Costantia, filia Rogerii Siciliae Regis, monialis professa in civitate Panormi et jam quinquagenaria, quae per dispensationem Coelestini iii. nupsit Henrico vi. Imperatori, ex quo matrimonio ortus est Federicus ii. Romanorum Imperator, quemadmodum narrant historiae, et de iisdem matrimoniis cum apostolica dispensatione, ut supra, contractis testantur doctores relati per *Albertin. de agnosc. assert. Catholic. et Haeretic. quaest.* 21. *num.* 41., *Maschat. Instit. Canon. lib.* 3. *tit.* 31. *de Regular. num.* 28. *et* 29.

CAP. IV.

De Separatione Tori ad tempus propter haeresim.

SUMMARIUM.

1 Lapsus in haeresim, aut gentilismum, alia fornicatio spiritualis unius conjugis est causa separationis tori:

2 Dummodo haereticus in sua pertinacia perseveret *et num.* 6.

3 Si haereticus catholicum conjugem pervertere nititur, hic propria auctoritate separari potest, …

4 Imo est cogendus.

5 Sed si speretur conversio, catholicus cum eo cohabitare potest.

6 Etsi per unicam carnalem fornicationem detur separatio tori, unicus tamen actus infidelitatis ad id non sufficit.

7 Quisnam dicatur haereticus *et num. seqq.*

19 Haereticus non est qui negat conceptionem B. Mariae Virginis immaculatam in primo instanti:

20 Melius est tamen illam defendere.

21 Quid acciderit Auctori eam defendenti.

22 Demonstratur conceptionem B. M. V. in primo istanti fuisse immaculatam *et num. seqq.*

28 An hoc sustineri possit cum sanguinis effusione.

29 Beatissima Virgo fuit baptizata, et quare.

30 A suo Divino Filio fuit redempta, sed redemptione praeservativa.

31 Ejus mors non fuit poena originalis culpae *et num. seqq.*

32 Debita per homines contracta quando Adam peccavit *et num. seqq.*

35 Ab illis D. N. J. C. fuit immunis.

36 Effectus mortis.

37 An a praedictis debitis B. M. V. fuerit immunis.

38 An si B. V. M. Filio praemortua fuisset, ejus anima descendisset ad limbum.

Digitized by Google

39 Facta separatione tori propter haeresim, matrimonii vinculum remanet intactum.

40 Propter lapsum in haeresim sponsi, sponsalia dissolvuntur.

41 Votum ultramarinum, vi cujus vir ab uxore divertere poterat ad tempus, hodie viris non suffragatur.

42 Gesta per S. Ludovicum Galliae regem ad recuperandam terram sanctam.

Lapsus in haeresim, seu gen-
1 tilismum alias fornicatio spiritualis
alterius conjugum, *tertiam* praebet causam separationis quoad torum et cohabitationem alteri conjugi innocenti *Cap. Quaesivit* 2. *De Divort.*, ne ex cohabitatione cum haeretico, periculum subeat infectionis, dummodo tamen in sua pertinacia haereticus perseveret
2 *Oldrad. cons.* 210. *num.* 11., *Sanch.*
de Matrim. lib. 10. *disput.* 15. *num.* 3. *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 107.

Quinimo, si haereticus catholicum pervertere nititur et gravissimum est periculum assentiendi, non solum conjux innocens propria
3 auctoritate separari potest *Cap. De*
illa 6. ibique communiter DD. *De divort.*, *Sanch. de Matrim. loc. mox citat.*, *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 102. *et seq.*, verum etiam ad se omnino separandum est cogendus
4 *Castropal. tract.* 28. *disput.* 3. *de*
Matrim. et Sponsal. punct. 6. § 8. *num.* 2. *tom.* 5.

Si vero adsit spes conversionis, tunc innocens, si velit, cum
eo habitare non impeditur *Avers.* 5
quaest. 23. *de Matrim. sect.* 9. *vers. Secundo*, *Tamburin. de Sacram. lib.* 8. *tit. de Matrim. tract.* 8. *cap.* 3. § 7. *num.* 2. *et* 4.; cum ipso autem habitare tenetur, neque se separare potest, si unicus tantum fuerit infidelitatis actus, licet enim per unicam carnalem fornicationem detur inter conjuges separatio, unicus tamen actus in-
fidelitatis ad hoc non sufficit, nisi 6
concurrat consuetudo, quae pertinaciam ostendit *Sanchez de Matrim. lib.* 10. *disp.* 15. *num.* 11., quam pertinaciam requiri satis expressit *Apostol. in Epist. ad Tit. cap.* 3. *vers.* 10. *et seq.* = ibi = *Haereticum hominem post unam et secundam correctionem devita, sciens, quia subversus est, qui ejusmodi est et delinquit, cum sit proprio judicio condemnatus* =

Haec igitur omnia firmo gressu procedunt si conjux, qui tamquam lapsus in haeresim accusatur, vere cum pertinacia fuerit haereticus;
haereticus autem est qui falsam 7
de fide catholica gignit opinionem, vel eam sequitur *Can. Haeresis* 27. *Can. haereticus* 28. *et seqq. caus.* 24. *quaest.* 3., qui negat Sanctissimam Trinitatem, Jesu Christi Divinitatem, purissimam ejus, opera Spiritus Sancti, conceptionem et ipsius mortem et passionem pro humani generis redemptione, ut advertit *Pasqualon. in Sac. Arsenal. Avvert.* 43. *pag.* 370.; quicumque
Sacram Scripturam aliter intelligit, 8
quam Spiritus Sanctus flagitet. *d. Can. Haeresis* 27. *caus.* 24. *quaest.* 3. *Can. Relatum* 13. *dist.* 37.,

Digitized by Google

qui ex contemptu Romanae Ec-
9 clesiae, vel Summi Pontificis, Apo-
stolicae Sedis praecepta transgre-
ditur, eaque servare contemnit,
et etiam qui servare despicit De-
cretales, itaut quasi claves con-
temnere videatur *Can. Nulli* 5.
dist. 19. *Can.* 1. *dist.* 20.; qui as-
serit quemcumque sine fide posse
salvari, aut loquitur contra Sacra-
menta, ceremonias et ritus Eccle-
siae, usumque Sacramentorum, vel
contra traditiones apostolicas, seu
contra purgatorium, indulgentias
et articulos fidei *Pasqualon. in
Sac. Arsenal. par.* 1. *pag.* 7.; qui
10 eadem pervertit Ecclesiae Sacra-
menta, ut est Simoniacus, qui ven-
dit illa vel emit *Can. Eos qui per
pecuniam* 21. *caus.* 1. *quaest.* 1.
Can. Si quis 2. *et seqq. caus.* 1.
quaest. ult.; qui negat illibatissi-
mam, purissimam et omnimode
intactam virginitatem Mariae San-
ctissimae Matris Dei *Pasqualon. loc.
cit. d. Avvert.* 43. *pag.* 370.;
omnis qui quomodocumque ab uni-
11 tate catholicae fidei et commu-
nione fidelium est divisus *Can.
Quod autem* 2. *caus.* 4. *quaest.* 1.
Can. Denique 9. *caus.* 7. *quaest.*
12 1.; qui dubitat de catholica fide
Cap. 1. *De Haeretic.*: debemus enim
firmiter credere et simpliciter con-
13 fiteri *Cap. De Summ. Trinit. Cap.*
1. *eod. tit. in* 6., nam dubitans
non est in fide, quique non est
14 in fide, est contra fidem et in-
fidelis *Leg. Coelicolarum* 11. *Cod.
De Judaeis d. Cap.* 1. *De Haere-*
15 *tic.*; qui Romanae Ecclesiae privi-
legium ab ipso Summo Ecclesiarum
Capite auferre conatur *Can.* 1. *dist.*
22.; qui non recipit, nec credit id
quod habetur ex quatuor sacrosan-
ctis Conciliis Oecumenicis, videli-
cet Niceno, Constantinopolitano 1., 16
Ephesino et Chalcedonensi *Leg.
Quicumque* 8. *Cod. de Haeretic.*;
et stricto modo dici potest haere-
ticus qui a recto tramite et judi-
cio catholicae fidei deviare dete- 17
gitur *Leg.* 2. *in fin. Cod. de hae-
retic.*, seu quicumque non credit,
aut credi non opportere docet, vel 18
jactat credendum non esse quod
est de fide credendum.

Hinc haereticus non erit co-
njux qui dixerit vel sustinuerit
Beatissimam Virginem Mariam non
fuisse in primo instanti sine labe
originali conceptam, quia contra- 19
rium non est adhuc expresse ab
Ecclesia definitive decisum; melius
tamen faceret si ejus conceptio-
nem totaliter immaculatam fuisse 20
defenderet.

Et in hoc proposito me nar-
rare non piget ad onorem et glo-
riam ejusdem Sanctissimae Dei Ge-
nitricis Mariae, quam qui eluci-
dant vitam aeternam habebunt,
quod dum essem Vicarius Aposto- 21
licus et Administrator Episcopatus
Civitatis Callii et saepe post pran-
dium a curis mei muneris absolu-
tus me conferrem ad conventum
RR. PP. Cappuccinorum, quadam
die in illorum horto deambulans
et cum nonnullis ex eis verba fa-
ciens de hoc singulari Mariae pri-
vilegio adhuc controverso, quam
tamen controversiam a Benedicto
XIV. de recenti ad Summum Pon-
tificatum tunc evecto, ejusdemque
Virginis Immaculatae specialiter

Digitized by Google

devoto in illius Immaculatae Conceptionis favorem resolvendam esse sperabant, comparuit quidam religiosus alterius Ordinis inter 23. et 24. diei horam, qui statim variis argumentis idem privilegium totis viribus impugnare suscepit. Quamvis ego, ultra ingenii mei tenuitatem, super hujusmodi articulo nullum unquam fecissem studium, tantas nihilominus validas pro defensione Immaculatae Conceptionis adduxi rationes (quas nescio quomodo tunc excogitare potuerim, easque modo repetere sine speciali superiori lumine minime possum) ut contradictor magno cum gaudio illorum Seraphici Ordinis religiosorum tandem convictus, mutus et verecundus remanserit. Sequenti die summo mane, antequam e lecto surgerem, vir quidam, qui e Civitate Pisauri pedetentim veniens nonnisi de nocte iter facere potuerat, attenta distantia illius Civitatis a Civitate Callii, ex improviso mihi exhibuit pretiosam Imaginem Sanctissimæ Conceptionis phrygio opere ex auro, argento, filoque serico elaboratam, quam honestissimus, doctusque Sacerdos Pisaurensis mihi donabat. Vix hoc pervenit ad aures Cappuccinorum, qui controversiae fuere praesentes, eadem die se ad Episcopale Palatium transtulerunt, visoque dono, admiratione commoti cum laetitiae lacrymis exclamarunt: *obmutescant quicumque Beatissimae Virginis* Mariæ *Immaculatam Conceptionem impugnant:* hoc donum non est solius sacerdotis donantis, qui nullam de hesterna vespertina controversia notitiam habuit nec habere potuit, sed ipse est medium quo usus est Maria ut suum defensorem pro reportata victoria remuneraret. Et utinam reminisci possem argumentorum, quibus Immaculata Conceptio tunc probata remansit, ut ea ad suadendos oppositores literis darem. Apud me tamen semper est, semperque erit certissima Immaculata Conceptio, donec mea sententia ab Ecclesia damnata non fuerit; (omissisque omnibus revelationibus, in quibus ipsamet Virgo eamdem suam Conceptionem in primo instanti immaculatam manifestavit et praesertim Sorori Mariae de Agr. ut *in ejus lib.* 1. *Mystic. Civit. cap.* 15. *num.* 220. *et cap.* 17. *num.* 252., S. Mectildi, ut *in ejus lib. Spir. grat. lib.* 1. *cap.* 46., S. Birgittae in *ejus lib.* 6 *Revel. cap.* 49., B. Gondisalvo Archiepiscopo Toletano *Bust. in Offic. Concept. Tritem. lib. de Script. Eccles. Temisvar. lib.* 4. *Stellar. par.* 1. *art.* 3.) ad eam quovis tempore immaculatam constantissime credendam hisce solis reflexionibus me sentio necessario coactum.

Rex eligit sibi ducere in uxorem mulierem nascituram ex pa- 22
rentibus cujusdam familiae, in qua filii et filiae concipiuntur cum quadam turpi macula, quae curata, a morte liberat, sed nihilominus est aliorum vitae incommodorum causa et origo et nota quaedam, propter quam ea familia a cunctis de populo abominari meretur, unde Regi neque decus, neque conveniens esset cum muliere macula

simili deturpata, caeterisque incommodis obnoxia nuptias inire. Rex tamen scit efficace remedium quo ante conceptionem adhibito, nec ulla macula contrahi potest in conceptione, nec proinde praedicta incommoda subsequuntur, imo proles omni ex parte sana, pulcherrima, formosa et amabilis concipietur. Quis sibi suadere poterit, quod Rex, caeteroquin prudens et sapiens, hoc neglecto remedio, filiam deinde natam ac prius haereditaria foedatam macula, a qua ipsemet illam praeservare poterat, absque ulla difficultate desponsare velit? Et si cum effectu eamdem desponsaverit, quis indubitanter non credet quod nunquam id fecisset, nisi ante illius conceptionem usus fuisset remedio, quo facile et ad sui libitum uti poterat ut sponsam nunquam a praedicta labe pollutam, sed omni sanitate, venustate et gratia praeditam possideret?

Mortis supplicium Dominus
23 primo homini, quem de limo formaverat et in paradisi terrestris felicitate constituerat, comminatus fuerat si inobedientiae peccatum commisisset. Peccavit, et post peccatum (ut D. Augustini verbis utar) exul effectus, stirpem quoque suam, quam peccando in se tamquam in radice vitiaverat, poena mortis, maledictione et damnatione obstrinxit, ut quidquid prolis ex illo, suaque conjuge simul damnata, per quam peccaverat, conciperetur, traheret originale peccatum. Sic per unum hominem peccatum intravit in mundum et per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransit, in quo omnes peccaverunt. Jacebat igitur in malis totius humani generis massa damnata, maledicta, captiva daemonis et geennae, in qua nemo mundus a sorde, nec infans, cujus est unius diei vita super terram.

Rex regum et Dominus dominantium adhuc terram non fecerat,
et flumina et cardines orbis terrae, 24
nondum erant abyssi, necdum fontes aquarum eruperant, necdum montes gravi mole constiterant et usque ab aeterno cuncta vidit ab eo creanda, vidit Adae peccatum, totamque illius posteritatem labe peccati originalis infectam, et propter nimiam charitatem suam, qua nos dilexit, ab aeterno sibi in sponsam elegit nascituram Virginem Davidicae Stirpis Mariam, quae sacro gravidanda foetu, divinam, humanamque prolem prius conciperet mente quam corpore, hoc est unigenitum ipsius Dei Filium, qui reconciliandam Auctori suo naturam generis assumpsit humani.

Nulli dubium quod Beatis-
sima Virgo Maria inter Adae po- 25
steros connumeretur, sed haereditasse, sicut caeteri, in sua conceptione labem peccati originalis nullatenus est credendum. Quis enim credere potest quod Rex hujus seculi ad proprio consulendum decori, cum potuerit, a corporali macula in conceptione contrahenda, prudenter, ut supra, praeservaverit mulierem a se desponsandam, Rex autem Coeli et Terrae, Prudentissimus, Sapientissimus et Omnipotens, qui cum solo actu suae divinae voluntatis Beatissimam Vir-

Digitized by Google

ginem Mariam a peccati originalis labe ab aeterno praeservare potuerit, id facere tamen omiserit, ut mulierem hac prius macula deturpatam et ratione hujus peccati sibi prius odibilem, maledictam et inimicam, ac antea per momentum etiam dignam manendi sub potestate daemonis et in statu damnationis, in sponsam habere, utque pareret ejus dilectissimum Filium Deum simul et hominem mortalitatis quidem nostrae participem, sed peccati totius expertem?

Ubi esset honor Patris, qui
26 de Filio ab hac Matre concepto dixit: *Filius meus es tu; Ego hodie genui te: hic est Filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: et Ego primogenitum ponam illum, excelsum prae regibus terrae:* si illum uti quoque Filium nasci permisisset ab eadem Matre prius a se maledicta, tamquam ab originalis peccati labe ignominiose polluta, quamvis simpliciter volens ab hac macula et maledictione eamdem usque ab aeterno excludere potuisset? — Ubi honor Filii, qui gloriari poterat se Patrem habere Deum, si e contra Mater, a qua conceptus fuit, ejus esset tam abjectae ac vilissimae conditionis ut manendi sub captivitate ipsius daemonis cum infamiae nota aliquando digna fuisset, licet ipse simpliciter volens ab hoc abominabili, turpique dedecore illam usque ab aeterno praeservare nequaquam prohiberetur? — Ubi honor Spiritus Sancti, si mulierem tanta faeditate aliquando pollutam et divina maledictione damnatam in sponsam acceptasset, etsi simpliciter volens eam sine ulla macula, sine ulla ruga, totamque pulchram, formosam, ac semper et usque ab aeterno quacumque labe carentem habere, a nemine poterat impediri?

Fateor quod hoc est adeo penes me inverisimile, ideoque incredibile, ut quidquid dicant contrarium sentientes, vel in dubium hoc Beatissimae Mariae Virginis privilegium revocantes, non solum cogar pie credere nunquam purissimam Coelorum Reginam ullam originalis peccati labem contraxisse, neque
propter ejus eminentem ac altissi- 27
mam dignitatem contrahere potuisse, simulque libentissime amplecti sententiam *Azor. instit. moral. par.* 1. *lib.* 4. *cap.* 34. *vers. Tertio quaeritur, et par.* 2. *lib.* 1. *cap* 21., *Suarez tom.* 1. *de Relig. lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 2, *Henriquez in Summ. lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 3., *Martin. del Rio disquisit. Magicar. lib.* 4. *cap.* 1. *quaest.* 3. *sect.* 9., *Rodrig. tom.* 1. *quaest. regular. quaest.* 57., *Comitol. lib.* 6. *resp. moral. quaest.* 4., multoque magis *SS. Gregorii Neocesariens. in exposit. Salut. Ang., Cyrill. Alexand. lib.* 6. *in Joann. cap.* 15; *Idelphons. in serm. de Virgin. et Purit. B. V., Dominic. in tract. de Corp. Christ. adversus haereticos Albigens., Antonii Patavin. in serm.* 2. *Dominicae v. Pent. et serm. Parascev., Thomae a Villanova serm.* 3. *de Nativ. Virgin., Laurent. Justinian. lib.* 6. *de Castit. connub. cap.* 7. *et in fascicul. amor. cap.* 7., *Francisc. Sales. serm.* 17. *in Parascev. et serm.* 27. *de praesent*

Virg., *et lib.* 2. *de Amor. Divin. cap.* 6.

Verum etiam, contra nonnullorum opinionem, protestor me esse promptum et paratum ad sustinendum, Deo adjuvante, hujusmodi privilegium et exemptionem inte-
28 meratae Deiparae ab originali culpa etiam cum proprii sanguinis effusione, tum ob honorem et gloriam Dei, ejusque Sanctissimae Matris, quibus ex hac defensione resultat, cùm pro quacumque christiana virtute, bonoque opere in obsequium, cultum, gloriam et honorem Dei redundante, juxta communem Theologorum omnium sententiam, sanguis effundi possit; tum etiam directe pro sustinenda veritate Immaculatae Conceptionis in primo instanti, prout *anno* 1656. *sub die* 12. *Junii* solemni juramento Neapolitana civitas vovit *Auriem. in Affect. par.* 1. *cap.* 20.; voveruntque Philippus IV. Rex Hispaniarum *Auriem. loc. cit.* a san. mem. Gregorius XV. Europae ornamentum, et laetitia Catholicae Ecclesiae appellatus; Cardinalis Franciscus Toletus, cui propter ejus profundam doctrinam, quemlibet librum absque ulla alterius censura Summus Pontifex in lucem edere indulsit, qui dignissimus Purpuratus protestatus est etiam cum sanguinis effusione, quatenus opus, hanc defensionem suscipere *Auriem. loc. cit.*, Venerab. Joannes Bercmans Societatis Jesu, qui proprio sanguine scriptam eamdem promissionem emisit *Marches. in Diar. sacr.* 3. *August.*, omissisque aliis Thomas Frances Min. Observ. Religiosus, et insignis theologus ab Universitate Caesaraugustae magna in existimatione habitus, qui non solum ita vovit, sed omnes ita vovere desideravit his verbis = *Utinam ita omnes sic perpetuo ad gloriam Conceptionis Immaculatae promitterent* =; quod et deinde hac expressione confirmavit = *Utinam in me felicissime contingeret, qui non solum unam, sed milliaria vitae, si haberem, placidissimo affectu darem pro defendenda Immaculata Conceptione* =, ut videre est apud eumdem *tom.* 1. *Certam. Scholast. sect.* 20. § 8, *et sect.* 21. *subsect.* 2.

Quod tam solemne votum praedicti viri doctrina, religione et morum exemplaritate conspicui proculdubio non emisissent, nisi tuto, firmiter, et absque ulla haesitatione pro vera, certa et indubitata suam credidissent opinionem, cumque illam infallibili Ecclesiae judicio innitere nequiverint, quia hujusmodi articulus adhuc est indecisus, eam proinde in sua mente, corde et animo ita firmiter, constantissimae et absque ulla dubitatione usque ad sanguinis effusionem, quatenus opus, constabilire non potuerunt, nisi, non diabolo instigante qui est capitalis Sanctissimae Virginis inimicus, sed solius Dei aspirante gratia, quae tamen illos ad ita credendum non excitasset, si rem non veram, sed falsam credere debuissent, nam Deus, qui est ipsa veritas, ad credendam et pro vera tenendam falsitatem neminem inspirat, minusque compellit.

Ego autem pariter, ut jam dixi, sine ulla dubitatione ita sentio,

Digitized by Google

ita voveo, et si aliter sentirem, nonnisi diabolum (si per solum etiam momentum purissimam Deiparae animam sub sua potestate habuisse concederem) superbiorem facere, meque Deo debitum honorem auferre existimarem, quippe qui temere potius, quam consulto ex humani generis massa damnata sibi matrem extraxisse, etsi sit penitus inverisimile, contra omnem verisimilitudinem et congruentiam admitterem.

Neque me turbat quod illibatissima Dei Genitrix fuerit a suo Divino filio baptizata, tum quia illius etiam Unigenitus Divinus Filius, quem nulla originalis macula unquam coinquinare potuit, Baptismum a Joanne suscepit, tum
29 quia etsi *Immaculata*, adhuc a Baptismo non debebat excludi, sed baptizanda erat tam pro primo et secundo fine, pro quibus hoc sacramentum confertur; pro primo nempe ut per illud novae ejusdem sui Divini Filii aggregaretur Ecclesiae; pro altero ne illius characteris decore privaretur *La Croix lib.* 6. *par.* 1. *Theol. Moral. num.* 180., quam etiam pro tertio, qui est gratia, sed cum distinctione, videlicet, si aliis hominibus Baptismi sacramentum confert gratiam, quae extinguit originale peccatum, ei contulit augmentum gratiae praeservativae, quam jam receperat.

Nec etiam me turbare potest quod ipsa quoque ab eodem Divino
30 suo Filio redempta fuerit; siquidem ejus redemptionis meritum non fuit aequale cum merito redemptionis aliorum hominum, in quibus eo mediante originalis culpa jam contracta remanere debuit extincta, sed fuit *redemptio praeservativa*, ut Theologi omnes fatentur, ideoque specialis et eminentior, quia illa mediante origiualem maculam nunquam contraxit, sed ab ea praeservata fuit et prorsus immunis evasit, ut fuse probant *Jo. Perlin. in Apol. pro immunit. Virg. a debit. dist.* 3. *cap.* 8., *Montalban. tom.* 2. *de eminentis. Deip. Redempt. tom.* 3. *disput.* 1. *quaest.* 2.

Nihil quoque interest, quod illa etiam mortalis fuerit, ex hoc
enim inferri nequit, quod ita peccati originalis poenam subierit. 31
Quandoquidem in instanti, quo Adam peccavit, ipse et nos cum
eo duo contraximus debita, unum scilicet *naturale* a Theologis *remotum*, alterum *morale* ab iis *proximum* appellatum. Propter *proximum* 32
contrahimus in conceptione originale peccatum mortem in poenam inferens, a quo Sacratissimam Virginem incolumem fuisse contendo. 33
Propter *remotum*, quod nullam affert maculam, nec originali officit sanctitati et innocentiae, generamur omnes et concepti sumus per viam naturalem et ordinariam propagationem a radice infecta, uti primi parentis descendentes habentis in se ipso principia mortalitatis, adversarias nimirum elementorum et humorum, ex quibus constituitur humanum corpus, qualitates, et innati caloris primogenium humorem depascentis, et ipsam corporis ex limo terrae materiem, cujus est natura mutabilis et corruptibilis, ideoque mortalis, *Catechis. Concil.* 34

Digitized by Google

Trident. par. 1. *art.* 1. *num.* 13.,
35 a quo sane debito Dei Matrem non
excludo, quia et ipsa per ordina-
rium modum humanae generationis
concepta fuit, ad differentiam Filii,
qui fuit conceptus non humano
modo, sed Spiritus Sancti virtute,
ideoque ab utroque debito liber,
et si nihilominus obiit, adhuc non
ex naturali conditione et necessi-
tate, sed oblatus est, quia ipse
voluit propter nimiam charitatem
suam, qua nos dilexit. Hinc mors
non est pernecesse sola poena pec-
cati, sed esse potest tum peccati
36 poena, tum effectus conditionis hu-
manae naturae corruptibilis, tum
occasio meriti *Pinell. in tract. de
al. vit. par.* 1. *cap.* 7. Nulla igitur
adest implicantia quod Virgo Dei
Genitrix, Coelorumque Regina con-
cepta sit sine macula originali, et
nihilominus morti fuerit obnoxia;
potuit enim pati mortem tam ad
37 augenda ejus merita, quam ob de-
bitum *remotum*, quia per huma-
num et ordinarium modum gene-
rationis a radice de sui natura cor-
ruptibili descendebat, eamque non
pati ob debitum *proximum*, et in
poenam originalis peccati, a quo
semper fuit immunis. Praeterquam-
quod si mortem non gustasset, su-
perioria conditionis, quam Filius,
fuisset, qui licet immaculatus, im-
pollutus, Deus et Homo, et ab
utroque debito exemptus, adhuc
mortem subivit innocens, a morte
nos ut tolleret.

Supponere tandem non officit,
quod si Filio praemortua fuisset,
sanctissima illius Anima descen-
disset ad Limbum, non autem il-
lico ad Coelestem Patriam evolas- 38
set, hoc enim nihil ejus Immacu-
latae detrahit Conceptioni, quia nil
aliud probat, quam cum ad ipsam
tamquam creaturam neque huma-
num genus redimere, neque illud
post redemptionem glorificare spe-
ctaret, sed id Filio reservatum fuisset
tamquam homini quidem, sed in-
simul Creatori, qui solus post Adae
lapsum merito crudelissimae suae
passionis et mortis, genus humanum
redimere, caelique januas aperire
poterat, ipsa proinde ibidem usque
ad tempus redemptionis praefinitum
a Patre, itemque usque ad tempus
Resurrectionis et Ascensionis in
Coelum Filii remanere debuisset;
nisi potius dicere cum veritate ve-
limus, quod supponere hanc prae-
morientiam est supponere quod
erat penitus impossibile, nam ab
aeterno Divini Consilii inscrutabilis
altitudo disposuit ut Filius illam
in moriendo praecederet, prout pro-
phetico spiritu ductus S. Simeon
apud *S. Luc. cap.* 2. *vers.* 35.
eidem nunciavit dicens: *Tuam ip-
sius animam doloris gladius per-
transibit:* idque probavit eventus.
Itaque statutum ex hoc fuisse cre-
dendum ne propter praemorien-
tiam illa excellentissima, purissima
et immaculata anima tamquam ab
originalis peccati labe nunquam
polluta, in eo carcere destinato
pro aliis jam originalis peccati labe
coinquinatis ante redemptionem ne-
quidem brevem societatem cum
illis haberet, sed ea post ejus vitae
cursum, Paradisi januis per Filii
mortem jam apertis, absque ulla
mora in coelis gloriosissima una

Digitized by Google

cum Filio, Patre et Spiritu Sancto regnaret.

Quamobrem miror ac vehementer miror quod omnes Ecclesiarum Praesules, Coetus omnis Ecclesiasticorum Saecularium et Regularium, omnisque Orbis Catholici Nationes et Populi fervidas Sanctae Sedi non porrigant preces, ut Conceptionem Beatissimae Virginis MARIAE Dei Genitricis a seculo electae, ab Altissimo praecognitae, sibique praeparatae, ab Angelis servatae, a Patribus praefiguratae, et a Prophetis promissae IMMACULATAM expresse declarare dignetur, prout eam satis aperte declaravit Sanctus Archangelus Gabriel.

Cur enim iste Coelestis Nuncius apud *S. Luc. cap.* I. *vers.* 28., eam reverenter salutando dixit: *Benedicta tu in mulieribus?* Quia forsan erat inter mulieres felicissima, inter mulieres praedilecta, utpote electa a Deo, assumpta a Deo, proxima Deo, adhaerens Deo, conjuncta Deo? Sed hoc non erat repetere necessarium, quia totum hoc paucis ante verbis expressit, dicens: *Gratia plena, Dominus tecum:* cur igitur post haec verba statim etiam addidit: *benedicta?* Si eam *benedictam* appellare voluisset, quia paritura erat Deum et hominem, cur dixit: *benedicta tu inter mulieres:* cum potius: *benedicta tu inter virgines:* dicere debuisset? non enim ex una *muliere in genere*, sed ex una *virgine in specie* Unigenitus Dei Filius, Deus et homo nasci debebat *Isaj. cap.* 7. *vers.* 14. = *Ecce Virgo concipiet et pariet filium, etc.* = et ipsa inter virgines omnes in ejusdem Dei Matrem fuerat electa. Cur ergo dixit: *benedicta tu*, non super omnes Angelicas potestates, non inter omnes Mundi Reginas, non inter Virgines in specie, sed generaliter: *benedicta tu in mulieribus?* Cur ipsa sola inter omnes mulieres nuptas et innuptas, ac viduas *benedicta?* Numquid maledicta erat S Anna ejus Mater? Numquid maledicta S. Elisabeth Mater Praecursoris? Numquid maledictae generaliter omnes aliae sanctae mulieres, et ipsa sola et unica non specialiter inter omnes virgines, sed generaliter inter omnes mulieres *benedicta?* Utique; omnes enim, et quaecumque mulieres natae et nasciturae in earum conceptione non benedictae, sed maledictae fuerant, et in posterum quoque fuissent. Quisque igitur videt, quisque intelligit, quisque fateri cogitur, quod non alia de causa fuit ab Archangelo a caeteris quibuscumque mulieribus distincta, ipsaque solum inter omnes alias mulieres *benedicta* appellata, nisi quia ipsa sola, ipsa unica fuit semper *benedicta*, et nunquam *maledicta*, uti ipsa sola, ipsa unica inter omnes mulieres a macula originalis peccati singulariter praeservata, ad differentiam aliarum cujuscumque qualitatis mulierum, quae, licet sanctae et virtutibus undique ornatae, non *semper* tamen, ut illa, benedictae, sed ab originale peccatum in earum conceptione maledictae fuerunt.

Quod si quis adhuc objicere posse sibi suadeat, quod *benedicta* fuerit tamquam ab originali macula

Digitized by Google

exempta, sed non in primo instanti, statim nihil trepidans ita respondeo; cur ergo S. Elisabeth apud *S. Luc. d. cap.* 1. *vers.* 41. *et seqq.* ab eadem purissima Virgine visitata, non humano modo, non ex urbanitate, sed *repleta Spiritu Sancto*, ideoque non sine altissimo mysterio, reassumptis iis ipsis absque ulla alteratione Archangeli verbis, dixit: *benedicta tu in mulieribus:* statimque subjunxit: *et benedictus fructus ventris tui?* Unde haec aequalitas inter Matrem et Filium, ut benedicta dicatur Mater, benedictus et aequaliter Filius? Nullum forte discrimen inter eos intercedebat et erant aequaliter ambo benedicti, quia eadem paritas et aequalitas in utroque concurrebat propter aequalem bonitatem? Absit. Magna, maxima, altissima et incomparabilis bonitas Sanctissimae *Virginis*, at *Dei* bonitati non aequalis, sed haec longe supereminens atque superior, cum sit infinita, ideoque ipse D. N. J. C. apud *S. Matth. cap.* 19. *vers.* 17., et apud *S. Luc. cap.* 18. *vers.* 19. dixit: *nemo bonus nisi solus Deus.* Numquid aequales erant propter humanitatem? Absit; quia Filius non solum humanitatem, ut Mater, sed humanitatem cum divinitate unitam habebat et habet, et una erat et est ab altera inseparabilis. Numquid aequales quoad dignitatem, excellentiam, potestatem, aliasque animi dotes, atque virtutes, itaut in his non differret Deus a Virgine, Creator a Creatura? Multo minus; *quis ut Deus?* — Pernecesse igitur fateri debemus quod nulla alia paritas inter ipsos intercedebat, nec aliter pares esse poterant, nisi in eo quod Mater erat *benedicta* inter omnes mulieres, utpoteque non sicut omnes mulieres fuerat in conceptione *maledicta* sed *semper benedicta*, quia in primo instanti sine macula originali concepta, quemadmodum aequaliter Fructus ejus virginalis uteri *semper benedictus*, quia in primo instanti suae conceptionis hanc eamdem maculam non contraxerat, minusque contrahere poterat.

Neque ob aliam quam ob hanc causam non super omnes virgines, quia non solae virgines maledictae fuerunt, sed super omnes alias mulieres illam unice *benedictam* esse necessario fatendum omnino videtur, cum, attentis circumstantiis, nonnisi per sophismata declinando a vero significatu et proprietate verborum, et a congruentia aequalitatis cum Filio ad aliam causam hujusmodi qualitatem ei *solummodo* specialiter inherentem referre possimus.

Si enim illam Archangelus, et S. Elisabeth tamquam generaliter, universaliter, et sine ulla comparatione *benedictam* condigna laude extollere voluissent, proculdubio *super omnem et quamcumque creaturam angelicam et humanam* eamdem *benedictam* appellassent, non vero *super omnes mulieres tantum*, ita namque potius honorem propter hanc incomparabilis *benedictionis* praerogativam ei omnino debitum, cum hac restrictione *super solas mulieres* plurimum, plurimumque minuissent, nisi sic

Digitized by Google

magnum discrimen quod intercedebat inter ipsam in *conceptione benedictam*, omnesque alias mulieres in *conceptione maledictas* specialiter distinguere intellexissent.

Certum est igitur, et est de fide, quod omnes homines peccaverunt in Adam: certum est quod omnes, propter hoc originale peccatum, uti filii irae maledicti in conceptione fuerunt: maledicti omnes viri, omnes mulieres maledictae. Certum est quod Archangelus ab hoc omnium mulierum maledictarum numero sacrosanctam VIRGINEM segregavit, separavit, excepit, cum *super omnes mulieres* in conceptione maledictas, eam solam *benedictam* appellavit, et consequenter certum est quod si mulieribus omnibus maledictis, eamdem tamquam *unice benedictam* contraposuit, nonnisi semper *benedictam*, nunquam autem propter originale peccatum, prout aliae mulieres, maledictam fuisse nobis apertissime nunciavit, et hoc idem Spiritus Sanctus per os S. Elisabeth vocando *benedictam* Matrem et *benedictum* Filium, cum hac aequalitate inter Matrem et Filium confirmavit.

Quae cum ita sint, ita restringo argumentum. Certum est, et est de fide, quod omnes mulieres, quia cum originali culpa conceptae, maledictae fuerunt; — sed certum est, et est de fide, quod juxta irrefragabile SS. Elisabeth et Gabrielis Archangeli testimonium, inter has omnes mulieres maledictas, sola MARIA non maledicta fuit sed *benedicta*, et quidem cum aequali benedictione inter ipsam et Filium; — ergo, si MARIA inter omnes mulieres maledictas, quia fuerunt eum originali peccato conceptae, non fuit maledicta sed *benedicta*, certum est quod MARIA fuit sine labe originali concepta.

Sed haec sufficiant ad ostendendum quod non solum ex congruentia, sed ex ipsa *Sacra Scriptura*, purissimae, ac intemeratae beatissimae MARIAE Virginis immaculata translucet conceptio, unde modo ad hujus *Cap.* argumentum iterum rediens circa illud addendum mihi remanet quod, quando fieri potest aut debet separatio tori propter haeresim unius conjugis, matrimonii vinculum manet intac-
tum *Cap. Quanto* 7. *De divort.*, 39
quamvis proter haeresim alterius sponsi jam contracta sponsalia per
verba de futuro dissolvantur *Alex.* 40
in d. Cap. Quanto 7. *num.* 4. *De divort.*

Non omittendum etiam quod praeceptum denuntiandi lapsum in haeresim extenditur quoque ad eos qui sint cum illo strictissimo sanguinis vinculo conjuncti, unde quisquis denuntiare tenetur filium, uxorem, aut fratrem, et idem sentiendum de correlativis scilicet patre, sorore et marito, hoc enim praeceptum est divinum denuntiandi omnes illos nempe qui suadeant deserere verum Deum, ut habetur in *Deuteron. cap.* 13. *vers.* 6. *et seqq.* = ibi = *Si tibi voluerit persuadere frater tuus, filius matris tuae, aut filius tuus, vel filia, sive uxor, quae est in sinu tuo,*

Digitized by Google

aut amicus quem diligis ut animam tuam, clam dicens: eamus et serviamus Diis alienis, quos ignoras tu, et patres tui, cunctarum in circuitu gentium, quae juxta vel procul sunt, ab initio usque ad finem terrae, non acquiescas ei, nec audias, neque pareat ei oculus tuus, ut merearis et occultes eum, sed statim interficies. Sit primum manus tua super eum et postea omnis populus mittat manum. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abstrahere a Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Ægypti, de domo servitutis, ut omnis Israel audiens timeat et nequaquam ultra faciat quippiam hujus rei simile =, itaque cum aliis concordantibus tenet *Pegna ad Eymeric. in Director. Inquisit. lib. 2. schol. 12. pag. mihi* 40.; quodque denuntiandi sint haeretici, et de haeresi adhuc levi suspecti nulla correctione fraterna praeeunte, decrevit *Sac. Congregatio S. Officii* approbante Alexandro vii. *die* 8. *Julii* 1660.

Habemus etiam *Text.* expressum in *Cap. Ex multa* 9. § *In tanta De Vot.* ubi sic statuitur = ibi = *In tanta quoque neces-*
41 *sitate populi Christiani, ne Terrae Sanctae impediatur subsidium, viri, praeter uxorum assensum, hujus peregrinationis propositum vovere libere valent, et quod voverunt libere adimplere* =. Hoc vocabatur Votum Ultramarinum ab Innocentio iii. concessum in praecit. *Decretali* in favorem eorum virorum conjugatorum, quibus, invita etiam uxore, licitum erat votum emittere de se conferendo ad recuperandam Terram Sanctam, cum ad hunc effectum undique fiebant expeditiones. Hoc votum, vi cujus vir ab uxore licite separari et divertere poterat ad tempus, donec scilicet ad eam rediret, inter causas separationis tori ad tempus nostris temporibus enumerandum esse non censeo, cum illud hodie viris non suffragetur ad se separandum ab uxoribus, quia similes expeditiones non fiunt, ut advertit etiam eruditissimus *P. Girald, in exposit. Jur. Pontific. etc. par.* 1. *tit.* 24. *sect.* 550. *vers. In his, et seqq.* prout olim a Regibus et Principibus Catholicis ardentis zelo recuperandae possessionis Jerosolymorum, ubi signa nostrae Redemptionis reperiuntur, mare cum ingenti exercitu trajicientibus fiebant, inter quos memorabile de se reliquit
exemplum S. Ludovicus ix. Rex 42
Galliae, qui primum cum exercitu magno illuc se contulit, et primo praelio Saracenis fugatis, cum ob pestem maxima militum copia orbatus remansisset, ab illis victus et captus fuit; sed liber deinde cum suis superstitibus militibus dimissus, et post quinque annos, quibus in Oriente multa pietatis exercuit officia, domum reversus, multis aedificatis monasteriis, pauperumque hospitiis, et aliis charitatis operibus sedulo expletis, nunquam de recuperanda Terra Sancta vivo desiderio dimisso, eamdem iterum provinciam suscepit, sed cum jam castra contra Saracenos posuisset, propter pestilentiam ex hac vita ad Coelestem Patriam ad recipien-

Digitized by Google

dum suae sanctitatis proemium evolavit, et ab eo tempore, hoc est *ab anno* 1270., usque in praesens Terra Sancta in Barbarorum potestate relicta, malo nostro fato, ab illis pacifice detinetur.

CAP. V.

De Separatione Tori ad tempus propter sollicitationem, seu inductionem ad peccandum.

SUMMARIUM.

1 Uxor separatur a viro, si vir de illius pudicitia mercimonium facere velit, et ad hoc lenocinium exerceat:
Vel eam cogat ut pellicem foveat *ibid.*:
Aut furta per ipsum commissa tegat *ibid.*:
Vel sit ipse veneficus *ibid.*:
Aut eos in domum introducat, qui uxorem ad adulterandum sollicitent *ibid.*:
2 Vel alter alterum sollicitet ad sodomiam, furtum, maleficium, ad deserendam catholicam religionem et ad alia gravia delicta.
3 Aut si maritus uxori mandet ut pecuniam quaerat a procacibus viris.
4 Uxor tenetur sequi virum quocumque se conferat,
5 Etsi vir voluerit de uno ad alium locum transferre domicilium,
6 Et uxor repugnans mortaliter peccat.
7 Limita primo si vir ex turpi et inhonesta causa velit mutare domicilium,
8 Secundo si agatur de sponsa per verba de futuro,
9 Tertio si uxor, sequendo virum, periculum vitae aut aliud grave detrimentum incurrere posset,
10 Quarto si adesset pactum de non extraendo uxore a propria patria,
11 Nisi deinde supervenerit nova causa.
12 Demum uxor juvenis et formosa non tenetur sequi virum ad quaerendum ostiatim stipem, vel adulterandum, si fame perire nolit,
13 Quia se exponi non debet periculo peccandi.
14 Maritum vagabundum ea uxor sequi tenetur, quae cum ei nupsit eum talem esse sciebat. Limita *ut n.* 17.
15 Secus si ignorabat,
16 Vel si vir fiat vagabundus post matrimonium.
18 Transacto periculo sollicitationis conjux innocens ad alterum redire cogitur.
19 Sodomia sive completa, sive imperfecta cum uxore, eaque invita, est causa separationis tori.

Sequitur *quarta* causa ex qua concedi debet conjugi innocenti separatio tori, si vir nimirum de sua uxore, in detrimentum ejus honestatis et pudicitiae, mercimo-

nium instituere velit, et ad hunc
effectum lenocinium exerceat, vel
1 cogat uxorem ut pellicem foveat,
aut furta per ipsum commissa te-
gat, vel sit ipse veneficus, aut in
propriam domum eos introducat
qui uxorem ad adulterandum solli-
citent, ut aliis relatis notant *Tam-
burin. de Sacram. lib. 8. tit. de Ma-
trim. tract. 7. cap. 3. § 7. n. 11.,
Sanch. de Matrim. lib. 10. disput.
17. n. 7.*

Vel alter alterum ad sodomiam,
ad furtum, ad maleficium, ad de-
serendam catholicam religionem,
aut ad alia gravia delicta compel-
2 lat *Can. Idololatria 5. caus. 28.
quaest. 1. Cap. Quaesivit 2.*, ibi-
que *Abb. num. 3., Barbos. n. 4.
De divort., Reiffenstuel. Theol. Mo-
ral. tract. 14. de Sacram. dist. 13.
quaest. 7. num. 98. et seq.* = ibi =
*Divortium fit propter grave peri-
culum salutis spiritualis, seu pro-
pter incitationem ad peccatum mor-
tale, ut si alter conjugum provo-
cet alterum ad gravia crimina, et
admonitus non desistat a provoca-
tione etc. Hinc, ut exemplificat
Tanneus tom. 4. disput. 8. quae-
st. 5. n. 84., datur locus divortio
si conjux inducat alterum in hae-
resim, apostasiam, peccatum sodo-
miae, veneficium, aut alia peccata
mortalia: item si vir latro inducat
uxorem ut res furtivas, aut so-
cios fures receptet, nec possit illa
scelus detegere etc. Quamdiu enim
tale periculum durat, non tenetur
conjux innocens cum altero per-
manere, sed potest ab ipso disce-
dere ut evitet tam grave pericu-
lum salutis spiritualis* =

Vel si maritus uxori mandet
ut pecuniam quaerat a procacibus 3
viris, *Rot. in Romana Separationis
Tori 10. Januarii 1735. § Auge-
bat coram De Vais.*; et quamvis
regula sit quod uxor teneatur se-
qui virum quocumque se conferat 4
*Can. Unaquaeque 3. caus. 13.
quaest. 2.* = ibi = *Unaquaeque
mulier sequatur virum suum sive
in vita, sive in morte* =, si nimi-
rum ipse voluerit ex aliqua hone-
sta causa domicilium suum tran-
sferre de uno ad alium locum *Gloss.* 5
*in Can. Si quis necessitate 4. verb.
Eum sequi in fin. caus. 34. quaest.
2., Sylvest. in Summ. Verb. Uxor
quaest. 8. in fin., Sanch. de Ma-
trim. lib. 1. disput. 41. num. 2. et
seqq.*, ubi quod uxor resistendo
mortale peccatum committit. 6

Nihilominus haec regula fallit
si vir ex inhonesta et turpi causa
domicilium mutare velit *Sanchez* 7
loc. mox cit. num. 5. et 9.; si aga-
tur de sponsa per verba de futuro,
quae sponsum sequi non tenetur 8
nec etiam ex houesta causa alio se
transferentem *Cap. De illis 5. De
Sponsal.*; si uxor sequendo virum
suae vitae periculum, seu necem
per ipsum virum, aut etiam per
alium sibi inferendam, aut aliud
grave detrimentum incurrere posse 9
timeret *Sanch. ubi supra num. 4.
et 5.*; si adesset inter conjuges pa-
ctum quod uxor a viro extrahi
nequeat e propria patria et alio tra- 10
duci *Alexand. in Cap. De illis 5.
num. 13. De Sponsal., Hostiens.
in cap. 1. num. 3. vers. Quod si
pactum et num. 4.*, ibique *Jo.
Andr. num. 2., Ancharan. num,*

Digitized by Google

5., *Abb. num.* 5., ubi de communis
et reprobatis contrariis *Alex. num.*
5. *et* 6. *Qui Matrim. accus. poss.*,
Roman. in Leg. stipulationes divi-
duntur ff. de verb. obligat., *Pont.*
de Matrim. cap. 20. *num.* 8. *circ.*
fin., *Gutierrez eod. tract. quaest.*
23. *num.* 15. *vers. Probatur etiam*,
Sylvest. in Summ. verb. Uxor
quaest. 8., *Sanch. de Matrim. lib.*
1. *dispat.* 40. *num.* 2. *et* 6., *Capyc.*
decis. 135. *num.* 4. *et* 5. ubi sic
apud ipsum decisum fuisse testa-
tur, modo deinde non supervene-
11 rit aliqua nova causa discessus, ob
quam a pacto recedendum esset,
veluti propter inimicitias capita-
les, vel ad mutandum aerem pro-
pter infirmitatem *Alex. in d. cap.*
1. *num.* 5. *et* 6. *Qui Matrim. ac-*
cus. poss., *Sylvest. in Summ. loc.*
cit., *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *di-*
sput. 40. *n.* 3. *et* 4., *Capyc. d. de-*
cis. 135. *num.* 2. *in fin.*; si demum
vir huc illuc uxorem adhuc juve-
nem et formosam ducere velit, vel
ad quaerendum ostiatim stipem,
vel ad faciendam sui corporis co-
12 piam, si fame perire nolit, quem
proinde sequi nullo pacto tenetur
Layman. Theol. Moral. tom. 2,
lib. 5. *tract.* 10. *par.* 3. *cap.* 2.
num. 3., *La Croix Theol. Moral.*
tom. 2. *lib.* 6. *par.* 3. *de Sponsal.*
num. 203. *et seq.*, et confert *Rota*,
saepe me citato, in *Frisingen.*
Sponsalium 23. *Januarii* 1764.
§ *Praeterea coram Herreros*, ma-
gis enim urget praeceptum absti-
nendi a peccatis, vitamque tuendi,
quam obligatio cum viro cohabi-
tandi *Sanchez de Matrim. lib.* 1.
d. disputat. 41. *numer.* 5., cum
pluribus concordantibus ab eo al-
legatis.

Tum quia se exponi non de-
bet periculo peccandi, tum quia, 13
hoc secluso periculo, illa tantum
uxor maritum vagabundum sequi
tenetur, quae de tempore celebra- 14
tionis matrimonii cum talem esse
sciebat, in quibus terminis loquun-
tur Doctores allegati per *Tiraquell.*
de legib. connub. gloss. 1. *par.* 1.
num. 39., secus si ignorabat *Tur-*
recremat. in Can. Si quis necessi- 15
tate 4. *num.* 1. *in fin. caus.* 34.
quaest. 2., *Abb. in d. Cap. De illis*
num. 4., ibique *Alexand. sub num.*
9. *De Sponsal.*, *Hostiens. in d. Cap.*
1. *num.* 3. *Qui Matrim. accus. poss.*,
Sylvest. in Summ. verb. Uxor
quaest. 8. *vers. Nisi sciens*, *Sanch.*
de Matrim. lib. 1. *disput.* 41. *num.*
7., *Covarruv. tit. de Sponsal. par.*
2. *cap.* 7. *num.* 5., *Navarr. in Ma-*
nual. cap. 14. *num.* 20., *Tiraquell.*
loc. cit. num. 39., *Menoch. de ar-*
bitrar. cas. 469. *num.* 6., *Bonaccin.*
Theol. Moral. tom. 1. *tit. de Ma-*
trim. quaest. 4. *punct.* 6. *num.* 24.,
Peguer. Decis. Crim. 3. *n.* 11. —
vel si vir post contractum matri- 16
monium vagabundus efficiatur *Abb.*
in d. Cap. De illis num. 4., ibi-
que *Alex. num.* 9. *De Sponsal.*
Gloss. in cap. 1. *verb. Sequantur*
versic. Vel non efficiatur vaga-
bundus, ibique *Hostiens. num.* 4.
de Conjug. lepros., *Sanchez de Ma-*
trim. loc. citat., cum pluribus ab
eo relatis, et, meo judicio, nunquam
uxor virum sequi tenetur, quoties
probabilis imminet occasio peccan-
di; si enim vir in propria domo
hanc praebeat uxori occasionem,

Digitized by Google

ipsa potest ab eo separari, tuta quoque conscientia longe ab eo vagabundo remanere valet et debet, quoties si illum sequeretur animae detrimentum pati deberet, etiamsi ante matrimonium sciverit esse va-
17 gabundum, nam si postea in se reversa obviam ire peccato recuset et perhorrescat, nulla praecedenter praestita fides, nullum juramentum, nulla promissio licet ampla et amplissima eam obligare valet ad id quod sine peccato adimplere non potest ex ea prorsus ratione, qua si vir illam sollicitet, aut inducat, aut provocet ad peccandum, non obstante solemniter praestita conjugii fide, cum eo commorari non obligatur, sed ab ipso separari potest et debet.

Et hoc idem tenendum existimo, si mulier a viro, cui nupsit, quatenus illum sequatur, sibi mortem imminere praevideat, quamvis enim ante nuptias eumdem vagabundum esse non ignoraret, adhuc haec scientia matrimonium praecedens eam obligare nequit ad se exponendam imminenti periculo vitae, cujus incolumitatem de jure naturae omnino tueri tenetur.

Quia vero separatio propter sollicitationem non debet esse perpe-
18 tua sed ad tempus, ideo, transacto periculo solicitationis, conjux innocens ad alterum redire cogitur *Tamburin. de Sacram. lib.* 8. *tit. de Matrim. tract.* 7. *d. cap.* 3. § 7. *num.* 12.

Quoad sodomiae peccatum notandum est quod si vir ad illud provocet uxorem, ut locus sit divortio vult *Dian. in Summ. verb. Divortium num.* 1. quod sodomia sit completa cum seminis effusione intra vas contra naturam, cujus tamen opinionem nequaquam amplectendam esse censeo, sive enim sodomia imperfecta sit, sive com-
pleta, semper est peccatum. Quo- 19
ties autem vir cogit uxorem ad peccandum, id uxor permittere nequit, sed ad evitandum peccatum ab eo divertere debet et *potius mori quam foedari*.

CAP. VI.

De Separatione Tori ad tempus propter saevitias.

SUMMARIUM.

1 Fides, proles, et sacramentum sunt tria principalia bona casti conjugii.
2 Matrimonium est etiam remedium vitandae incontinentiae.
3 Omne conjugium regulariter est rixosum.
4 Qui non litigat caelebs est.
5 Ipsimet conjuges sunt in culpa cur vitam sine quiete ducant.
6 Otiosi sunt causa dissidiorum inter conjuges, et quare.
7 Maritus tollerare debet uxoris defectus,
8 Multo magis si ipsa sit mitis et prudens.
9 Tolerantia iuter conjuges debet esse reciproca.
10 Pessimae consequentiae matrimonii non alio fine contracti quam ad saturandam libidinem.

Digitized by Google

11 Saevitia viri in uxorem est res pessima, metu poenae corrigenda:

12 Est odii, imprecationum, blasphemiae, aliorumque peccatorum fomentum,

Malum erga prolem exemplum, *ibid.*

13 Percussio moderata uxoris ad correctionem non est causa separationis tori, nec vir poenam meretur quia hanc habet potestatem *et num.* 21.

14 Ut viro liceat percutere uxorem ad correctionem requiritur justa causa, quae debet esse magna non levis,

15 Et quod correctio sit levis, non atrox, sive bestialis,

16 Adeout maritus nunquam procedat ad saeva.

18 Magister et dominus leviter discipulum et respective servum percutere possunt.

19 Pater filium, moderate tamen, castigare non prohibetur.

20 Ne rigor nimius dici possit, et quare.

21 Non est locus separationi tori, si correctio uxoris sit moderata, et quare.

22 Quomodo intelligendi sunt Doctores, qui ad tori separationem saevitias gravissimas requiri traduut.

23 Correctio non intrat ubi non concurrit error et causa correctionis.

Sive leves, sive graves fuerint quotidianae malae tractationes uxoris sine justa causa, locus est separationi tori, *ibid. et n.* 64., Et quare *num.* 24.

Semper enim adest excessus, ubi deficit justa causa, sine qua maritus uxorem percutere prohibetur, *ibid. et num.* 33.,

Æquivocant qui hujusmodi mala tractamenta, si non sint atrocissima, spernenda esse putant, *ibid.*

25 Excusatio verbalis innocentis uxoris de defectu, seu culpa non commissa, non est justa causa, ob quam a viro male tractetur.

26 Defensio omnibus competit, quia est de jure divino, naturali, gentium, civili et canonico.

27 Malae tractationes, etsi leves, continuatae tamen commovent iram, odium provocant et ad peccandum inducunt.

28 Nulla urget ratio cur uxor sub hac occasione peccandi et sub hoc lento martyrio toto suae vitae tempore languescere debeat;

29 Quae si hoc praevidisset, numquam matrimonio, tamquam occasioni amissionis salutis corporis et animae, consensisset.

30 Nec viro persolvit dotem ut illius fructibus inter lacrymas et gemitus alatur.

Et in remunerationem obsequii matrimonialis nil aliud quam verberationes recipiat, *ibid.*

31 Si vero indotata sit, in compensationem dotis non volitae alimenta cum quotidianis verberationibus mixta sine culpa recipere non tenetur.

32 Amor et benevolentia est vinculum casti conjugii.

33 Ex dictis malis tractamentis oritur odium inter conjuges.

34 Pendente lite super separatione tori, uxor, usque ad causae decisionem, est in loco tuto collocanda;

35 Eique maritus subministrare debet vestes necessarias, alimenta et sumptus litis, etiamsi volens indotatam desponsaverit *et num. seq.*

37 Constito de malis tractamentis, etsi non atrocissimis, in uxorem innocentem exercitis, pronunciandum est pro separatione tori cum restitutione dotis una cum lucro dotali.

38 Si pater verberans filium, praeceptor discipulum, maritus uxorem excedant, sunt puniendi.

39 Praestatio alimentorum et sumptuum litis, separatio tori, restitutio dotis, cautionis rejectio, onus alendi filios apud matrem, et demum poena est remedium quod unum percutit et mille cautos reddit.

40 Judex hoc remedium non adhibens injuste procedit.
Ipsemet Supremus Princeps unicuique jus suum reddere debet *ibid.*

41 Filius quotidie, sine causa a patre verberatus, est emancipandus, eique pater extra domum alimenta subministrare tenetur.

42 Cum D. N. J. C. dixit = *non licere dimittere uxorem nisi propter fornicationem* = alias causas non exclusisse declaratur.

43 Declarantur etiam Evangelii verba = *Quod Deus conjunxit, homo non separet* =.

44 Tridentinum anathematizat eos qui errare Ecclesiam dicunt, si separationem ex justa causa quoad torum et cohabitationem concedat.

45 Conjugum cohabitatio ex naturali et divina lege servanda est, eorumque separatio reputatur materia gravissima, nec permittenda propter leves saevitias, etiam sine causa exercitas, sed potius cautio est adhibenda.

46 Contrarium, quia gravius damnum temporale et spirituale exinde resultat.

47 Cogitur anim uxor vitam ducere cum inimico, et quare.

48 Cautio nec odium nec malum animum mutat.

49 Nulla emendatio sperari potest in eo qui, si non invenit prandium ab uxore nec obulum habente paratum, illam verberat.

50 Miserabilibus personis, propter peccatum, matrimonium contrahere esset inhibendum.

51 Nulla emendatio sperari potest in eo qui est deditus ludo, et quare;

52 Aut ebrietati, et quare;

53 Aut pravam habet cum aliqua foemina consuetudinem, et quoties vidat uxorem diabolum videt et semper quaerit praetextus, ut verberationibus eam ad mortem ducat.

54 Inter hos conjuges cohabitatio propter odium ambos ducit ad perditionem.

Digitized by Google

55 Uxor virum in dominum et familiae caput aguoscere debet.
56 Sed non est tradita viro uti serva, sed uti divinae et humanae domus socia.
57 Eam verberare ad instar sacrilegii Cato esse credebat.
58 Ex malis tractamentis paulatim ad mortem ducitur.
59 Lactem praebens filiis, venenum porrigit.
60 Peccat maritus et uxor, et quare.
61 Proles, pro injustis percussionibus matris, patrem odit, aut excandescere, blasphemare, irasci, saevitias exercere, charitatem spernere discit, pessimamque recipit educationem.
62 Maxima oritur inimicitia inter virum et propinquos uxoris.
63 Mulieres propinquis non nubunt, ut illis a marito male tractatis, propinqui opem ferant.
65 Perditio multorum et periculum animae conjugis innocentis est materia longe gravior quam cohabitatio, et separationem exposcit.
66 Scandala inter conjuges sunt in republica perniciosissima.
67 Malum unius exemplum aliorum mores corrumpit.
68 Levis saevitia pro separatione non sufficit quando uxor ei causam praebet, sed requiritur atrox;
69 A qua atrocitate nulla causa quamvis magna virum excusat.
70 Unicus actus atrocissimus non sufficit, sed duo requiruntur. Contrarium *num.* 76.
71 Nec sufficit inflictio duarum alaparum. Distingue ut *num.* 72. *et* 73.
74 Quando ad tori separationem unica alapa sufficit.
75 Si ex actu atrocissimo mutilatio sequatur, secundus expectari non debet.
76 Ad decernendam separationem tori ob saevitias, magis judex moveri debet ex periculo animae uxoris innocentis leviter etiam percussae, quam ex periculo corporis.

Fides, proles et sacramentum tria sunt principalia bona casti conjugii *D. August. lib.* 9. *de Genes. cap.* 7. = ibi = *Bonum quod habent nuptiae tripartitum est; fides, proles, sacramentum. In fide attenditur ne praeter vinculum conjugale cum altera, vel cum altero concubatur: in prole ut amanter suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur: in sacramento ut conjugium non separetur, ut dimissus aut dimissa, ne causa prolis alteri conjungatur* =. Idemque habetur ex *Concilio Florentino in Decreto Unionis* = ibi = *Assignatur autem triplex bonum matrimonii: primum est proles suscipienda et educanda ad cultum Dei: secundum est fides quam unus conjugum alteri servare debet: tertium indivisibilitas matrimonii propter hoc quod significet indivisibilem conjunctionem Christi et Ecclesiae* = 1

Praeter haec bona, alios insuper matrimonium habet effectus seu fines minus principales et potissimum est remedium vitandae incontinentiae juxta illud *Apost.* 2

1. *ad Corinth. cap.* 7. *vers.* 2. = ibi = *Propter fornicationem autem* (nempe vitandam) *unusquisque suam uxorem habeat et unaquaeque suum virum habeat* =, et deinde *vers.* 9. = ibi = *Melius est nubere quam uri* = et quidem in vinculo pacis.

Si tamen admodum rara non est concordia conjugum, adhuc nec unum tantummodo conjugium re-
3 gulariter est rixosum, sed saepe verificatur proverbium, de quo *D.*
4 *Hieronym.* videlicet = *Qui non litigat coelebs est* =, et si dissidia inter conjuges oriuntur vix morte terminantur, itaut lepidum illud epitaphium, quod idem *D. Hieronym. lib.* 1. *contr. Jovinian.* refert, plurimorum sepulchris inscribi possit, nempe = *Hospes: miraculum: hic vir et uxor non litigant* = Vel quia ex minimis etiam materiam inter se verbaliter concertandi inveniunt, unde ipsimet sunt in causa cur usque ad obitum vitam
5 sine quiete ducant juxta illud:

Nosces mortales sibi fontem esse aerumnarum,
Et cuncta ex ipsis, quae sunt incommoda, nasci.

Vel quia non desunt otiosi, qui aliorum facta syndicantes et saepissime in malam partem accipientes aut in viro adversus uxorem, aut in uxore contra virum mendaciis, falsitatibus, sive etiam suspicionibus iram excitant, ex qua deinde magnum oritur inter conjuges odium, atque furoris incen-
6 dium, unde recte Poeta cecinit:

Siccome una favilla fà un gran fuoco,
Così sovente un osloro e tristo
Basta per rovinar molti in un loco.

Vel quia nimis est loquax uxor, aut indoles litigiosa mariti qui ejusdem garrulae uxoris nescit tollerare defectus contra monitum *D.* 7
Chrysost. in Cap. 11. *Epist. ad Corinth. homil.* 26. = ibi = *Nam si oportet alterum alterius onera portare, multo magis uxoris, et si sit pauper ne exprobes, et si sit stulta ne insultes, sed potius eam corrigas et emendes, est enim membrum tuum et facti estis una caro* =; et paulo ante = *Cogita quod post Deum per ipsam habes liberos et pater factus es et ideo sis ei mitis et clemens; non vides quemadmodum terram, quae semel suscepit semina, omni ratione culturae colant agricolae, etiamsi sint innumerabilia quae ei officiant et detrimentum afferant, etiamsi sit terra arida et exilis, etiamsi malas ferat herbas, etiamsi propter naturam situs imbres insultent. Tu quoque ita facies* =. Multoque magis eam tollerare debet si sit mitis et prudens, aut saltem ejus in- 8
dolis de qua *Valenz. cons.* 41. *sub num.* 7. = ibi = *Et ita debebat D. Marchio etiam quando Marchionissa non foret qualificata et morigerata, prudenti tollerantia* **ferre ejus naturalem conditionem;** *maxime cum sit ita blanda, prudens et facilis tractari quod nec infimi ex servis suae familiae fuero de ipsa conquesti* =; quae tollerantia inter conjuges debet esse reciproca *Rot. in Anconitana Obse-* 9
quiorum matrimonialium 9. *Decembris* 1763. § *Nec in classem cor. Zelada* = ibi = *Decetque rursus conjuges sese mutuo tollerare* =.

Vel demum haec discordia inter conjuges oritur quia non alio
10 fine quam ad saturandam libidinem ex parte unius vel alterius, aut utriusque conjugis coeco impetu matrimonium initum fuit, ideoque nec fides conjugii servatur, nec religiose educatur suscepta proles, nec individua vitae consuetudo inter conjuges perpetuatur, sed fides frangitur, prolis educatio ac nutritio negligitur, et *quinta* causa separationis tori propter jurgia, contentiones, atque saevitias in uxorem subsequitur, quam vir non tamquam canem, sed crudelius quam canem aut jumentum percutere non veretur.

Rem pessimam hanc esse in republica metu alicujus poenae cor-
11 rigendam dicit *Thesaur. in dec.* 130. *sub num.* 2. Ego quoque rem quidem pessimam esse confirmo quia est non tantum conjugum, sed et suae totius familiae continuum odii, discordiae, maledictionum, imprecationum, blasphemiae, alio-
12 rumque peccatorum fomentum et malum erga propriam prolem exemplum, at pro hoc scelere coercendo satis jam provisum existimo si detur debita Legibus et Scribentibus cum legitimis distinctionibus interpretatio, ad hoc ut cognoscatur quando cohabitatio viri et uxoris per saevitiam ipsius viri sit dissolvenda juxta *Text. in Cap.* 1. ibique *gloss. verb. Suspectum ut lit. non contest.*, *Cap. Ex transmissa* 8., *Cap. Literas* 13. *in fin. De restit. spoliat.* una cum poena illius commensuranda delicto.

Distinguendum est ergo inter virum percutientem uxorem *ad correctionem* et cum *magna* et justa causa, et virum adversus uxorem sine causa aut ex *levi* causa insaevientem — Quando igitur maritus ratione ductus cum moderamine tamen percutit uxorem ut emendetur, nulla subest causa separationis tori *Rot. dec.* 463. *num.* 5. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, nec ulla est ille poena afficiendus quia haec ei competit potestas *Hostiens. in Cap.* 13
Quemadmodum 25. § *ult. in fin.*, ibique *Abb. num.* 15. *De jurejurand.*, *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *sub num.* 16., *Farinacc. cons.* 157. *num.* 4. *et seqq. lib.* 2. *et quaest.* 143. *num.* 194. *et seqq.*, *Altograd. cons.* 23. *num.* 1. *et seqq.*, *Trivisan. dec.* 45. *num.* 15. *lib.* 1., *Menoch. de arbitr. cas.* 501. *num.* 29., *Gutierrez quaest. Can. lib.* 1., *cap.* 24. *num.* 12. = ibi = *Maritus enim licite potest* EX CAUSA *mulierem castigare, atque secundum quantitatem culpae corrigere, ita quod non procedat ad saeva* =, et definivit *Rot. dec.* 35. *num.* 14. *par.* 11. *et dec.* 270. *num.* 5. *et seq. par.* 13. *rec.*, *et cor. Coccin. dec.* 2011. repetita inter *rec. dec.* 155. *num.* 4. *par.* 6.

Duo igitur requisita concurrere debent ut viro liceat percutere *ad correctionem* uxorem — alterum nempe quod justa non desit causa, videlicet uxoris culpa per virum concludenter probanda, nam nisi culpa praecedat, correctio subsequi nequit, quae culpa seu causa non levis et frivola, sed MAGNA esse de- 14
bet *Farinacc. quaest.* 143. § *Ver-*

beratio num. 184. 197. 199., *Castropal. disput.* 3. *de Sponsal. par.* 5. § 3. *num.* 2. *et* 3. — alterum vero quod correctio sit moderata, levis, atque discreta, non autem atrox
15 sive bestialis *Roland. cons.* 27. *a num.* 13. *ad* 17. *lib.* 3., *Rot. d. dec.* 155. *num.* 4. *par.* 6. *et d. dec.* 35. *num.* 14. *par.* 11. *recen.*, *et cor. Buratt. dec.* 815. *num.* 4. *et seqq.*,
16 adeout maritus nunquam procedat ad saeva *Gutierrez loc. cit.* exem-
17 plo magistri et domini, quibus permissum est discipulum et respective
18 servum leviter tantum ad correctionem percutere *leg. unic. Cod. de emendat. serv.*, *leg. unic. Cod. de emendat. propinquor.*, *leg. Respiciendum* 11. *ff. de poen.* § *Si quis autem*, *Auth. Ut liceat Matr. et Aviae* § *fin.*; *Instit. tit. de his qui sunt sui vel alien. jur.*, seu exemplo patris qui potest suum casti-
19 gare filium sed moderate *Soccin. Sen. in Cap. Cum contingat. col.* 5. *vers. Circa tertium De fori compet.*, *Alciat. de praesumpt. reg.* 1. *praesumpt.* 3.; ut habemus enim in *Proverb. cap.* 13. *vers.* 24. = ibi = *Qui parcit virgae odit filium suum* = et adeo moderate ut rigor ni-
20 mius dici non possit *Sot. de Just. et Jur. lib.* 5. *quaest.* 2. *artic.* 2. *vers. Quare et pro aetate circ. med.* = ibi = *Quare et pro aetate et pro conditione et ingenio pueri corripiendus est. Imo et Quintilianus et qui de educatione puerorum scripserunt, non consulunt ut nimio rigore parentes in suos natos inveantur. Nam si sint bene nati solent eos illo rigore ignavos facere ac meticulosos, si vero duri sint ingenii, duriores illos efficiunt* =.

In eo igitur casu locus est separationi tori quo correctio non sit levis et moderata *Leander disput.* 26. *de Matrim. quaest.* 46. = ibi = *Quod vir uxorem acriter et immoderate, excedendo levem correctionem viro permissam, verberaverit* =; secus autem si vir moderatae correctionis fines non excedat et in uxorem corrigi merentem atrociter non insaeviat, tunc enim non est ea ab illo separanda, cum 21
non constet de ipsius malo animo, aut odio, neque timeri potest, saltem probabiliter, quod in futurum in illam insaeviat, quin potius est credendum quod a levibus quoque percussionibus abstinebit, quatenus emendetur, et in hoc sensu (cum nempe concurrit causa correctionis) loquuntur aut loqui debent DD qui ad tori separationem saevitias neque simplices neque leves sufficere, sed gravissimas necessarias 22
esse tenent, quibus nonnisi per conjugum separationem provideri possit, inter quos *Abb. in Cap. Ex transmissa in princ. et num.* 4. *De restitut. spoliat.*, *Aldobrand. cons.* 71. *num.* 1., *Farinacc. cons.* 157. *num.* 4. *et* 5., *Rot. in Valentina separationis tori* 12. *Februarii* 1751. § *Ad hoc autem cor. Emo. Elephantut.*, *et in Anconitana Obsequiorum matrimonialium* 15. *Junii* 1764. § *Nulla autem coram Veri.*

At si maritus *sine justa seu ex levi causa* frequenter male tractet uxorem, evidentissimo decipiuntur aequivoco qui hujusmodi

Digitized by Google

mala tractamenta, si non sint atro-
cissima, spernenda esse putant, non
ex alia ratione quam liceat ma-
rito levibus etiam percussionibus
corrigere uxorem ut emendetur,
nam sublata justa causa cessat ne-
cessitas *correctionis*, neque per *cor-
rectionem* speranda est emendatio
de errore seu culpa non commissa,
ideoque in hoc casu sive leves
sives graves malae tractationes fue-
rint ad separationem deveniendum
esse omnis ratio suadet, *Farinacc.
d. quaest.* 143. *num.* 187., *Franch.
dec.* 244. *numer.* 4., quia semper
adest *excessus* quoties deficit justa
23 causa sine qua maritus uxorem
percutere prohibetur *Farinacc. d.
quaest.* 143. § *Verberationem num.*
184. *et* 198., alioquin si hujusmodi
mulier temere non semel aut bis,
ut forte supponit *Sanch. de Ma-
trim. lib.* 10. *disput.* 18. *sub num.*
16. *vers. Idemque credo*, sed te-
mere et frequenter aut continuo
a marito vexata, cum ipso nihilo-
minus cohabitare cogatur, quam-
vis eam violenter ferro non necet,
longiori tamen majorique cruciatu
24 paulatim ad sepulchrum eamdem
properare compellit.

Causa autem justa non est
si maritus uxorem redarguat de
aliquo defectu seu culpa, quam
ipse eam commisisse supponat,
25 uxor vero se verbis non injuriosis
excuset et, rationibus adductis, se
innocentem probet, nam ex hoc vir
non debet procedere ad verbera
eo quia mulier ejus verbalem cor-
rectionem audiens non tacuerit, non
solum quia, si ipsa taceat, vir ejus
silentium pro tacita confessione
delicti, licet ab ea non commissi,
potest interpretari; verum etiam
quia defensio praesertim justa tam
masculis quam foeminis sive nu-
ptis, sive innuptis, omnibusque
hominibus competit, quia est de
jure divino, naturali, gentium,
civili et canonico, ut innumeris 26
de more cumulatis probat *Farinacc.
quaest.* 125. *num.* 10. *et* 11.; et si
nihilominus in his aliisque simi-
libus casibus temere verbis et fa-
ctis eam divexare non desistat,
cum hae frequentès seu quotidia-
nae malae tractationes etsi leves,
continuatae tamen commoveant
iram, odium provocent et ad pec-
candum inducant, humana siqui- 27
dem caro aenea non est, nulla
urget ratio cur uxor sub hac oc-
casione peccandi et sub hac perenni
tortura lentoque martyrio toto suae
vitae tempore languescere debeat,
quae nunquam viro nupsit, ut, li-
cet innocens, ab eo male tractare- 28
tur et quotidie, etsi leviter per-
cussa, panem doloris ederet, qui-
nimo si hoc praevidisset, nisi
insania laborasset, neque praece-
dentibus sponsalibus liberum con-
sensum praestitisset, nec unquam
matrimonio tamquam occasioni
amissionis salutis corporis et ani- 29
mae consensisset —; minusque illi
congruam persolvit dotem ut fru-
ctibus suae dotis inter lacrymas
et gemitus alimentata nil aliud
a viro recipere debeat quam ver-
berationes in remunerationem ob-
sequii matrimonialis quod illi
praestat; et si contentus fuit eam 30
ducere sine dote, nullo jure san-
citum est quod in locum seu

Digitized by Google

compensationem dotis non volitae, alimenta cum quotidienis verberationibus mixta sine culpa ab eo recipere debeat, non autem
31 reciprocam benevolentiam et affectum, qui est vinculum casti co-
32 njugii *Brover. de jur. Connub. lib.* 1. *titul. de Sponsal. dol. contract. cap.* 19. *num.* 1. *et* 2.

Quoties igitur mulier auxilium judicis implorat pro sua liberatione a potestate mariti, simulque refert quod sine ulla justa causa illam *frequenter* seu *quotidie* verberibus, aut alapis, vel pugnis, aliisque percussionibus afficit, neque se *justam* et *magnam* habuisse causam maritus concludenter probet, quia negari non potest quod etiamsi hujusmodi percussiones atroces vel atrocissimae dici non possint, nihilominus percutiens innocentem, et sine culpa semper committat excessum, semper ferox, aut crudelis et uxoris inimicus appareat, semperque ex hoc improbo ejus procedendi modo oriatur inter co-
33 njuges odium, non est opus aliqua nova lege ad illius compescendam crudelitatem, quia de jure in potestate judicis est opportunum apponere remedium.

Postquam enim consultum fue-
34 rit indemnitati mulieris, ut praescribit *Text. in Cap. Ex transmissa* 8. *De restit. spoliat.* = ibi = *Si autem capitali odio ita mulierem persequitur, quod merito de ipso diffidat, alicui probae et honestae mulieri usque ad causae decisionem custodienda studiosius committatur in loco ubi vir vel parentes ejus mulieri nullam possint violentiam inferre* =, et notat *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 218., ac ipse judex suo decreto maritum coegerit ut uxori pro separatione tori secum litiganti praestet vestes necessarias, si eas detinet, et alimenta, litisque expensas quae uxori a quocumque viro, qui dotem recipit, aut etiam indotatae, si eam indotatam desponsare contentus
fuerit, secum litiganti sunt mini- 35
strandae *Bald. in leg.* 1. *vers. Tertio dubitatur Cod. Commun. de legat.* ubi dicit quod potest mulier petere se ali extra domum mariti, quando fuit ab eo injuste
verberata, quem refert et sequitur 36
Covarruv. in 4. *Decretal. tit. de Sponsal. par.* 2. *cap.* 7. § 5. *num.* 2., *Rebuff. tom.* 1. *Comment. tit. de Sentent. provisional. artic.* 3. *gloss.* 1. *num.* 26., *Afflict. decis.* 10. *num.* 6., et alii infra relati in *Cap.* 11. *num.* 2. *et seqq. lib.* 3. cognita deinde causa et concurrentibus percussionibus desuper enunciatis in uxorem innocentem frequenter et ex consuetudine exercitis, pronunciare debet pro tori separatione et restitutionis dotis, una cum lucro dotali, augmento dotis et do-
natione propter nuptias, ad quam 37
tenetur maritus secuto ex illius culpa divortio *Rot. dec.* 706. *num.* 3. *par.* 1. *et decis.* 58. *num.* 2. *par.* 3. *rec.* cum aliis relatis in *Cap.* 7. *lib.* 3.; restitutio siquidem dotis venit in consequentiam separationis tori *Rot. dec.* 513. *n.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, et quemadmo-
dum quando pater seu praece- 38
ptor in verberando filium et respective discipulum excedunt sunt

Digitized by Google

puniendi *Menoch. de arbitrar. cas.* 364. *num.* 17., ita maritum qui in verberanda et percutienda uxore sine *justa* vel ex *levi* causa committit excessum, judex condigna poena pro modo culpae mulctare tenetur *Jodoc. in prax. cap.* 141. *num.* 6., *Surd. de aliment. tit.* 7. *quaest.* 16. *num.* 6., *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 135.

Quod si judex ita suo muneri satisfaciat, non ita frequenter uxorum querelas ob hanc causam adversus viros audiet et pacem inter caeteros conjuges sibi subditos cum totius familiae tranquillitate servabit. Nam praestatio alimentorum et sumptuum litis eadem lite pendente, eaque absoluta separatio tori, restitutio dotis, amissio tertiae partis donationis propter nuptias, ut infra *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 23. cauctionis rejectio, onus alendi filios apud matrem, ut infra *d. Cap.* 7. *num.* 6. *et seqq. lib.* 3., et demum etiam poena, est profecto remedium quod dum unum percutit mille
39 cautos reddit.

Verum aliquis Judex, ne praejudicium in aere inferat viro, uxorem ei laniandam relinquit facto pius et sceleratus eodem, dum enim miseretur viri, transgressor legis
40 evadit et contra legem jus suum uxori non tribuit, quod nec ipse Supremus Princeps facere debet juxta illud Poetae:

Il Re con gran rigor deve osservare
Perchè non vada mai zoppa la legge,
Che, come ella s'inchina o torce un poco,
Onestà nè ragion non ha più loco.

In hunc tamen errorem nequaquam incideret si reflecteret, an si ipse reperiretur sub potestate patris, qui quotidie illum *sine causa* leviter etiam verberaret, nihilominus cogi deberet ad continuandam in illius domo moram, seu potius justum illum judicem reputaret qui a potestate patris eumdem eriperet, patremque compelleret ad praestan-
dum ei alimenta extra domum, 41
eumdemque emancipandum, quemadmodum post *Text. in leg. fin.*, ibique *gloss. verb. Coegit. ff. Si a parente quis fuer. manumiss.*, faciendum monet *Paschal. de patr. potest. cap.* 3. § 3. *num.* 10.

Non me latet quod ex parte viri ad injustam extorquendam sententiam opponi solet quod D. N. J. C. apud *D. Matth. cap.* 19. *vers.* 9. nonnisi fornicationem, ob quam liceat dimittere uxorem, assignaverit, itaut alias quascumque
causas excludere videatur, sed hoc 42
objectum opportune resolvunt inter alios *Maldonat.*, *Lyran.*, et *Cornel. a lapid. in Cap.* 5., *Matth. pag. mihi* 103. = ibi = *Christus hic excludere vult uxoris deformitatem, inopiam, displicentiam, et quidquid citra culpam est, ob quae Judaei dabant libellum repudii: ad illorum enim mentem loquitur* =. Doctissimus vero *Card. Bellarmin. lib.* 1. *de Matrim. cap.* 24., unanimi fere Sanctorum Patrum doctrinae firmiter insistens duplicem assignat causam ob quam in laudato *Evangelii* loco Christus fuerit de sola fornicatione locutus — prima est ut illud proprie recenseretur peccatum quod directe ac per se matrimonii fidei opponitur — altera est ut Jesus fornicationem divortii

Digitized by Google

causam assignaret perpetuam inducentem separationem (quia propter solam fornicationem carnalem, sive adulterium, licet dimittere uxorem in perpetuum) non vero causam temporaneam, prout sunt saevitiae alia eque causae hactenus recensitae et infra recensendae, quas uti temporaneas excludere noluit sed uti perpetuas, in quo sensu perpetuitatis fuerat a Phariseis interrogatus. Admisit ergo perpetuam tori separationem propter fornicationem, et eamdem perpetuitatem propter alias causas rejecit, prout si dixisset „ praeter fornicationem non licet *perpetuo* dimittere uxorem „.

Nec etiam obest quod idem Dominus Jesus dicat in *Evangel.* apud *S. Matth. d. cap.* 19. *vers.* 6.
43 = ibi = *Quod Deus conjunxit*
homo non separet =; quandoquidem hoc intelligi voluit quoad vinculum matrimonii, quod est indissolubile, non quoad cohabitationem, circa quam non separat homo quos poena condemnat, reatum accusat et maleficium coarctat, alias nec judici liceret conjugem delinquentem carceribus mancipari ne hunc ad tempus et durante carceratione ab altero separaret; Ecclesia igitur, non homo ex justissima causa providet securitati et vitae conjugis offensi *Cap. Ex transmissa* 8., *Cap. Literas* 13. *circa fin. de restitut. spoliat.*, manente tamen semper vinculo matrimonii, quia ipsum non solvitur sed fit tantummodo separatio quoad torum et mutuam cohabitationem et bona, ut bene explicat etiam *Rot. coram Crisp. dec.* 292. *n.* 1. *et seqq.* = ibi = *Etsi hodie in lege gratiae, legitimis etiam impellentibus causis, inter conjuges divortium amplius non sit permissum, jubente Domino quod Deus conjunxit homo non separet, adhuc respectu tantum ipsius matrimonialis vinculi divortium sublatum esse noscitur, non vero respectu cohabitationis, a qua per ecclesiasticas et canonicas leges conjugum divisio permissa esse constat, quoties judicantis religio eas causas jam in jure praescriptas intercedere agnoscat* = *S. Isidorus* autem dicit ad illa verba = *Quod Deus conjunxit homo non separet* = esse subaudiendum = *violenter, sine lege, absque ratione* =; et hinc est quod Sacri Canones statuerunt propter saevitias conjuges esse separandos in *Cap.* 1. § *Verum*, ibique *gloss. verb. Suspectum Ut lit. non contest.*, *Cap. Literas* 13. *in fin. de restit. Spoliator.*, ac prae caeteris sustinet *Covarruv. in Epitom. de Sponsal. d. par.* 2. *cap.* 7. § 5. *num.* 2., et generaliter *Sacrum Concilium Trident. sess.* 24. *Can.* 8. anathematizat qui contrarium sen-
tiret = ibi = *Si quis dixerit Ec-* 44
clesiam errare, cum ob multas causas separationem inter conjuges, quoad torum seu quoad cohabitationem ad certum incertumve tempus fieri posse decernit, anhatema sit =.

Alii vero judices exclamant quod cum conjugum cohabitatio non tam ex contractu quam ex naturali et divina lege servanda sit, illorum idcirco separatio reputatur
materia gravissima, ac proinde non 45

Digitized by Google

permittenda propter leves saevitias,
etiam sine ulla aut sine magna
causa a viro in uxorem exercitas,
quamvis ex illis *mala consuetudo*
insaeviendi resultet, sed cuncta prius
tentanda, mediante potissimum *cau-*
tione, ut hujusmodi remedio expe-
riri valeat an maritus emendetur.

Ego tamen, ut pro veritate
animi mei sensum aperiam, censeo
quod, data mala insaevienda con-
suetudine, ita nihil profici possit,
46 sed potius gravius damnum tem-
porale et spirituale exinde resultet.
Cogitur enim in primis uxor vitam
ducere cum inimico, cujus inimi-
citia et odium ex eo clarissime
47 apparet quod sine causa illam per-
48 cutere consuevit; cautio nec odium
nec malum animum mutat, unde
nulla emendatio sperari potest prae-
sertim in eo qui cum sit mendicus
et pauper, quando sibi prandium
ab uxore nec obulum habente pa-
49 ratum non invenit, illam verberat,
quia durante mendicitate, durat
causa verberationis; quibus proinde
miserabilibus *propter peccatum* ma-
50 trimonium contrahere esset inhi-
bendum *Dicastill. de Matrim. tom.*
3. *disp.* 4. *dub.* 17. *num.* 176.
= ibi = *Si sit periculum ineundi*
matrimonium indignum genere et
familia et sanguine contrahentis,
poterit aliquando censeri grave
peccatum, sicuti et quando inirent
matrimonium, cujus onera, prae
nimia egestate, substinere non pos-
sunt =; nulla in eo qui cum sit
deditus ludo, perdita pecunia, do-
mum rediens, maximum animi
51 moerorem cum uxoris verberatione
expellere seu lenire studet; nulla
in eo qui quotidie inebriatur, do-
mumque rediens, eamdem implet
clamoribus domum, ac nimio furore
correptus uti mentecaptus uxorem
verberat; aliisque omissis, nulla
demum in eo qui pravam habet 52
consuetudinem cum aliqua foemi-
na, ideoque quoties videt uxorem
diabolum videt, semperque vanos
quaerit praetextus ad eam percu-
tiendam, ut propter afflictionem
hasque frequentes percussiones ul-
timum tandem claudat disperata 53
diem.

Quid ergo cautio, quid ipsa
viri carceratio, quid similis amara
nimis et sine reciproca conjugum
benevolentia cohabitatio operatur?
Nil aliud profecto quam ambo 54
convolent propter odium ad per-
ditionem — scit uxor se esse sub po- 55
testate viri, quem in dominum et
familiae caput agnoscere tenetur
Genes. cap. 3. *vers.* 16., *D. Paul.*
ad Colossen. cap. 3. *vers.* 18. *ad*
Ephes. cap. 5. *vers.* 22., *Rot. in*
Majoricen. Divortii 7. *Martii* 1760.
§ 4. *et* 5. *coram Herreros, et in*
Anconitana Obsequiorum Matri-
monialium 9. *Decembr.* 1763. § *Nec*
in classem coram Zelada —; sed
una simul non ignorat se non
esse traditam viro uti servam (quae
nec etiam sine causa verberari
debet *Leg.* 1. *ff. de his qui sunt*
sui vel alien. jur. §. *fin. Inst.*
eod. tit.) sed uti divinae et huma-
nae domus sociam *Rota in Romana* 56
Separationis Tori 10. *Januar.* 1735.
§ *Ejusmodi coram De Vais, et in*
altera Romana Separationis Tori
9. *Martii* 1767. § *Exuberant cor.*
De Comitibus, et in ejus confirma-

Digitized by Google

toria *diei* 29. *Aprilis* 1768. § *Du-*
bium coram eod., quam verberare
57 ad instar sacrilegii Cato esse cre-
debat *Thesaur. dec.* 130. *num.* 2.
in fin., *Rot. dec.* 155. *num.* 22. *ad*
28. *par.* 6. *recen.*; ferrum sic ei
vitam violenter non adimit, sed
ex malis tractamentis, afflictionibus,
58 lacrymis, atque moeroribus paula-
tim ad mortem a viro ducitur,
ejusque vita abbreviatur, quia sa-
nitas amittitur, totaque sanguinis
massa corrumpitur, suisque infan-
tibus filiis, si quos habet, quoties
59 lactem praebet toties venenum
porrigit si ab ejus uberibus nu-
triuntur. — Peccat maritus, sed et
uxor propter impatientiam, aver-
sionem, imprecationes et odium
60 a peccato non est immunis, nec
audet iterum adire judicem quia,
cum atroces non sint saevitiae, tori
separationem alias sibi forte dene-
gatam obtinere desperat. — Proles
si matrem amat, prout naturaliter
illam amare est credendum, pro
injustis percussionibus frequenter
in illam injectis patrem odit, aut
ab ejus exemplo excandescere, bla-
sphemare, irasci, saevitias exercere,
61 charitatem spernere discit, pessi-
mamque recipit educationem. — Ma-
xima denique oritur inimicitia inter
62 virum et propinquos uxoris, qui
quandoque pro illius vindicandis
injuriis properantur etiam ad arma;
mulieres enim, propter imbecilli-
tatem multorum ope et auxiliis
egentes, ideo propinquis non nu-
bunt, quia si quando a suis maritis
injuria afficiantur, opportunam eis
63 cognati opem ferant, ut considerat
Plutarch. in problematis cap. 116.,
Rub. in annot. ad Rot. decis. 81.
num. 16. *par.* 8. *recen.*

Quibus omnibus serio perpen-
sis ac mature consideratis, si con-
stet uxorem sine juxta seu futili
causa percussionibus etsi levibus
tamen frequentibus subjacere, puto
illi providendum esse separatione 64
non cautione, maxime si cautio
semel data virum meliorem non
reddiderit. Dum enim Judex in hisce
casibus ad contemplationem mariti,
et attenta gravitate materiae, sepa-
rationem concedere renuit, salutem
non minus corporis quam animae
non unius tantum sed multorum
ad perditionem peccando properan-
tium parvipendit, quae materia
longe gravior quam praedicta coha-
bitationis esse constat non tantum
ob periculum solius animae conju-
gis innocentis, quod omnino sepa-
rationem exposcit *Tamburin. de* 65
Sacrament. lib. 8. *tit. de Matrim.*
tract. 7. *cap.* 3. *num.* 3., *Reiffen-*
stuel Theol. Moral. tract. 14. *tit.*
de Sacram. quaest. 7. *num.* 44.
vers. III. Incitatio, *Rot. in d. Ro-*
mana Separationis Tori 10. *Janua-*
rii 1735. § *Unde oriebatur coram*
De Vais.; verum etiam totius fa-
miliae, ut jam dixi, et insuper
dum judex annuit instantiae viri
separationem impugnantis, quia co-
njugum cohabitationem interrum-
pere trepidat, similia impunita 66
relinquit scandala in republica
perniciosissima tum quia animae
deperduntur, tum quia filii pro
furcis seu triremibus educantur,
tum quia malum unius exem-
plum aliorum mores corrumpit. 67
Sublata namque formidine poenae,

Digitized by Google

multoque magis malo praeesunte exemplo

Mortales vitium poenitus labuntur in omne
Praecipites, quoniam facilis via ducit ad ipsum.

Si vero mulier propter *magnam* culpam ab ea commissam a viro puniatur, vel ab eo correcta, verbis contumeliosis ad iram eumdem provocet, ideoque percussionibus afficiatur, de mala viri tractatione conqueri nequit, nisi moderatae correctionis fines excedat et in illam atrociter insaeviat, tunc enim quaelibet levis saevitia pro tori separatione non sufficit, sed atroces saevitiae requiruntur, de quibus in *seq. Cap.* 7. *per tot.*, quae nec etiam ad effectum separationis admittuntur nisi de earum atroci-
68 tate concludenter constet *Riminald. Jun. cons.* 174. *num.* 8. *et* 18., *Rot. decis.* 441. *num.* 1. *par.* 1. *recen.*, cum aliis relatis in *decis.* 815. *num.* 2. *coram Buratt.*, a qua atrocitate
69 nulla causa quamvis MAGNA virum excusat *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 199. 200. *et* 207.

Unicum actum atrocissimum
70 ad tori separationem sufficientem admittit *Farinacc. d. quaest.* 143. *num.* 147., quem tamen non sufficere, sed duos requiri per id quod dicit quoad metum *Bartol. in Leg. De pupillo* § *Si quis num.* 15. *ff. de oper. nov. nunciat.* voluerunt *Abb. in Cap. fin. num.* 4., ibique *Dec. num.* 22. *De appellat.*, *Sanchez de Matrim. lib.* 4. *disput.* 1. *num.* 22., cum aliis apud *Farinacc. d. quaest.* 143. *num.* 203., *Ventrigl. in prax. annot.* 9. § 1. *num.* 18., *Sperell. decis.* 139. *num.* 3., *Rot. decis.* 2030. *num.* 6. *coram Coccin. et decis.* 191. *num.* 6. *et decis.* 239. *num.* 4. *et decis.* 324. *num.* 7. *par.* 6. *et dec.* 323. *num.* 18. *et seqq. par.* 9. *tom.* 2. *et dec.* 99. *num.* 12. *et* 17. *par.* 16. *recen.*, *et in Valentina separationis tori* 12. *Februarii* 1751. § *At etiam cor. E.mo Elephantutio*, nec inflictionem duarum alaparum satis esse dixit *Rot. d. decis.* 324. *n.* 15. *par.* 71
6. *recen.*

Haec tamen illimitata conclusio mihi non satisfacit, sed potius inspiciendum puto et diligenter 72
examinandum an unicus atrocissimus actus fuerit accidentalis et ex *magna* causa et culpa uxoris a viro mansueto et inclinato ad pietatem extortus, qui quidem sufficere non videtur quia de illius futura reiteratione non est timendum, quatenus uxor ex hoc edocta eamdem in posterum causam non praebeat, itaut ab ejus emendatione potius quam a resipiscentia et voluntate mariti pendeat in futurum actum impedire consimilem, non omissa tamen interim cautione a marito praestanda de se abstinendo a similibus.

Sed si vir fuerit natura superbus et ferox, pluries antea verbis et minis innocentem uxorem ter- 73
rere solitus, seu ludo deditus et si perdiderit deinde minis et contumeliosis verbis in uxorem prolatis suam manifestare animi angustiam consueverit, seu fuerit alterius foeminae amore captus et potius odisse quam amasse uxorem appareat, aut saepe quaesivisse occasionem deveniendi ad hunc actum, in his

Digitized by Google

similibusque circumstantiis, post primum actum atrocissimum, nunquam secundus forte mortalis expectandus esse videtur, et locum habere censerem opinionem *Trivisan. decis.* 61. *num.* 8. *lib.* 1. ubi unicam etiam alapam ad tori separationem sufficere firmat, nec dissen-
74 tire videtur *Rot. d. dec.* 239. *num.* 9. *par.* 6. *recen.*; quod et esse quoque verum existimo si ex unico actu atrocissimo implacabile odium exortum fuerit inter conjuges, quod per se solum sat esse ad tori separationem infra *cap.* 11. *hoc eodem lib.* 2. ostendere non omittam.

In quocumque tandem casu, quo ex actu atrocissimo mutilatio alicujus membri sequatur, inhumanum est credere quod debeat
75 expectari secundus, quasi quod mutilatio manus non sufficiat, quatenus deinde mutilatio quoque brachii non accedat, aut uno eruto uxoris oculo ut altero deinde privetur oporteat — quinimo inhumanum etiam reputo post primum
76 atrocissimae ac bestialis verberationis actum expectare quoque secundum pariter atrocissimum, quo vir cuncta frangat ossa mulieris, aut ei necem inferat, nisi enim ex insolita accidentali ebrietate, vel ex instantaneo mentis delirio maritus hunc excessum licet unicum in uxorem nulla sibi per eam tributa causa commiserit, non alias, ejus vitae insidiare et usque ad atrocitatem insaevisse praesumi potest quam ex capitali odio quod, ut dixi, sufficit ut ea ab ipso omnino separetur ne ob secundum atrocitatis actum morti succumbat, nec mihi suadere possum quod si DD., qui contrariam tenuere sententiam, muliebrem vestem, non femoralia deferrent, duos atrocissimos actus injustae verberationis requiri scripsissent, nec si judices non ex masculino sed ex foemineo sexu eligerentur, eorum opinionem adoptarent.

Ex hucusque deductis apparet quod laudem quidem promereantur Scribentes, qui tunc tori separa- 77
tionem indistincte saltem admittunt, cum ponderata praeteritorum actuum et saevitiarum atrocitate, ex ea timor insurgat futurae reiterationis cum periculo temporalis vitae mulieris, sed aequaliter laudandi non sunt, dum nihili faciunt *leves* saevitias temere per longum tempus in innocentem uxorem exercitas, ex quibus juxta praemissa, propter peccata, non subito corporis sed, quod pejus est, animae tum mulieris tum universae familiae mortem imminere dignoscitur. Heu maxima caecitas quae vitam corporis, vita animae pretiosiorem existimat!

CAP. VII.

Quaenam sint atroces saevitiae sufficientes ad Tori Separationem.

SUMMARIUM.

1. Sufficiens ad tori separationem est levis saevitia adhibita sine nulla aut sine magna causa *et num.* 51.

Digitized by Google

2 Concurrente magna causa potest maritus leviter percutere uxorem ad correctionem.

3 Atroces saevitiae etiam propter magnam causam adhibitae superabundant pro tori separatione.

4 Atroces saevitiae sunt immanes uxoris percussiones.

5 Panormi quaecumque saevitiae in uxorem nobilem pro gravibus habentur, et commovent omnes uxoris propinquos.

Amalericus Rex Hispan. x. ob saevitias in uxorem fuit occisus *ibib.*

6 Atroces scvitiae sunt inhumanus tractus per domum, maxime accedente circumstantia nuditatis uxoris,

7 Ludibria uxoris pudori ac honestati vim inferentia,

8 Corporis nudatio, manuum in vincula conjectio, subsecutus ex verberationibus abortus, ferula et cingulus ex corio cum fibulis ferreis ad insaeviendum adhibitus,

9 Ejectio uxoris e maritali lecto, quae dicitur etiam dementia,

10 Jurgia, dissensiones et verba contumeliosa,

11 Minae, ex quibus deducatur virum aliquid cogitare moliri in necem uxoris

12 Nisi appareat id virum egisse ad incutiendum tantummodo timorem,

13 Nec probetur esse terribilem et solitum facere minis subsequi facta,

14 Item percussiones cum signis et livoribus ab uxore in facie, aut in alia corporis parte delatis,

15 Seu cum calcibus, fustibus et alapis.

16 Unica alapa ad tori separationem non sufficit;

17 Limita si ex illa de atrocioribus futuris saevitiis timeri possit,

18 Aut nulla vel levis causa concurrat correctionis.

19 Alapa inter atroces saevitias connumeratur.

20 Alapa percussus percussorem, licet inermem, occidere potest.

21 Item uxoris carceratio.

22 Maritus uxorem carcerare potest,

23 Si moderate fiat secluso periculo necis, et quando id liceat. Contrarium *num. seq.*

25 Carceratio uxoris executa per maritum est res mali exempli, et quare.

26 Item machinatio in uxoris vitam per maritum veneno intentata.

27 Facturae, barbariae, incantationes, aut similia veneficia.

28 Quilibet actus ad vulnus inferendum aptus, quod vir intulisset, nisi fuisset impeditus. Jactus mallei quo vir collum uxoris laesum fuerit *ibid.*

29 Limita si similes actus non sunt adeo qualificati et appareant impetus animi ex culpa uxoris exercitati, nec vir sit natura ferox:

38 Aut de illis unicus tantum testis deponat de auditu uxoris acclamantis,

Digitized by Google

31 Secus si plures sint testes.
32 Retentio concubinae, cujus causa maritus uxorem odisse censetur.
33 Adulterium per se solum causam tribuit divortio.
34 Item gravitas morbi per uxorem acquisiti ex malis viri tractamentis, unde oritur odium in uxore.
35 Extende etiamsi odium non concurrat.
36 Denegatio condecentium vestium et muliebris ornatus.
37 Prohibitio facta uxori de non loquendo cum suis consanguineis, de non accedendo ad eorum domum et de illis non admittendis in domum ipsius viri.
38 Si vir uxorem nunquam salutaverit.
39 Officia amici sunt in salutando praevenire, nec faciem abscondere a cognatis.
40 Item si maritus uxorem infirmam nunquam invisit.
41 Denegatio medici et medicinae uxori aegrotanti.
42 Denegatio alimoniae omnium saevitiarum maxima.
43 Negare alimenta idem est ac necare.
44 Potissimum si vir neget alimenta uxori gravidae,
45 Vel dum infirmitate laborat et praecipue tempore partus.
46 Graves animi moerores possunt immature expellere foetum cum periculo vitae matris.
47 Ob saevitiam Neronis uxor Poppaea foetum et vitam perdidit.
48 Saevitiae eo magis sunt atroces, si ex nulla, vel levi, aut inhonesta causa sunt adhibitae.
49 In foeminis honestissimis et nobilibus illae saevitiae graviores sunt, quae in humilioribus sunt leviores.
50 Ad valorem saevitiarum ponderandum, semper attendenda est qualitas personae, cui inferuntur.
52 Lamentationes uxoris erga virum uti infidelem, bona dissipantem, pravam consuetudinem cum aliena foemina habentem non est justa causa correctionis ejusdem uxoris.
53 Quin potius talis vir corrigendus et puniendus erit.
54 Restitutio uxoris, quae a viro discessit, denegatur non tantum ob viri sed etiam ob suorum parentum severitatem;
55 Etiamsi vir offerat cautionem.
56 Restituta viro mulier, quae ab eo ex levitate discessit, non est ab ipso punienda, et quare.

Quaecumque levis et frequens saevitia sine nulla aut sine *magna* causa sufficiens esse potest ad petendam, ut jam dixi, et obti-
nendam tori separationem. Concur- 1
rente autem causa, dummodo *magna* sit, potest maritus *leviter* tamen *ad correctionem* percutere uxorem, si verba nihil proficiant, non
autem atrociter — saevitiae enim 2
atroces etiam propter magnam causam in uxorem exercitae multo magis superabundant ut separatio tori per uxorem petita concedatur.

3 Inter atroces antem saevitias enumerantur:

1. Immanes uxoris percussiones
4 ad *Text. in leg. Consensu* 8. *Cod. de repud.* = ibi = *Si se verberibus, quae ingenuis aliena sunt, afficientem probaverint* = et advertunt *Covarruv. in Epitom. de Sponsal. par.* 2. *cap.* 7. § 5. *num.* 1., *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 14. *et* 16., *Peguer. decis.* 20. *num.* 8., *Rot. decis.* 441. *num.* 1. *par.* 1. *et decis.* 155. *num.* 19., *et decis.* 239. *num.* 1., *et decis.* 277., *sub n.* 14. *part.* 6., *et decis.* 514. *num.* 1. *et seqq. par.* 14. *et decis.* 115. *num.* 2. *par.* 18. *tom.* 1. *recent.*

Maxime si ex aliqua ex his percussionibus sequatur abortus *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 44., *Rot. decis.* 155. *num.* 29. *par.* 6. *recent.*, aut inflicta fuerit in pectore, propter quam uxor per aliquot dies sanguinem expuerit *Reiffenstuel. loc. mox cit.*

Panormi tamen quaecumque
5 saevitiae in foeminam nobilem habentur pro gravibus, itaut si uxorem nobilem maritus leviter etiam percuteret seu verberaret, fieret rumor magnus inter universos uxoris propinquos, qui omnes commoverentur ut tradit *Tamburin. de Sacrament. lib.* 8. *tit. de Matrim. tract.* 7. *cap.* 1. § 3. *num.* 5., ubi addit quod uxor humilis et plebeja gravius puniri solet quam nobilis, quod tamen sic intelligendum venit ut hujusmodi gravitas atrocitatem non attingat.

Multoque magis quaelibet sevitia in uxorem reginam pro atroci et gravissima reputatur et infaustos producit exitus. — Clotildes (filia Sanctae Clotildis, quae Clodoveum Franciae regem, suumque virum ad catholicam fidem convertit) cum esset desponsata Amalerico Hispaniarum Regi x. et ab eo, qui erat Arianus, alapa affecta usque ad effusionem sanguinis e naribus, transmisit Childeberto Francorum regi, ejusque fratri una cum literis sudariolum praedicto proprio sanguine conspersum, qui accensus ira simul cum aliis suis fratribus, atque militibus Barchinonam se contulit ubi Amalericus sedem habebat, ibique fuit occisus *Forest. Histor. Hispan. lib.* 8. *in Vit. Amalerici tom.* 4. *part.* 2. *pag. mihi* 12.

II. Inhumanus uxoris tractus 6
per domum *Rot. coram Pen. decis.* 1092. *num.* 5. = ibi = *Quidam enim testificabantur etc., et alii che l'avevano vista strascinare per casa* =, multoque magis accedente circumstantia nuditatis ipsius uxoris ita crudeliter male tractatae *Rot. in Romana Separationis Tori* 9. *Martii* 1767. § *Ex duobus cor. De Comitib.* = ibi = *Quibus atrociora quoque accesserunt etc. nec non alia inaudita, nudam, nimirum, mulierem, domesticis inspectantibus per cubicula circumferendo, ac tentando etiam eam exponere ad magnam domus fenestram, quodque horret animus, eam etiam penitus nudatam pedibus conculcare, itaut necesse deinde fuerit lenientia medicamenta adhibere* =; adeo namque nuditas pudici hominis in eo verecundiam producit, ut vix Adam

Digitized by Google

et Eva boni et mali agnitionem perceperunt, tegere statim pudenda studuerint *Tertullian. de Corona cap. 7.* = ibi = *Si fuit aliqua Pandora, quam primam foeminarum memorat Hesiodus, hoc primum caput coronatum est a Charitibus, cum ab omnibus muneraretur: unde Pandora. Nobis vero Moyses propheticus non poeticus pastor principem foeminam Evam facilius pudenda foliis quam tempora floribus, incinctam describit* =; idemque *de anima cap.* 38. = ibi = *Adam et Eva ex agnitione boni et mali pudenda tegere senserunt* =: nullaque gravior injuria pudori honestae mulieris inferri potest quam si denudetur, itaut, quemadmodum refert Herodotus, uxor Candaulis pulchra non minus quam casta contra viri vitam conspiraverit, ubi scivit illius opera se nudam a Gige fuisse simpliciter inspectam.

III. Alia ludibria uxoris pudori
7 ac honestati vim inferentia cum aliis corporis cruciatibus, qui sunt non solum corporis nudatio verum etiam manuum in vincula conjectio, ferula et cingulus ex corio
8 cum fibulis ferreis ad saeviendum adhibitus, aliique crudeles modi verberandi, de quibus *Rot. decis.* 155. *num.* 19. *et seqq. part.* 6., *et decis.* 323. *num.* 32. *part.* 9. *tom.* 2., *et decis.* 199. *num.* 4. *part.* 13. *recent.*

IV. Ejectio uxoris e maritali lecto facta ab irato marito ne illa
9 secum dormiat, quae non solum saevitia dicitur sed etiam dementia *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 152., et generaliter expulsio ipsius uxoris sine causa *Farinacc. loc. cit. num.* 236. *et seq.* = ibi = *Ampliae 4. ut vir sic propria auctoritate et sine causa uxorem expellendo puniatur ex allegat. per Bermon. etc., ubi quod restituit dotem cum fructibus et amittit lucrum dotis etc. debet condemnari in quarta parte bonorum suorum, dummodo haec quarta non excedat centum libras etc., tenetur illam alere extra domum etc., in electione uxoris est petere aut fructus dotis aut alimenta* =:

V. Jurgia, dissensiones et praesertim verba imperiosa passim in uxorem prolata *Rot. in Romana* 10
separationis tori 9. *Martii* 1767. § *Ex duobus coram De Comitibus*, et in ejus confirmatoria *diei* 20. *April.* 1768. § *Quae cum coram eod.*, juncta quoque cum minis, ex quibus deduci possit virum aliquid cogitasse moliri in grave damnum 11
seu necem uxoris *Rot. decis.* 751. *num.* 5. *part.* 4. *divers.* = ibi = *Concurrebant verbera*, MINAE DE OCCIDENDO, *injuriae et aliae multae malae tractationes etc., tamquam continentia saevitiam excedentes terminos levis correctionis marito in uxorem permissa* =; quod et merito ponderavit eadem *Rot. dec.* 199., *sub n.* 9. *par.* 13. *rec.* nisi appareat praedictae machinationis signa dedisse non animo effectuandi, sed ad incutiendum uxori timorem ut aliquod in favorem 12
ipsius viri exequeretur quod ipsa exequi recusasset, neque probetur illum esse terribilis naturae et solitum facere minis subsequi facta.

Digitized by Google

13 *Natt. cons.* 616. *num.* 4. *tom.* 3., *Roland. cons.* 27. *n.* 21. *lib.* 3., *Farinacc. quaest.* 143. *n.* 142. *et seq.*, *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 16., *Rot. in Bononien. separationis tori* 21. *Februarii* 1650. § *Rejecti pariter cor. Bich.*

VI. Percussiones cum signis et
14 livoribus ab uxore in facie aut in alia corporis parte delatis *Aldobrand. cons.* 71. *n.* 19. *et* 21. *lib.* 1., *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 182., *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *d. disput.* 18. *num.* 14. *et* 16., *Sperell. decis.* 139. *num.* 62. *et seqq.*, *Rot. decis.* 155. *n.* 14. *et seq. et decis.* 239. *n.* 4. *par.* 6. *et dec.* 514. *n.* 3. *par.* 14. *rec.*, *et in Romana separationis tori* 9. *Martii* 1767. *d.* § *Ex duobus*, et in ejus confirmatoria diei 29. *Aprilis* 1768. § *quae cum in jure cor. De Comitibus* = ibi = *Constat enim etc. Joannem Paulum frequentissime in eam irruisse non solum contumeliosis verbis, sed etiam gravissimis percussionibus ad livorem usque injectis* =; multoque magis si non livores tantum, sed etiam vulnus cum sanguinis effusione in facie vel in capite appareat *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *tit.* 19. *num.* 44., aut cicatrices *Ancharan. cons.* 408. *n.* 1. = ibi = *Probata tanta viri saevitia contra suam uxorem, qui eam verberibus afficiens vulneribus etiam cum cicatricibus dehonestans et aliis male tractans, videtur uxori praebuisse justam causam fugae exhibendo se ei ita terribilem et crudelem; praebent enim ista justam causam separationis et denegationis restitutionis* =.

VII. Percussiones etiam cum 15
calcibus, fustibus et alapis *Rot. dec.* 239. *n.* 4. *et seq. et sub n.* 9. *et dec.* 277. *sub n.* 14. *par.* 6. *recen.*, *et in Romana separationis tori* 10. *Januar.* 1735. § *Haec autem et seqq. cor. De Vais, et in altera Romana separationis tori* 9. *Martii* 1767. § *Ex duobus cor. De Comit.*, quia conjugali amori non leviter obstant *Castropal. disput.* 3. *de Sponsal. punct.* 5. § 3. *num.* 3. = ibi = *Uxorem tamen cedere alapis, conculcare pedibus, fustibus percutere raro permitterem, quia conjugali affectui et amori, qui semper spectandus est, hae graves punitiones, si frequentes sint, non leviter obstant. Minus censeo concedendam verberum punitionem, quia haec servorum propria est; et licet aliquando, causa urgente, ingenui soleant affici hac punitione, id contingit cum in minori aetate sunt constituti* =; item si factae fuerint cum baculo tam atrociter ut baculus in illis infligendis frangatur *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *tit.* 32. *n.* 44. — aut tales sint ut propter illas uxor per aliquot dies in lecto se continere debuerit *Reiffenstuel. loc. mox cit.* — vel si vir uxoris collo seu pectori gladium seu scopletum apposuerit una cum animo seu minis illam occidendi *Reiffenstuel. loc. cit.*

Et quamvis unicam alapam ad
tori separationem sufficientem non 16
esse opinentur Doctores relati per *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 203. *et seq.*, illorum tamen opinio locum habere potest cum constat virum alapa ex *magna* causa per-

Digitized by Google

cussisse mulierem in primo motu et ex insolito calore iracundiae coactum, itaut in futurum de atrocioribus saevitiis timeri non possit; —
17 secus autem cum ex hac percussione futurae saevitiae justus oritur metus, seu quando *nulla* vel *le-*
18 *vis* causa subest correctionis, tunc enim, praesertim si agatur de muliere nobili et perillustri matrona, unicam etiam alapam sufficere existimo cum doctissimo *Trivis. decis.* 61. *num.* 8. *lib.* 1. = ibi = *Propter saevitias, puta alapam, fit separatio tori* =, eam siquidem in-
19 ter atroces saevitias connumerat J. C. in *Leg. Praetor edixit* 7. § *ult. in fin. ff. de injur.*, et probant innumeri fere DD., quos late congerit *Farinacc. quaest.* 105. *n.* 207. *et seqq.*, *Amen. de delict. et poen. tit.* 7. § 5. *n.* 100., *Ursaya Instit. Crimin. lib.* 2. *titul.* 10. *num.* 62. *et seq.* = ibi = *Atrox est illa injuria quae fit per alapam vel percussionem in facie, quia hominis facies omnium aliarum partium corporis nobilissima et dignissima est* =, itaut alapa percussus percussorem, licet iner-
20 mem, occidere valeat per ea quae tradunt relati a *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 29. *cap.* 4. *n.* 25., *Jodoc. in prax. cap.* 79. *num.* 1. *et* 2.

21 VIII. Uxoris carceratio, prohibita juxta *Gloss. in Can. Placuit* 10., *verb. Potestatem vers. Sed numquid laicus caus.* 33. *quaest.* 2., *Rot. d. dec.* 277. *sub num.* 14. *par.* 6. *recen.*; et quamvis id licere ma-
22 rito putent *Imol. in Cap. Quemadmodum* 25., ibique *gloss. fin. De jurejur. Felin. in Cap. Cum contingat* 13. *num.* 8. *De for. compet.*, *Boer. decis.* 275. *num.* 2., si moderate fiat et secluso periculo necis, quando uxor adultera vel viri vitae insidiatrix est incorrigibilis, 23
quorum opinionem sequitur *Farinacc. d. quaest.* 143. *n.* 207.; in casu tamen quo maritus hoc utatur arbitrio non sine causa aut non ex levi, sed ex magna causa moderate tamen recludendo per aliquot dies uxorem in uno domus cubiculo cum condecenti victu, non autem atrociter sine cibo et potu, vel adhibitis cippis aut compedibus seu manicis ferreis, vel ab eis solutam in locum humidum aut terreum eamdem detrudat, aut quid simile attentet; — ego nihilo- 24
minus in hoc casu censeo quod cum raro, seu nunquam rectus judex sit judex interessatus et ira ac vindicta commotus, nullo pacto recedendum sit ab ea regula quod nemo judex esse potest in causa propria, necnon ab altera quod nemini liceat jus sibi dicere *L. Qui jurisdictioni* 10. *ff. de jurisd. omn. Judic.* — praeterquam quod res est mali exem- 25
pli, nam proles aut infortunium matris deplorans patrem tamquam non uxoris virum sed tamquam tyrannum odit; aut videns matrem non uti sociam sed uti vilissimam servam a patre tractatam, non amplius illam debita reverentia, obedientia et obsequio veneratur.

IX. Machinatio in uxoris vitam per maritum veneno intentata 26
Rot. decis. 352. *n.* 6. *par.* 5. *tom.* 1. *rec.*, seu facturae, barbariae, 27
incantationes aut similia veneficia

Digitized by Google

ad necandam mulierem a marito et respective ad necandum maritum a muliere parata *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *n.* 6., *Farinacc. d. quaest.* 143. *num.* 154. *in fin.*, *Thesaur. dec.* 130. *num.* 3.

x. Quilibet actus ad vulnus in-
28 ferendum aptus quod vir intulisset, nisi fuisset impeditus *L. Consensu* 8. *et Auth. Sed novo jure Cod. de repud.*, *Jo. Andr. in Cap.* 1. *de divort.*, *Paris. consil.* 54. *num.* 9. *lib.* 4., *Aldobrand. cons.* 71. *per tot.*, *Card. Zabarell. cons.* 9. *num.* 8., *Sperell. decis.* 139. *num.* 68., *Rot. dec.* 239. *num.* 11. *par.* 6., *et decis.* 199. *num.* 7. *par.* 13., *et decis.* 514. *n.* 6. *et* 7., *par.* 14. *recen.*, *et in Romana separationis tori* 10. *Januarii* 1735. § *Tanto magis cor. De Vais*, *et in altera Romana separationis tori* 9. *Martii* 1767. § *Ex duobus coram De Comitibus*, et in ejus confirmatoria *diei* 29. *Aprilis* 1768. § *Quae cum et seq. cor. eod.*, ubi de jactu mallei, quo collum uxoris non leviter laesum fuit, et de aggressione cum curto ense cultroque coquinario, gladio, ac ense januensi, et in *Romana separationis tori* 27. *Junii* 1760. § *Hasce autem coram Canilliac.*, ubi de viro qui uxorem in sublime elevatam inde celeri eamdem super humum pondere corporis labentem dimittebat; evaginatoque ense in illam irruebat = ibi = *Prendeva di peso e la sbatteva di piombo — sfoderava la spada e andava con detta spada nuda contro detta Signora* =; quos actus, aliosque enumerat etiam *Leander disput.* 26. *de Matrim. quaest.* 46. = ibi = *Quod vir gladium apposuerit ad collum uxoris animo illam occidendi, vel feriendi; quod alter conjux alteri per venenum, vel per maleficia, vel alio modo insidias vitae paraverit; quod vir graviter et atrociter uxorem percusserit; sive id fecerit gladio, sive hasta in capite, facie, oculo, aut in pectore, aut in manibus* =

Limita tamen si similes actus
non fuerint adeo qualificati, cru- 29
deles et atroces, et appareant impetus animi momentanei ex ira per imprudentiam et insolentiam uxoris suscitata, nec vir sit natura ferox, tunc enim satis non essent ad inducendam indignationem irrationabilem et saevitiam *Natt. cons.* 616. *sub num.* 8., *Rot. coram Buratt. decis.* 815. *num.* 1., *et in Bononien. Separationis Tori* 21. *Februarii* 1650. § *Quatenus vero coram Bich.* — aut si de his actibus unicus tantum testis deponat de auditu uxoris
acclamantis, tuta namque non est 30
ejus fides, non solum quia est unicus, verum etiam quia vel ab uxore vel in sensu circa voces, aut in intellectu circa imaginationem, quod vir uxorem percuteret, decipi potuit *Roland. consil.* 27. *num.* 10. *lib.* 3, *Rot. decis.* 441. *num.* 3. *par.* 1. *recen.*; at si non unus tantum sed plures sint testes ad probandam rem clanculo peractam de
auditu etiam ab uxore deponentes, 31
aliquando sufficere possunt *Rot. decis.* 155. *num.* 59. *et decis.* 191. *num.* 8. *et seqq. par.* 6. *recen. et decis.* 292. *num.* 24. *coram Crisp.*

xi. Retentio concubinae, cujus
causa maritus uxorem odisse cen-
32 setur *Cyriac. controv.* 172. *num.*
40. *et seq.*, *Rot. decis.* 115. *num.*
3. *par.* 18. *tom.* 1. *recen. et in d.*
Romana Separationis Tori 9. *Martii*
1767. § *Eoque magis cor. De*
Comit., ultra adulterium quod per
33 se solum causam tribuit divortio,
ut in *seq. Cap.* 13. *hujus lib.* 2.

xii. Gravitas morbi per uxorem
acquisiti ex malis viri tractamentis,
34 quo obruta et oppressa reperiatur,
id enim odium, animumque implacabilem
in ipsa concludit erga
virum, a quo propterea separari
debet *Abb. in Cap. Ex transmissa*
num. 2. *vers. Hoc etiam de divort.*,
Gomez var. resol. tom. 3. *cap.* 3.
num. 8. *ad med. vers. Unde in hoc*
casu, *Sanch. de Matrim. lib.* 10.
disput. 18. *num.* 19., plene *Farinacc.*
quaest. 143. *num.* 145., *Rot.*
in Romana Separationis Tori 29.
April. 1768. § *Si autem cor. De*
Comit.

Extende etiamsi non concur-
35 rat odium, sed circumstantiae demonstrent
uxorem mala valetudine
affectam ob timorem illi ab iisdem
malis tractamentis incussum *Abb.*
in Cap. Literas in fin. de restit.
spoliat., *Rot. decis.* 226. *num.* 1.
cor. Seraphin. Et dec. 43. *num.* 1.
cor. Rembold., *et d. dec.* 239. *sub*
num. 13. *vers. Denique par* 6. *recen.*,
et in Posnanien. Separationis
Tori 14 *Maii* 1728. § *Non relevante*
coram Card. Cinc.

xiii. Denegatio condecentium
36 vestium et muliebris ornatus *Rot.*
in Anconitana Obsequiorum Matrimonialium
9. *Decembr.* 1763. §
At ponderatis cor. Zeladu, itaut
diebus festivis uxor pro audiendo
sacro laceris vestibus, aut propriae
conditioni non convenientibus induta
ad ecclesiam accedere coacta
fuerit *Farinacc. quaest.* 143. *num.*
152., *Rot. in Romana Separationis*
Tori 27. *Junii* 1760 § *Hasce autem*
cor. Canilliac.

xiv. Prohibitio facta uxori de
non loquendo cum suis consanguineis,
de non accedendo ad eorum
domum, et de illis non admitten- 37
dis in domum ipsius viri, quae
prohibitio vocatur actus redolens
malam tractationem aptam ad separandos
conjuges juxta firmata per
Rot. d. dec. 239. *sub num.* 13.
par. 6. *recen.* = ibi = *Denique de*
mala tractatione facta per D. Principem
erga D. Benedictam. deponunt
etc. respective deponentes de
verbis injuriosis, *de prohibitione*
ne parentes neque Bettina mater
et Paris frater ad eam accederent =.

xv. Defectus actus urbani, si
vir nimirum licet erga aliam mulierem
se laetum, jucundum, ac
obsequentissimum praebeat, uxorem
tamen nequidem unquam salutat,
ex hoc enim praesumitur 38
inimicus *Jas. in L. Apertissimae*
col. 2. *Cod. de Judic.* — officia namque
veri et non ficti amici sunt in
salutando praevenire, nec faciem
abscondere a cognatis, ut pluribus 39
allegatis inquit *Cornel. a lapid.*
Commentar. in Ecclesiast. cap. 22.
vers. 32. *lit. D. et in Commentar.*
Evangel. D. Matthaei cap. 23.
vers. 6. *et* 7.

xvi. Si maritus uxorem infirmam
et in lecto diuturno praeser- 40

tim morbo aegrotantem nunquam invisit, hoc enim et aversionem et odium denotat et inter saevitias tori separationem inducentes recenset *Rot. coram Crisp. decis.* 292. *num.* 18. = ibi = *Eamque gravibus infirmitatibus laborantem nunquam invisit* =.

XVII. Multo magis denegatio medici et medicinae, ut uxor in
41 gravis infirmitatis statu absque ullo remedio et auxilio languescat, quod inter maximas pariter saevitias fuit adnotatum a *Sac. Rot. decis.* 706. *sub. num.* 2. *par.* 1. *recen.*

XVIII. Denegatio necessariae ali-
42 moniae, quae non est quidem parvi momenti saevitia, sed omnium saevitiarum maxima; negare siquidem alimenta idem est ac necare *L.*
43 *Necare* 4. *ff. de liber. agnoscend.* = ibi = *Necare videtur non tantum is qui partum praefocat, sed et is qui alimoniam denegat* =, consonat *Text. in Can. Pasce* 21. *dist.* 86. = ibi = *Quisquis pascendo hominem servare poteris, si non paveris fame occidisti* =, ac notat *Surd. de aliment. tit.* 1. *quaest.* 48. *num.* 5., et ad rem individualiter tradunt *Monald. cons.* 44. *num.* 2., *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 152., *Rot. coram Buratt. dec.* 204. *et dec.* 205. *num.* 5., *et coram Peutinger. dec.* 98. *num.* 8., *et coram Pamphil. dec.* 290. *num.* 8., *et cor. Crisp. dec.* 292. *num.* 18.

XIX. Potissimum si vir uxori
44 neget alimenta etiam dum eadem uxor est gravida *Rota in Romana Separationis Tori* 10. *Januar.* 1735. § *Tanto magis coram De Vais* = ibi = *Tanto magis cum eo processerit furor viri, ut uxori etiam praegnanti et inedia languenti necessaria alimenta subtraxerit* =.

XX. Vel dum infirmitate laborat, et praecipue tempore partus; 45
palam enim exinde fit ita odio eamdem prosequi ut animum determinatum habeat cum hac immanitate tristitiam maximam et iram excitante illam occidendi, cum graves animi moerores apti sint ad immature expellendum cum discrimine vitae matris foetum jam
conceptum, ut notant *Doleus lib.* 1. 46
de Simptom. gravidar. pag. 423. *et seq.*, *Zacch. quaest. medic. leg. lib.* 1. *tit.* 4. *quaest.* 4. *num* 79, *River. cap. de abortu pag.* 401. = ibi = *Foetum enecant animi perturbationes graves ut ira, tristitia, terror etc.* =, ac ita demonstrat sese velle crudelissimo assimilari Neroni, ob cujus saevitiam uxor Poppaea praegnans foetum per-
didit et vitam, secundum ea quae 47
referunt *Sveton. in Vit. Neronis juxta impress. Lugdunen. cum Gallica traduct. pag.* 135. *vers. Poppaea*, *Cornel. Tacit. libr.* 16. *Annal. sub num.* 10. *juxta impress. Florent. anni* 1637. *pag.* 228.

Demum omissis aliis saevitiis, quas hominum malitia excogitavit aut excogitare potest, eo magis atrocibus, si ex nulla, vel levi, aut ex turpi et inhonesta causa fuerint
adhibitae *Rota in Romana Separa-* 48
tionis Tori 10. *Januar.* 1735. § *Angelus cor. de Vais*, praesertim erga foeminas honestissimas, aut nobiles, in quibus illae saevitiae graviores sunt, quae in humilioribus essent

Digitized by Google

49 leviores *Reiffenstuel in Jus Can.*
lib. 4. *tit.* 19. *num.* 44, *Rot. cor.*
Cocoin. dec. 2011. *num.* 29., *et in*
Posnanien. Separationis Tori 14.
Maii 1728. § 6. *coram Card. Cinc.*,
et in Romana Separationis Tori
9. *Martii* 1767. § *Exuberant. cor.*
De Comit., et in ejus Confirmatoria
diei 29. *Aprilis* 1768. § *Quia cum*
coram eod., ad earum siquidem va-
50 lorem juste ponderandum, semper
qualitas personae, cui inferuntur,
est attendenda *Farinacc. d. quaest.*
143. *num.* 150.

Repetere juvat id quod est in
praxi omnino servandum, tori nem-
pe separationem concedendam esse
etiamsi sevitiae leves et frequentes
fuerint, quando uxor ullam vel
51 MAGNAM causam non dederit *Fari-*
nacc. d. quaest. 143. *num.* 199.,
Castropal. disput. 3. *de Sponsal.*
punct. 5. § 3. *num.* 3. = ibi =
Minus censeo concedendam verbe-
rum punitionem, quia haec servo-
rum propria est etc. Quapropter
(*nisi causa* GRAVISSIMA *urgeret*)
peccatum mortale existimarem eam
punitionem, etiamsi in suo genere
levis et moderata sit, quia ex se
uxorem maxime dedecet, et in
plurium sententiam sufficientem
praebet divortii causam. Atque ita
sustinet Sotus etc., Sanchez etc.,
Molina etc., Rota etc. =:

Nec justa nec magna insae-
viendi causa dici poterit si uxor,
ubi viderit per virum in frequen-
52 tibus conviviis cum amicis, seu in
ludo aut in alimentis amasiae
quotidie subministratis annuos bo-
norum redditus expendi, sive re-
sciverit ejus lubricitates, pravam-
que consuetudinem cum aliqua
foemina, intimo cordis dolore per-
culsa, se continere non potuerit
quin aliquando de dissipatione rei
familiaris et de infidelitate mariti
cum eo conquereretur; hujusmodi
enim querelae rationabiles ac ju-
stissimae sunt, et cuicumque pro-
vidae, prudenti, ac honestissimae
matrifamilias conveniunt, et que-
madmodum nec levem tribuerent
viro causam in illam insaeviendi,
ita nec levibus etiam et moderatis
percussionibus ad correctionem sunt
compescendae; — quamobrem si ob
hanc causam verbis contumeliosis,
injuriis, aut factis atrociter vel
leviter vir uxorem male tractaverit,
id fecisse constat ad vindictam non
autem ad correctionem, quin potius
ille pro eadem dissipatione corrigi
et condigna poena acriter puniri
ob pravam alienae mulieris con- 53
suetudinem promeretur.

Non semel quoque contingit
quod, etsi maritus a saevitiis in
uxorem abstineat, ipsius mariti ta-
men parentes in eamdem insae-
viunt, quo casu si uxor ab eo
discesserit, nec ipse a parentibus
se separare voluerit, non est illi
uxor restituenda, illius etenim re-
stitutio denegatur non tantum ob
viri sed etiam ob suorum paren-
tum severitatem, ut pluribus rela- 54
tis docet *Farinacc. d. quaest.* 143.
num. 211., quod existimo verum
etiamsi vir offerat cauctionem —
cautio namque praestita a viro ejus 55
parentes non obligat.

Si vero mulier non ex justa
causa sed ob levitatem a viro re-
cesserit, eo instante, ad illum redire

Digitized by Google

56 cogitur ut una simul reconcilientur, non autem ut ille eamdem puniat et ulciscatur, tum quia aliquid sexus levitati est indulgendum, tum quia punitio etiam moderata odium potiusquam amorem, benevolentiam et reconciliationem pareret, tum quia

Ne meno il vanto di pietà si prezza
Che il trionfar degli avversarj sui Tass.

et e contra

Semper et infirmi est animi, exiguique voluptas ultio Juven. Sat. 5.,

tum demum quia

Non cura alma viril donnesco oltraggio.

CAP. VIII.

An ad probandas saevitias requirantur testes omni exceptione majores, nec testes singulares, et mulieres admittantur.

SUMMARIUM.

1 Inter mulieres reperiuntur minus honestae, subdolae, fraudolentes et mendaces.
2 Sylla et Marius in bello prohibuerunt foeminas accedere ad eorum exercitus;
3 Huic prohibitioni tribuerunt sibi partas victorias.
4 Non omnes foeminae sunt inhonestae, proditrices et sceleratae, nec omnes a testificando repelluntur.
5 Sunt inter viros fures, latrones, perjurii, venefici, homicidae, adulteri, fornicatores, ebriosi, et facinorosi famosi, sed non omnes esse testes prohibentur.
6 De jure civili foeminae testes esse possunt in causis criminalibus dummodo sint honestae, *et num.* 11. *et* 16.
7 Non autem de jure canonico: Contrarium *num.* 10. *et seqq.* *et num.* 16.
8 Mulieri etiam doctae et sanctae olim interdictum erat ne viros in conventu doceret,
9 Multo minus in foro testes esse poterant.
10 Sed hodie de jure quoque canonico ad ferendum testimonium admittuntur,
12 Et signanter contra presbyteros,
13 Pro conjungendo vel dirimendo suorum matrimonio,
14 Pro impediendo futuro matrimonio,
15 Pro probanda irregularitate personae in Episcopum electae.
17 Admittuntur ergo in causis matrimonialibus, ubi testes omni exceptione majores requiruntur, *et num.* 44. *et seq.*
18 Item in codicillis, quibus similes testes intervenire debent.
19 Mulieres etiam sunt testes omni exceptione majores, et quare.
20 Causa separationis tori est causa status, gravis et ardua.
21 In causa separationis tori requiruntur testes omni exceptione majores.
Contrarium *num.* 22.
Distingue, *ut num.* 25. *et seqq.*
23 Rota modo in affirmativam, modo in negativam abiit sententiam.
Declara *ut num.* 56.

24 Dictum doctoris recipit declarationem a juribus per ipsum allegatis.

25 Ad probandum, post contractum matrimonium, impedimentum dirimens requiruntur testes omni exceptione majores *et num. seq.*,

27 Et consequenter quando agitur de dissolutione matrimonii jam contracti *et num. seq.*,

29 Secus quando agitur de sola tori separatione.

30 Ad probandos saevitiae maritalis actus, qui sunt difficilis probationis, testes inhabiles admittuntur,

31 Prout sunt consanguinei, affines, domestici et familiares *et num.* 53. *et seq.*,

32 Et praecipue parentes,

33 Et in specie mater,

34 Et etiam personae viles, ut servi et ancillae:

35 Sive deponant de visu,

36 Sive de auditu mulieris clamantis, plorantis et auxilium petentis,

37 Sive de auditu ab ipsamet muliere honesta et recte educata,

38 Sive de proprio sensu ex collusione manuum et percussionum strepitu,

39 Sive de publica voce et fama.

40 Etiamsi formiter aliquando examinati non sint.

41 Inspiciendi sunt mores et honestas foeminarum antequam earum attestationibus fides adhibeatur.

42 Foeminae fingere sciunt.

43 Quinam sint testes integrae fidei.

46 Mulierculae viles et pauperes sed honestae probant, quia paupertas non operatur ut non sint integrae fidei.

47 Testis pauper, si non constat an sit bonae vel malae conditionis, in hoc dubio a testificando non est repellendus;

48 Praesertim in materia difficilis probationis, in qua leviores probationes admittuntur.

49 Nec locum habent exceptiones contra testium personas.

50 Paupertas et vilitas ab ea profluens fidem non minuit.

51 Mulierculae curiosae et cupidae sunt videndi, et indagandi facta aliena, et praesertim viciniorum.

52 Manifesta macula carentes sunt integrae fidei, ad frequentiam Sacramentorum inclinatae, et plusquam masculi pejerare perhorrescunt.

53 Consanguinei et affines sunt testes suspecti.

54 Ancillae et famuli suis dominis praesumuntur affecti.

55 Mulierculae sunt minus suspectae ideo testes esse possunt.

57 Saevitias maritales exercitas intra domesticos parietes probant domestici consanguinei, affines, famuli, ancillae, inquilini etiam viles:

58 Alias posset maritus in uxorem ad sui libitum insaevire, aut eam ad damnationem desperatam deferre.

59 Idemque dicendum de testibus vulgaris ac infimae conditionis, praeter quos in loco seu oppido aut in villa, ubi co-

42

Digitized by Google

njuges habitant, alii non reperiuntur;

60 Quibus si judex fidem non adhibeat, et incolumitati uxoris male tractatae non prospiciat est in culpa.

61 Testes viles admittuntur quando nobiliores haberi non possunt:

62 Quando etiam satellites et mulieres infames ad hunc effectum admittantur.

63 In causis difficilis probationis, et in judicio separationis tori testes minus idonei, et minus validae probationes non rejiciuntur *et num.* 65.

64 Nulla habenda est ratio Doctorum, qui contrarium sentiunt.

66 Testes singulares non probant quando adhibentur ad probandum unicum actum momentaneum, qui principaliter controvertitur.

67 Nec probant in causa separationis tori unicum actum, qui per testes, contestes de loco et tempore, est probandus:

68 Secus si actus reiterati exhibeantur, et de saevitia quaeratur in genere.

69 Eoque magis cum natura negocii non patiatur, ut plures ad singulos actus interveniant, et quare.

70 Non est necesse quod testes concordent in tempore, dummodo concordent in eo super quo ad probandas saevitias inducuntur.

71 Judices concedere non debent tori separationem moti tantum ex solis gemitibus mulieris;

72 Neque ex ejus aspectu, lacrymis, venustate, aliaque corporis praerogativa sive naturali, sive artificiali.

73 Absolutionem a poena capitali Frinis meretricis famosae, quam ejus advocatus obtinere non potuit, ejus nivei pectoris candor, lacrymantium oculorum sagittae, oris pulchritudo, formae elegantia a judicibus obtinuerunt.

Simile judicium ad favorem Helenae uxoris Menelai *ibid.*

74 Judices ad probandas saevitias maritales audiant testes etiam non omni exceptione majores;

75 Sed ne decipiantur sedulo inquirere debent mulieris qualitatem, mores et aetatem.

76 Si vir senescat aut sit morbosus, mulier vero juvenis et formosa, timendum est de integritate testium, et mulieris separationem petentis.

77 Puella fugit senis amplexus.

78 Uxor juvenis mortem mariti senis desiderat.

79 Vir juvenis uxorem vetulam quando odisse censeatur.

80 Matrimonium inter foeminam annorum XVIII — et virum annorum XXXVI iniri deberet.

81 Probantur saevitiae per inspectionem corporis mulieris cum signis et livoribus,

82 Per attestationem medicorum,

83 Per signa et livores in facie,

84 Per testes de auditu ab ipsa uxore, a publica voce et fama, et ex conjecturis,

85 Per confessionem ipsius mulieris, et quando.

Digitized by Google

Quamquam inter mulieres
reperiantur minus honestae, subdo-
lae, fraudolentes atque mendaces,
1 itaut Sylla in bello Mitridatis,
et animosus Marius in bello Cim-
brorum foeminas ad eorum exer-
2 citus accedere probibuerint, cui
prohibitioni suas adversus hostes
3 sibi partas victorias tribuerunt —
non omnes tamen inhonesta sunt,
non omnes proditrices et sceleratae,
sed quamplurimae moribus et san-
ctitate conspicuae, nec omnes, pro-
pter alias mulieres malas, a testi-
ficando sunt repellendae, quemad-
4 modum etsi inter viros quoque non
pauci fures, latrones, perjurii, ve-
nefici, homicidae, adulteri, forni-
catores, ebriosi, et ob alia vitia
atque facinora famosi connumeren-
tur, adhuc non omnes ad perhiben-
dum veritatis testimonium inha-
5 biles aut minus idonei reputantur.

Hinc de jure civili foeminae
possunt esse testes in causis etiam
criminalibus criminaliter motis,
dummodo sint honestae, nec cri-
6 minosae, aut infames *leg. Ex eo*
18. *ff. de testib., leg. Qui testamento*
20. § *Eum qui vers. Mulier ff. Qui
testam. fac. poss., Clar. in § fin.
quaest.* 24. *n.* 2., *Farinacc. quaest.*
59. *num.* 17.

Et licet de jure canonico ha-
beamus *Text. in cap. Forus* 10.
ibique *gloss. verb. Non foemina
De verb. significat., et in Can.*
7 *Mulierem* 17. *caus.* 33. *quaest.* 5.,
ubi dicitur *mulierem testem esse
non posse*, adhuc haec prohibitio
facta potius in gratiam muliebris
modestiae, quam in odium fidei
mulieribus non adhibendae, eas
amplius hodie non afficit. Quidquid
enim servatum fuerit primis illis
ecclesiae seculis, quibus in *Concil.
Cartagin. IV. Can.* 99. *et Can.* 100.
mulieri, etsi doctae et sanctae in-
terdictum erat ne viros in con-
ventu, in loco nempe ubi reperi-
retur hominum multitudo, docere
praesumeret, ut ex *Tertull. in lib.* 8
de Virginib. veland. cap. 10., *et D.
Joanne Chrysost.* advertit *Baron.
annot.* 58. *num.* 55., unde multo
minus decebat quod ad proferen-
dum testimonium in foro compa- 9
reret, ut observat *Gonzalez in Cap.
Quaedam num.* 6. *De testib., Mi-
gliorucc. Instit. Can. lib.* 3. *tit.* 17.
num. 25. *et seq.*

Certum tamen est quod, pau-
latim remisso temporum illorum
rigore, non solum ecclesia mulie-
res in testes admisit, verum etiam
ut admitterentur expresse statuit 10
in *Can. Ex eo* 2. *caus.* 15. *quaest.* 3.
se conformando juris civilis dispo-
sitioni quod in omni fere negocio
mulieres a ferendo testimonio non
repellit *d. leg. Ex eo* 18. *ff. de
testib.* cum aliis jam supra allegatis. 11

Quapropter D. Gregorius Ma-
gnus *anni* 529. commisit *Sabino
Defensori Sardiniae*, et *Anthemio
Subdiacono* ut ad perhibendum
testimonium adversus *Epiphanium
Presbyterum* mulieres etiam admit- 12
terent, ut ex ejus *Epist.* 36. *lib.* 2.
relata *in Cap. Quoniam* 3. *De
testib.*

Consanguineos utriusque sexus
pro conjungendo vel dirimendo
suorum matrimonio in testes recipi

Digitized by Google

13 Ecclesiae Florentinae mandavit Ce-
lestinus iii. in *Can. Videtur* 35.
quaest. 6., et repetitum habetur
sub nomine Clementis iii. *in Cap.*
3. *Qui Matrim. accus. poss.*

Pro impediendo futuro matri-
14 monio unius tantum mulieris te-
stimonio fidem adhibendam esse
declaravit Alexander iii. in *Cap.*
Super eo 22. *de Testib.*

Et Innocentius iii., orta diffi-
cultate super electione *Episcopi*
Lucensis tamquam irregularis, ad
cognoscendam eamdem irregulari-
15 tatem praecepit *Priori S. Fridiani,*
et Magistro G. Canonico Pisano
ut mulieres etiam ad testificandum
reciperent in *Cap. Tam literis* 33.
De testib.

Adeont hodie in omni fere
causa mulieres tam de jure cano-
nico, quam de jure civili ad perhi-
16 bendum testimonium absque ulla
amaritudine admitti testentur inter
alios *Farinacc. quaest.* 59. fere *per*
tot, *Pax Jordan. lucubrat. lib.* 14.
tit. 18. *num.* 529. *et seq. tom.* 3.,
Sperell. dec. 81. *num.* 45., et ex
praxi omnium tribunalium com-
probatur.

Cum ergo a testificando in
17 causis matrimonialibus, in quibus
testes omni exceptione majores exi-
guntur ad *Text. in Cap.* 1. *De*
Consanguin. et Affinit., *Felin. in*
rubr. De Sponsal. num. 5., *Soccin.*
Jun. cons. 86. *num.* 6. *et seqq.*
vol. 2., non rejiciantur mulieres,
ut ulta text. adductos probant
Farinacc. quaest. 59. *n.* 33., *Pax*
Jordan. lucubrat. tom. 3. *lib.* 14.
tit. 18. *num.* 530., *Ventrigl. in*
prax. annot. 3. § 3. *n.* 18. *par.* 1.,
Barbos. sup. Concil. Trident. cap 1.
sess. 24. *de Reform. Matrim. num.*
139., *Rot. dec.* 205. *num.* 1. *par.* 2.
coram Verall., *et dec.* 713. *n.* 4.
cor. Buratt., *et dec.* 772. *num.* 2.
par. 2. *recen.*, itemque a codicillis,
qui testes graves et omni pariter
exceptione majores requirunt *L. fin.*
Cod. de Codicill., nequaquam sint
excludendae *Gloss.* ibid. *verb. Quin-* 18
que Testes, Molina disp. 131. *n.* 6.,
Mascard. de probat. conclus. 763.
n. 7. *tom.* 2., *Farinacc. d. quaest.*
59. *num.* 66., *Calvin. de aequit.*
lib. 2. *quaest.* 154. *per tot.*, ex hoc
convincitur mulierem esse testem
omni exceptione majorem, cum sit
idonea testis tam in causis matri-
monialibus quam in codicillis, in 19
quibus testes omni exceptione ma-
jores requiruntur, ut recte arguit
Tiraquell. del leg. Connub. leg. 9.
num. 74.

Verumtamen nec etiam in quo-
cumque casu subsistit quod, in ma-
teria separationis tori tamquam in
causa status gravi et ardua *Rot. de-* 20
cis. 324. *n.* 4. 5. *et* 32. *par.* 6., *et*
dec. 35. *n.* 9 *par.* 11., *et decis.* 99.
n. 4. *par.* 16., *et decis.* 404. *n.* 4.
et 5. *par.* 18. *tom.* 2. *recen.*, ad
probandas saevitias testes omni
exceptione majores requirantur ut 21
opinari videntur *Paris. cons.* 54.
n. 16. *lib.* 4., *Soccin. Jun. d. cons.*
86. *num.* 7. *et seqq. vol.* 2., *Natt.*
cons. 616. *num.* 1., *Farinacc. cons.*
157. *n.* 2., *Sperel. dec.* 139. *num.*
86., et etiam *Rot. decis.* 425. *n.* 4.
coram Bich. et decis. 324. *num.* 3.
et 13. *par.* 6., *et decis.* 35. *num.*
10. *par.* 11. *recen.*, *et in Valen-*
tina separationis tori 12. *Februarii*

Digitized by Google

1751. § *Quin hisce cor. E.mo Elephantutio, et in Anconitana obsequiorum matrimonialium* 15. *Junii* 1764. § *Sed cujuscumque coram Veri.*

Etenim, juxta magis receptam
et communem opinionem, non est
necesse quod testes in hujusmodi
causis sint omni exceptione majores,
cum etiam minus idoneos admittendos
esse prae caeteris tradant
Federic. de Sen. cons. 119.
num. 4., *Sperell. dec* 139. *sub
num.* 86., et quod magis est huic
innixa opinioni pluries pluriesque
testibus etiam non omni exceptione
22 majoribus adhibendam esse fidem
firmavit ipsamet *Rot.*, et signanter
dec. 147. *par.* 1., *et dec.* 337. *n.* 16.
et seq. par. 12., *et dec.* 199. *n.* 12.
par. 13., *et dec.* 115. *num.* 7. *et* 9.
par. 18. *recen.*, *et dec.* 372. *n.* 1.
cor. Mantic., *et dec.* 351. *num.* 6.
7. *et* 8. *cor. Ludovis.*, *et dec.* 292.
num. 22. *cor. Crisp.*, *et in Romana
Separationis Tori* 10. *Januar.* 1735.
§ *Maxime coram De Vais*, et in
altera *Romana Separationis Tori*
27. *Junii* 1760. § *Frustraque
circa fin. cor. Canilliac.* = ibi =
***Magis communis et aequior opinio
ea est testes in hac materia sufficere,
quamvis non omni exceptione
majores*** =.

Negari tamen non potest quod
cum permulta (ut ait Cic. pro
Murena) *praeclare legibus essent
constituta, ea jureconsultorum ingenii
pleraque corrupta ac depravata
sunt*, hinc inde habeantur propterea
Doctores in hac materia inter
se de more pugnantes, quodque
ipsamet *Rota*, ut ex allegatis apparet
Decisionibus, modo in affirmativam,
modo in negativam abie- 23
rit sententiam, cujus dissidii causa
semper fuit et est aequivocum
apertissimum, quo non semel causidici
decepti sunt et decepere
clientes, quippe qui cum putabant
mediante fide testium non omni
exceptione majorum pro eisdem
clientibus in tuto posuisse victoriam
multoties ob judicum inconstantiam
gravissimis expensis sinistro
cum eventu illorum exhausisse
crumenam, eosque depauperasse
noverunt.

Æquivocum oritur ex auctoritate
Paris cons. 54. *num.* 15. *lib.*
4., quem ejus asseclae vel caeca
fide, vel consulentes vel scribentes
ad opportunitatem causae indistincte
sequuntur, nullatenus reflectentes
quod illius dictum declarationem
recipere debet a juribus
per ipsum allegatis, quae qui- 24
dem jura, quae allegat, non alia
sunt quam *Gloss. fin. in Cap. In
literis* 24., *verb. Vitae De Testib.*,
et altera *Gloss. in Cap.* 1. *verb.
Majores De Consanguinit. et Affinit.*;
quarum *prima* notat necessarios
esse testes omni exceptione
majores ad probandum, post con- 25
tractum matrimonium, inter conjuges
impedimentum dirimens in
tertio gradu, de quo loquitur *Text.
in d. Cap. In literis*; sic et *altera*
advertit per similes testes esse probandum
inter conjuges ad dirimendum
matrimonium intercedere impedimentum
in primo genere affini- 26
tatis et in quarto gradu, de quo
loquitur in specie *Text. in d. Cap.*
1. *De Consanguin. et Affinit.*, et

Digitized by Google

consequenter testes omni exceptione
majores *utraque Glossa* requirit,
quando agitur de dissolutione ma-
27 trimonii quoad vinculum, non au-
tem quoad tori separationem.

Cum hac ergo distinctione pa-
tenti aequivoco de medio sublato,
quodlibet etiam sublatum remanet
inter DD. certamen et contrarie-
tas — quoties enim agatur de disso-
lutione matrimonii quoad vincu-
lum, locum habet opinio *Parisii*,
aliorumque doctorum testes omni
28 exceptione majores requirentium —
secus quando agitur de sola tori se-
paratione, salvo vinculo matrimo-
29 nii, nam in primo casu matrimo-
nii causa major ac gravior est,
quam in secundo *Natt. cons.* 24.
num. 1., in quo ad probandos sae-
vitiae maritalis actus, qui sunt dif-
ficilis probationis, propter earum-
dem probationum inopiam, perne-
cesse testes, quamvis non omni
exceptione majores, admitti debent,
et cum hac distinctione procedunt
Card. cons. 9. *num.* 5. *et seqq.*, *Fe-
deric. de Senis cons.* 119. *num.* 4.,
Crotus cons. 131. *num.* 26. *lib.* 1.,
Aldobrand. cons. 71. *num.* 34. *ad
fin. libr.* 1., itaut ad probandas
30 saevitias etiam testes inhabiles non
rejiciantur *Rot. decis.* 199. *num.* 12.
par. 13., *et decis.* 115. *num.* 7. *et*
9. *par.* 18. *recen.*, prout sunt con-
31 sanguinei et affines, domestici et fa-
miliares *Farinacc. quaest.* 143. *num.*
168., *Gratian. discept. forens. cap.*
37. *num.* 17., *Rot. decis.* 155. *num.*
50., *et decis.* 239. *num.* 18., *et seqq.
par.* 6. *recent.*, *et in Romana Se-
parationis tori* 10. *Januarii* 1735.
§ *Maxime coram De Vais*, et in
altera *Romana separationis tori*
9 *Martii* 1767. § *Frustra coram
De Comit.*, et in ejus confirmato-
ria *diei* 29. *Aprilis* 1768. § *Nec
juvant coram eod.*, et praecipue pa- 32
rentes *Rot decis.* 115. *num.* 9. *par.*
18. *tom.* 1. *recen.*, ac in specie ma-
ter *Rot. decis.* 155. *n.* 5. *par.* 6. 33
recen., nec non inter familiares
etiam personae viles, ut servi et
ancillae *Rot. d. decis.* 155. *n.* 51., 34
et in Romana separationis tori
27. *Junii* 1760. § *Frustraque cor.
Canilliac.*

Sive deponant de visu, in casu
quo nonnisi ab ipsis saevitiarum
actus videri potuerint, quia in oc-
culto et intra domesticos parietes
fuerint exerciti *Rot. d. decis.* 155. 35
n. 50. *et seq. par.* 6., *et decis.* 323. *n.*
27. 33. *et seqq. par.* 9. *tom.* 2. *recen.*

Sive de auditu mulieris cla-
mantis, plorantis et auxilium pe- 36
tentis *Card. Zabar. d. cons.* 9.
num. 8., vel de auditu ab ejus do-
mesticis *Rot. decis.* 191. *sub n.* 6.
et seqq. par. 6. *recen.*

Sive de auditu ab ipsamet mu-
liere, honesta tamen et recte edu-
cata, quae saepius apud illos suas 37
reiteraverit lamentationes *Rot. d.
dec.* 155. *n.* 10. *par.* 6. *et dec.* 514.
num. 5. *par.* 14. *recen.*, *et decis.*
292. *n.* 22. *cor. Crisp.*, *et in Ro-
mana separationis tori* § *Testibus
coram De Vais* = ibi = *Testi-
bus haec referentibus majorem ad-
debant fidem tum iteratae conquae-
stiones uxoris de assiduis verbera-
tionibus etc. ante motam hanc li-
tem ad matrem delatae* =

Sive de proprio sensu ex col-
lusione manuum et percussionum 38

strepitu *Rot. d. decis.* 155. *sub n.* 59., *et d. dec.* 191. *n.* 13. *par.* 6. *recen., et in dicta Romana separationis tori § Haec autem cor. De Vais.*

Sive demum de publica voce
39 et fama *Farinacc. quaest.* 143.
num. 175., *Rot. d. decis.* 155. *num.* 7. *par.* 6. *recen. et in d. Romana separationis tori* 10. *Januarii* 1755. *d. § Haec autem coram De Vais* = ibi = *Secundo considerabant DD. quod quatenus etc. aliquae ex praefatis probationibus imperfectae possent videri, abunde supplerentur per publicam vocem et famam, quae semiplenam facit probationem Gloss. etc., ubi quod testis unus cum fama, concurrentibus aliis adminiculis, in criminalibus, et in causa matrimoniali plenam facit probationem* =

Etiamsi singulares et aliquando
40 formiter examinati non fuerint *Rot.*
in d. Romana separationis tori § Demum leviores coram De Vais, et in d. Romana separationis tori 27. *Junii* 1760. *§ Posthabita cor. Canilliac.*

Frustra igitur in hisce causis pro impedienda tori separatione quotidie per defensores replentur scripturarum paginae, quibus docti justique judices inutiliter defatigantur, judices autem parum in legali facultate versatis decipiuntur, et depauperantur clientes opponendo contra testes de saevitiis deponentes quod non sint omni exceptione majores, vel quia sint domestici, vel quia sint mulieres, seu, ut dicunt, *mulierculae*, quasi quod sufficiat hoc adhibere vocabulum ut omnis eisdem fides adimatur. — Fateor enim quod in foeminis inspiciendi sint mores et ho-
nestas, antequam earum depositio- 41
nibus fides adhibeatur, quia, ut *Faustus* cecinit,

Aere quot volucres insunt, quot litore conchae,
Tot mala tot fraudes mens muliebris habet;

Adeout aliquae fingere sciant modo
risum et laetitiam, modo lacrymas 42
et moerorem, modo patientiam, modo furorem, modo timorem, modo audaciam ut cum hac colorum varietate veritatem, prout sibi magis expedit, opprimant, easque audientes et videntes decipiant, ut de collo columbae dixit Poeta:

Mai non si scorge a se stessa simile,
Ma 'n diversi colori al sol si tinge;
Or d' accesi rubin sembra un monile,
Or di verdi smeraldi il lume finge,
Or insieme gli mesce ...

Sed nisi probetur eas carere
requisitis, quae testibus integrae 43
fidei convenire docet *Farinacc. quaest.* 62. *num.* 5. = ibi = *Ut testis dicatur integer, nec possit repelli, debet esse immunis a quatuor: primo a crimine: secundo ab infamia: tertio a suspicione: quarto a macula manifesta* = sed illis praeditae sunt, illaque habentes, si ratione sexus non arceantur a testificando in causa, in qua agitur
de dissolutione vinculi matrimonia- 44
lis, ut habetur in praecit. *Can. Videtur* 35. *quaest.* 6., *Cap. Videtur* 3. *Qui Matrim. accus. poss.*, ubi testes omni exceptione majores
requiruntur ex juribus supra relatis 45
num. 13. *et seqq.*, eo magis in

Digitized by Google

causa minus gravi separationis tori sunt admittendae.

Si vero dicantur mulierculae, quia sint viles et pauperes, dummodo sint bonae et honestae vitae, quia paupertas non operatur ut
46 non sint integrae fidei, probationem et ipsae facere non est haesitandum *Cap. Si quis testium* 8., ibique *gloss. verb. Paupertas de Testib.*, *Rot. decis.* 444. *num.* 1. *par.* 1., *et decis.* 441. *num.* 6 *par.* 3., *et decis.* 372. *num.* 47. *et seqq. par.* 9. *tom.* 2., *et decis.* 148. *num.* 25 *par.* 10., *et dec.* 57. *num.* 12. *et seqq.*, *et decis.* 101. *num.* 6. *et seq.*, *et decis.* 175. *num.* 18. *par.* 12., *et decis.* 276. *num.* 17., *et decis.* 426. *n.* 11. *par.* 14., *et decis.* 269. *num.* 4. *par.* 16., *et decis.* 145. *num.* 12. *par.* 17., *et dec.* 37. *n.* 4 *par.* 18. *tom.* 1., *et decis.* 347. *n.* 19. *par.* 19. *tom.* 1. *recen.*; non tam enim ex facultatibus quam ex fide et moribus testis idoneus aestimatur *Gloss. in L. Testium* 3. *verb. Egens ff. de testib.*, alias nimis coarctaretur probandi facultas *Leg. Quoniam* 11., *Cod. de Haereticis*, cum multo plures sint pauperes quam divites, prout arguunt *Farinacc. quaest.* 57. *num.* 13., *Pirhing. in Jus Can. lib.* 2., *Decretal. tit.* 20. *num.* 76., ibique *Reiffenstuel num.* 99.

Imo testis, licet pauper, ubi non constat an malae vel bonae
47 conditionis sit, etiam in dubio non est repellendus *Rot. d. dec.* 101. *num.* 6. *et* 7. *par.* 12. *recen.* praesertim in materia difficilis probationis, in qua leviores admittuntur
48 probationes *Dec. cons.* 577. *n.* 12., *Rot. dec.* 175. *n.* 20. *par.* 12. *recen.*, nec locum habent exceptiones
contra testium personas *Gabriel.* 49
Comm. conclus. tit. de testib. conclus. 7. *n.* 1. *et* 7, *Rot d. dec.* 175. *n.* 20. *par.* 12., *rec.* = ibi = *Cumque haec materia sit difficilis probationis, non admittit exceptiones contra personas testium* =; tantoque minus quia paupertas et vilitas, ab eadem paupertate profluens,
fidem non minuit *Farinacc. quaest.* 50
57. *n.* 75. *et seqq.*, *Rot. d. dec.* 57. *n.* 14. *et* 15. *par.* 12. *rec.* = ibi = *Vilitas autem non urget, quia non est alia ratione vilis nisi quia pauper et laborat manibus suis, et ideo ista vilitas videtur eadem esse cum paupertate et effici ab ea, nec potest considerari uti defectus per se distinctus a paupertate ad finem ut tamquam talis sit a testificando repellenda* =.

Praeterea testificare possum quod saepe in praxi expertus sum quod mulierculae quantum curiosae et cupidae sunt, plusquam viri aliaeque foeminae cultae, videndi et indagandi facta aliena et prae-
sertim vicinorum, itaut nemo me- 51
lius quam ipsae de illis testimonium certum reddere valeat, tantum quacumque manifesta macula carentes sunt integrae fidei, ad pietatem et frequentiam Sacramentorum inclinatae, et plusquam ma-
sculi pejerare perhorrescunt. 52

Accedit insuper quod si in hisce causis, in quibus agitur de factis difficilis probationis, in testes, ex praemissis, recipi debent con-
sanguinei et affines, qui alias pro- 53
pter conjunctionem essent suspecti,

necnon ancillae, famuli qui sunt
vilissimae conditionis, suisque do-
54 minis praesumuntur affecti, non
video cur, ob probationum inopiam,
non sit adhibenda fides etiam mu-
lierculis quae minus sunt suspe-
ctae, quia nullum habent interesse
aut affectionem in causa nec ra-
tione sanguinis nec ratione servitii,
nisi probetur quod fuerint donis
55 aut pecunia corruptae.

Et si aliquando *Rota* eas re-
jecit, dixitque testes esse debere
omni exceptione majores, id acci-
disse puto cum similes testes ha-
beri potuerunt et consulto fuerunt
omissi, ob timorem quod pro exclu-
sione separationis tori ad inservien-
56 dum veritati deponere potuissent,
nam praeter hunc casum, non dif-
ficilem sed impossibilem probatio-
nem expetiisset, quod non est uti-
que praesumendum praesertim in
immiuens damnum mulieris ob viri
saevitiam tori separationem postu-
lantis sine dubio eventurum, ut
ipsa ratio ad evidentiam suadet.
Aut enim saevitiae per virum il-
latae sunt uxori intra domum et
in privato, aut extra domum et in
publico; — si intra domum easque
probare non valeant domestici, con-
sanguinei, affines, famuli, ancil-
lae, ac alii inquilini etiam viles,
57 qui in eadem domo habitaverint,
vel viles vicini, qui clamores et stre-
pitus audierint, praecipue quando
in una domo ambo conjuges soli
cohabitant, seu fidem non mereau-
tur testes, qui de auditu ab ipsa
uxore fide digna deponant, poterit
absque dubio vir in uxorem ad sui
libitum iusaevire et tandem vel ei
necem inferre, aut illam secum ad
damnationem desperatam deferre; 58
— si vero extra domum et in publico,
sed in via, seu loco, aut in op-
pido, seu villa, ubi vel ratione
loci vel ratione temporis et horae
nonnisi testes vulgaris ac etiam
infimae conditionis utriusque sexus
haberi possunt, istique omnes tam-
quam non omni exceptione majo-
res a testificando repellantur, actum
est pariter de vita vel anima uxo-
ris, quia in similibus locis marito 59
pariter in illam impune iusaevire
liceret donec et quousque uxor vel
lenta, vel violenta morte vitam
finiret, animamque perderet, non
sine tamen judicis culpa, qui, de-
ficientibus testibus omni exceptione
majoribus, ubi haberi non possunt
spretis aliorum testium depositio-
nibus, uxoris incolumitati cum tori
separatione consulere denegasset,
quia ipsius querelae a testibus omni
exceptione majoribus corroboratae
non fuerint, quod et reprobat *Fa-* 60
rinacc. quaest. 57. *n.* 73. = ibi =
*Secundo in casu quo nobiliores
haberi non possunt, nam tunc in
defectum aliarum probationum et
ne probandi facultas pereat, viles
admittuntur* =; et hoc adeo verum 61
existimo ut si in via, in qua non-
nisi satellites habitant, ab aliquo
eorum uxor male tractetur, illius
saevitiae per alios satellites, earum-
que mulieres non tantum viles sed 62
etiam infames satis probatae di-
cantur.

Et ratio est quia in causis
difficilis probationis et quando ali-
ter veritas haberi non potest, te-
stes etiam infames admitti debent

Digitized by Google

argumento *Text. in L. Servi 7. ff. de Testib.*, *Abb. in Cap. Testimonium* 54. *num.* 6., *Mascard. de probat. conclus.* 1356. *num.* 52., pluribusque relatis *Farinacc. quaest.* 56. *num.* 50., et praecipue in hoc judicio separationis tori testes minus
63 idonei et minus validae probationes admittuntur *Rot. decis.* 351. *num.* 6. 7. *et* 8. *coram Ludovis.*, *et decis.* 147. *n.* 25. *par.* 1. *recen.*, et magistraliter *d. decis.* 155. *num.* 49. *et seq. par.* 6. *recen.*, ubi quod nulla habenda est ratio quorumcumque doctorum qui contrariam
64 opinionem tenuisse reperiuntur, et *decis.* 337. *num.* 16. *et seq. par.* 12. *recen.*, *et in dicta Romana Separationis Tori* 10. *Januarii* 1735. § *Maxime cor. De Vais.*

Et merito quidem, hanc enim sententiam tamquam tutam judices
65 sequantur oportet, tum ex rationibus supra deductis, tum quia non solum est communior et aequior et a classicis auctoribus jam firmata, verum etiam fundata in expressa dispositione textus (a quo declinare non debemus) in *L. Consensu* 8. § *Super plagis Cod. de repud.* = ibi = *Super plagis etiam* (*ut dictum est*) *illatis ab alterutro commovendis*, *easdem probationes* (*quoniam non facile quae domi geruntur per alienos poterunt confiteri*) *volumus observari* =.

Nec etiam refert quod aliquando testes singulares *Rota* rejecerit et signanter in *decis.* 441. *sub num.* 3. *par.* 1., *et decis.* 324. *num.* 14. *par.* 6. *recen.*; hoc enim procedit quando testes singulares adhibentur ad probandum unicum actum momentaneum qui principaliter controvertitur, et in proposito quando pro causa separationis tori unus tantum adduceretur atrocissimae saevitiae actus, qui per testes de loco et tempore contestes esset probandus — secus autem si actus reiterati exhibeantur et de saevitia quaeratur in genere, tunc enim sufficit quod quilibet testis ea referat quae ipse solus et sine socio videre potuit *Card. d. cons.* 9. *num.* 5. *in princ.* *et num.* 88. *ad fin. vers. Modo considerandum*, *Aldobrand. d. cons.* 71. *num.* 27. *et seqq. et num.* 35. *et seqq.*, *Surd. cons.* 395. *num.* 26. *lib.* 3. *et consil.* 513. *num.* 33., *Rot. decis.* 610. *num.* 7. *et* 8. *coram Pamphil.*, *et decis.* 446. *num.* 10. *et* 11. *coram Merlin.*, *et decis.* 292. *n.* 22. *et seq. cor. Crisp.*; *et d. decis.* 155. *n.* 59. *et seqq. par.* 6. *rec.*, *et in dicta Romana Separationis Tori* 10. *Januarii* 1735. § *Exceptio autem cor. De Vais*, *et in dicta Romana Separationis Tori* 27. *Junii* 1760. § *Frustraque cor. Canilliac.*, *et in dicta Romana Separationis Tori* 9. *Martii* 1767. § *Si vero Testes cor. De Comit.*, et in ejus confirmatoria *diei* 29. *Aprilis* 1768. § *Nec juvant cor. eod.*, *et in Senogallien. Sponsalium* 16. *Januarii* 1769. § *Nulliusque cor. Pergen.* = ibi = *Deinde vero testes minus idonei et singulares tunc demum admittuntur*, *cum vel adhibentur adminiculative vel agitur de probando actu aliquo iterabili et successivo* =.

Eoque magis cum natura negocii non patiatur ut plures ad

(right-margin numbers: 66 beside "actum momentaneum qui princi-"; 67 beside "actus reiterati exhibeantur et de"; 68 beside "enim sufficit quod quilibet testis")

Digitized by Google

69 singulos actus interveniant, cum mariti praecauti talia scelera in abditioribus domus recessibus patrare soleant *Rot. decis.* 155. *num.* 6. *par.* 6. *rec.*, unde necesse non est quod testes sint concordes in tempore, dummodo concordent in
70 eo super quo ad probandas saevitias inducuntur *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 173.

Audiant ergo patienter judices mulierum querelas adversus virorum immanitatem apud eos expositas, illisque succurrant; — sed caveant ne ad tori separationem con-
71 cedendam solis gemitibus uxoris coram ipsis affectatis fidem adhibeant, ut canendo monet *Ovid.*

Neve puellarum lacrymis moveare caveto,
Ut flerent oculos erudiere suos.

— caveant ne ad privandum propria uxore virum et injuste pro tori separatione pronunciandum ex aspectu, lacrymis, venustate, aliave sive naturali sive artificiosa mu-
72 liebris corporis praerogativa moveantur, prout evenisse narratur de pulcherrima *Frine* meretrice famosa, quae, cum in sequelam accusationis et compilati adversus eam processus sibi ex judicum concordi judicio sententia mortis immineret, effuso super humeros aurato crine, nudatoque, scissis vestibus, candido sinu, coram judicibus gemebunda in genua procubuit suppliciter vitam implorans cum tali eventu, ut quorum justitiae rara et excellens eloquentia *Ipperidis* ejus defensoris et advocati antea vim facere non potuerat, nivei pectoris candor, lacrymantium oculorum sagittae, madentes genae tenui depictae rubore, 73
oris pulchritudo et formae elegantia indebitam absolutionem ab illis extorquerent.

Homerus quoque poeta clarissimus refert magnam ortam fuisse controversiam inter Principes et Graecos volentes modo, modo vero nolentes Helenam illius viro Menelao esse restituendam non alia de causa quam eam absentem condemnabant, praesentem vero ob ipsius maximam venustatem absolvebant, itaut tandem ab hac ejus rara pulchritudine victi, libertatem illi concesserint.

Audiant testes sive omni exceptione majores, sive minus idoneos, sive contestes, aut singulares, sive masculos, sive foeminas, sive nobiles, aut divites, sive pauperes et viles, aut etiam infames juxta tamen circumstantias desu- 74
per recensitas, sed ne ab uxore querelante, nec a testibus decipiantur, mulieris qualitatem, mores et aetatem sedulo inquirant. Si enim 75
venustate et juventute non careat, vir autem senescat, aut alio naturali corporis vitio laboret et ipsa cum aliis viris amicitiam habeat, eorumque conversationem frequentet, datis etiam et receptis hinc inde nunciis et muneribus, valde timendum est de integritate testium, proindeque rigorose indagandum an hujusmodi mulier sub praetextu saevitiarum separationem petat ut, educta a viri custodia, liberius licentiosam cum amicis vitam agat, ut enim inquit *Catullus:* 76

Digitized by Google

77 *Et senis amplexus culta puella fugit.*

Quamobrem apud *Apulejum lib. 5. Asini aurei* narratur quod quaedam mulier suarum miseriarum maximam esse reputabat, seniorem se nactam esse maritum;
78 quodque uxores juvenes mortem senum maritorum cupere soleant, scribit *Bartol. in Leg. Mutianae* 7., *sub num.* 6. *ff. de condit., et demonstrat.*

Si vero mulier pulchra non sit et longe maritum juvenem in aetate antecellat, praesumi nequit ipsam a viro petere separatiouem alio amore praeventam, sed potius vir aliam pulchriorem et juvenem
79 foeminam amare, et ob id uxorem male tractare et odisse censetur, qua de causa matrimonium nec bene nec honeste contrahitur inter eos qui valde dispares sunt aetate, haec enim annorum XVIII in foemina, in viro autem XXXVI, dum junguntur,
80 esse deberet *Rot. decis.* 493. *num.* 61. *et seqq. par.* 4. *tom.* 2. *recen.*; plurimi quoque facienda est illius corporis inspectio a matronis, seu obstetricibus judicialiter executa, earumque relatio de signis et livo-
81 ribus excedentibus limites correctionis, multoque magis si causa corrigendi deficiat et uua simul de indebitis percussionibus iu ejus corpore inflictis et apparentibus me-
82 dicorum attestatio concurrat *Rot. decis.* 323. *num.* 27. *et seqq. par.* 9. *tom.* 1. *recen.*, junctis potissimum ipsius uxoris gemitibus in tota domo auditis, saevitiarumque si-
83 gnis et livoribus in facie superstitibus *Rot. d. dec* 155. *num.* 16. *par.* 6., *et decis.* 199. *num.* 2. *par.* 13., *et decis.* 514. *num.* 2. *par.* 14. *recen.*, quas saevitias iu his circumstantiis etiam probasse sufficit per attestationes de auditu ab ipsa uxore et ex solis conjecturis et etiam per testes deponentes de publica voce et fama etiamsi auctorem famae non referant, praeser- 84
tim quando de visu testes non inveniuntur *Rot. dicta decis.* 155. *num.* 17., *et decis.* 191. *num.* 7. *et seqq. par.* 6., *et dec.* 199. *num.* 5. *par.* 13., *et decis.* 514. *num.* 4. *et* 5. *par.* 14. *recen.*

Quin etiam concurrentibus conjecturis, adminiculis et praesumptionibus ac bona indole et fama mulieris, licet ipsius jurata confessio et declaratio quoad vinculi matrimonialis solutionem non attendatur, ad eam tamén, mediante
tori separatione, a viri tyrannide 85
liberaudam attenditur ad *Text. in Cap. Ex literis* 5. *De Divort.*, *Natt. cons.* 24. *num.* 1., *Gabriel. cons.* 161. *num.* 10. *lib.* 1., *Rot. d. dec.* 155. *num.* 57. *par.* 6., *et dec.* 115. *n.* 8. *par.* 18. *recen.*; ex ea ratione quam, me citato, affert eadem *Rota in Senogallien. Sponsalium* 16. *Januarii* 1769. § *Tum quia cor. Pergen.* = ibi = *Cum vero declaratio hujus generis prodierit a puella bene morata et honesta, a perjurio suspicio abesse debet* =, et in praecisis terminis uxori propter saevitias tori separationem petentis *Rot. in d. Romana Separationis Tori* 10. *Januarii* 1735. § *Testibus cor. De Vais* = ibi = *Cum non sit verisimile mulierem honeste educatam talia*

Digitized by Google

figmenta finxisse, ut viri famam laederet et seipsam inconsulto et sine magna causa maritalibus obsequiis viduaret =.

CAP. IX.

An testibus de saevitia viri deponentibus, testes eamdem saevitiam excludentes sint praeferendi.

SUMMARIUM.

1 Delictum nisi probetur non praesumitur *et n.* 32.
2 Testes delictum excludentes, testibus de delicto deponentibus praeferuntur *et num.* 36. *et* 39.
3 Testes excludentes saevitiam praeferuntur testibus de illa deponentibus *et n.* 26.
Limita 1. si testes saevitiam excludentes negativam non coarctant *ut n.* 4. *et seqq.*
Limita 2. si iidem testes exceptiones patiuntur *ut n.* 11. *et seqq.*
5 Negativam testes non coarctant si negative non deponant de loco et tempore praeciso, de quo deponunt contrarii testes *et num.* 9. *et seqq.*
6 Non excludunt saevitias testes qui virum non esse crudelem nec iracundum affirmant, et quare *et num. seqq.*
7 Vir uxorem semper bene tractare tenetur.
12 Testes qui mariti sunt amici ac stricte devincti pro eo non probant:
13 Nec qui sunt vel fuerunt ejus servitio addicti:
14 Vel si eorum fides appareat remuneratoria et officiosa:
15 Vel referant uxorem esse procacem etc. nec dicant cur, quomodo, quando id noverint:
16 Aut si vir attestationes falsas et falso charactere subscriptas adversus uxorem exhibuerit, et quare.
17 Hae caeteris attestationibus ab eo productis fidem adimunt et malis artibus extortae praesumuntur.
18 Ob has falsitates reus saevitiarum est judicandus, et quare.
19 Saevitias in uxorem non probant testes exceptionibus obnoxii,
20 Si inimicitiam antea cum viro contraxerint,
21 Vel sibi invicem contradicant,
22 Vel si dicant uxorem propter saevitias abortum passam fuisse, non expressa qualitate offensionis, et quare,
23 Si dicant se audivisse virum insaevientem in uxorem e loco ex quo id audire non poterant,
24 Si referant uxorem puerperium agentem propter viri saevitias passam fuisse deliquium, non expressa qualitate saevitiarum,
25 Si inciderint in contradictiones, inverisimilitudines, atque mendacia.
27 In dubio pro separatione tori est judicandum *et num.* 30. *et seqq.*

Digitized by Google

33 Vir uxorem cum causa percutere potest.

34 Ex viri docilitate et bona qualitate oritur praesumptio exclusiva saevitiarum.

Distingue *ut n.* 38 *et seqq.*

35 Inter testes praeferuntur qui de optima viri qualitate ad exclusionem saevitiarum deponunt.

37 Ad excludendam tori separationem sufficit, quod probationes saevitiarum per virum aliquo modo dubiae reddantur.

Distingue *ut n.* 42.

41 Quisque praesumitur bonus donec probetur esse malus.

43 Maritus qui leviter vel ad correctionem uxorem percussisse dicit, id probare tenetur tamquam fundamentum suae intentionis.

44 Quod maxime procedit contra negantem se illicite fecisse quae sunt de genere prohibitorum.

45 Committens homicidium, quia fuit aggressus, id probare tenetur.

46 Percutiens clericum ad defensam, id pariter justificare debet.

Cum saevitiae viri in uxorem sint delictum, ideo, nisi probetur, non praesumitur *Roland. cons.* 27. *n.* 2. *lib.* 3., *Natt. cons.* 616. *n.* 5., *Farinacc. quaest.* 143. *n.* 163. *et seq.*, cumque in criminalibus testes delictum excludentes testibus de delicto deponentibus praeferantur *Farinacc. quaest.* 65. *num.* 153. *et seqq.*, *Boss. in prax. tit. de defens. reor. num.* 7. *in fin.*, ideo in eodem conflictu testes excludentes saevitiam testibus de illa deponentibus (quia uti delictum non praesumitur) praeferendi esse videntur *Rot. in Valentina Separationis Tori* 12. *Febr.* 1751. § *Quin hisce cor. E.mo Elephantut.*

Haec tamen regula in materia saevitiarum procedit quando testes saevitiam excludentes negativam coarctant, alioqnin testibus de saevitia deponentibus haec praeferentia debetur, ut recte distinguunt *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 176. *et seq.*, *Gratian. discept. forens. cap.* 738. *num.* 57. = ibi = *Cum etiam magis credatur testibus de saevitia deponentibus quam de contrario, quando non coarctatur probatio Card. etc.; et ita debet declarari Farinacc. cons.* 137. *n.* 3. *par.* 2. *dum voluit minus credi testibus probantibus saevitiam, quam aliis, quando coarctatur probatio, prout Paris. etc.* =; quam negativam proculdubio non coarctant, si negative non deponant de loco et tempore praeciso quo testes, qui saevitiis fuere praesentes, de illis pro veritate deponunt: potuit enim maritus uno tempore coram illis non tantum abstinere a saevitiis, verum etiam erga uxorem affectare benevolentiam, diverso vero tempore, videntibus istis, in eamdem uxorem atrociter insaevire.

Hinc nulla vis fieri potest in depositione testium qui dicant virum non esse crudelem nec iracundum, sed placidum, humanum, nec insaevisse in uxorem *Rot.*

decis. 323. *in princ.* juncto *n.* 3. *et seqq. par.* 9. *tom.* 2. *rec.* = ibi = *Et primo probare voluit etc. ipsum esse mitem, patientem, religiosum et erga uxorem benevolum etc. Non obstant igitur objecta per Marcellum etc. Quoad patientiam et religionem viri erga uxorem nullum gradum probationis faciunt testes examinati per Marcellum etc. quia testes D. Barbarae super saevitia affirmative deponunt; testes vero Marcelli super negativa, et ideo magis affirmantibus quam negantibus est credendum Gloss. etc. cum magis credatur testibus de saevitia deponentibus quam de contrario, quando non coarctatur probatio* =. Quod enim mitis et placidus apparuerit, id evenire quidem potuit eo tempore quo testes pro ipso deponentes fuere praesentes, et praeterea non concludunt quod idem semper fuerit, uxoremque semper bene tractaverit *Rot. decis.* 323. *n.* 9. *par.* 9. *tom.* 2. *rec.*, quemadmodum illam semper bene tractare
7 tenetur, unde sufficit quod aliquando fuerit ab ipso male tra-
8 ctata praesentibus testibus ab eadem uxore ad id probandum inductis *Rot. coram Crispo decis.* 293. *num.* 6. *tom.* 2.

Et hanc distinctionem sine du-
9 bio in judicando amplectendam, prae caeteris, confirmant et amplectuntur *Roland. cons.* 27. *n.* 30. *lib.* 3., *Bertazzol. cons.* 228. *num.* 16. *in fin.*, *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 176. *et seq.*, et tamquam in
10 evidenti ratione fundatam amplexa est quoque *Rota* tum in *praecitat. dec.* 323. *par.* 9. *recen.*, *et cor. Crisp. decis.* 293., tum in aliis et prae caeteris in *dec.* 2030. *n.* 24. *coram Coccin.*, *et decis.* 239. *n.* 15. *par.* 6., *et dec.* 115. *n.* 11. *et seq. par.* 18. *rec.* = ibi = *Minus relevant testes a viro inducti ad probandum quod uxorem bene tractaverit et ad concubinam non accesserit, quia isti non coarctant negativam, nec possunt concurrere cum testibus ab uxore examinatis de saevitia et aliis actibus affirmative deponentibus Gratian. etc., vel in omnem casum, cum mulier non praetendat fuisse continuo et incessanter male tractatam, sed certis temporibus, optime conciliari possunt, ut veniant intelligendi de reliquo tempore ad evitandam contrarietatem* =; idemque respondit in *dec.* 292. *n.* 25. *cor. Crisp.* = ibi = *Quin testibus praefatis alii exadverso adducti contraponi mereantur, nam praeterquamquod testes super saevitia examinati in concursu cum aliis super ejusdem saevitiae exclusione inductis semper praelationem, majoremque auctoritatem apud judices consequi debent, dum difficile est in hac materia coarctatam negativam concludere, cum possint dari actus atrocioris saevitiae, qui sequi poterint, quin ipsi viderint* =.

Et si daretur casus, quo testes excluderent saevitias de eo ipso tempore et loco, quo contrarii testes a viro in uxorem exercitas esse affirmarent, adeout illi saevitias per negativam coarctatam excluderent, non ipsi tamen absque alia consideratione testibus affirmantibus praeferri deberent, nec

Digitized by Google

fidem mererentur, si vel in persona, vel in dicto, vel in facto tam ex ipsorum parte, quam ex parte
11 viri eos inducentis aliquam paterentur exceptionem, veluti si ipsius
12 mariti fuerint amici, eique stricte devincti *Rot. in Romana Separationis Tori* 29. *Aprilis* 1768. § *Minusque coram De Comitib.*, aut
13 sint vel fuerint illius addicti servitio *Rot. cor. Seraphin. decis.* 768. *n.* 1., sive propter convivia et munera a viro sibi tradita eorum fides esse possit remuneratoria, officiosa
14 et ad complacentia viri exarata; seu per verba generalia referant uxorem esse procacem, superbam, indocilem, temerariam etc. nec indicent cur, quomodo, quando horum dederit signa defectuum sive vitiorum, quae ipsi noverint et in
15 quibus actibus se talem uxor ostenderit; seu constet exhibitam esse per virum adversus honestatem, prudentiam, bonosque mores uxoris fidem alicujus testis, qui eam nunquam fecerit, et nihilominus in ejus calce illius subscriptio cum ipsius characteris imitatione supplantata fuerit, tunc enim constat de dolo, fraude ac malitia viri, qui per nefas atque per impudentissimas falsitates calumniari non veretur probitatem uxoris ut proprium te-
16 gat delictum, et consequenter reliquae attestationes suorum quorumcumque testium ex eadem ejus arte et malignitate vel supplantata subscriptione pariter firmatae fuerunt, vel dolo, subornatione, aliisque artificiis praesumuntur extortae, et
17 propterea tamquam suspectissimae nullum probationis gradum constituunt; quinimo ex hoc solum tum ipse reus saevitiarum juxta aliorum testium depositionem est judicandus, quia si fuisset innocens, probus et integer nunquam falsitatibus atque calumniis suam innocentiam tueri curasset, tum uxor 18
est ab eo separanda quia his falsitatibus illius bonam famam denigrare tentavit *Rot. in Romana Separationis Tori* 10. *Januarii* 1735. § *fin. cor. De Vais.*

Et e contra similiter fides adhibenda non erit testibus affirmantibus contra testes idoneos licet negativam non coarctantes, quatenus ipsi affirmantes fuerint exceptionibus obnoxii *Bonden. colluct. legal.* 19
3. *num.* 59. *vol.* 2., *Marsil. cons.* 102. *num.* 12., *Hect. Felic. alleg.* 10. *num.* 12. *par.* 1., *Tusch. litt. T. conclus.* 218. *num.* 1. *et seqq.*, *Andreol. controv.* 172. *num.* 9.; si inimicitiam antea cum viro contraxerint *L.* 3. *ff. de Testib.*, *Leg.* 20
Si quis 13. *Cod. eod.*, *Cap. Repellantur* 7., *Cap. Cum oporteat* 19. *De accusat.*, *Conciol. allegat.* 83. *num.* 34., seu sibi invicem contradicant *Leg. Qui falso* 16. *ff. de* 21
Testib., *Farinacc. quaest.* 65. *num.* 2. *et seqq.*, *Vermigl. cons.* 70. *num.* 8., *et consil.* 265. *num.* 8. *et cons.* 386. *num.* 14., *et cons.* 408. *num.* 5., aut alias in persona, vel dicto, aut facto exceptiones patiantur, seu inverisimilia deponant, veluti si dicant quod uxor gravida propter viri saevitias abortum passa fuerit, non expressa qualitate praecedentis offensionis, cum ex alia quoque accidentali causa id 22
sequi potuerit *Conciol. allegat.* 1.

Digitized by Google

num. 20., *et allegat.* 37. *num.* 21.;
et allegat. 95. *num.* 9.; vel si de-
ponant se audivisse praesertim tem-
pore noctis virum insaevientem in
uxorem e loco, ex quo nec percus-
sionum strepitus nec uxoris gemi-
23 tus et clamores audiri poterant; si
referant propter mala viri tracta-
menta ac amaritudines uxorem
puerperium agentem passam fuisse
24 deliquium, non designata specie et
qualitate mali tractamenti et offen-
sionis; si inciderint in plures con-
25 tradictiones, inverisimilitudines, at-
que mendacia cum aliis exceptio-
nibus, quae adversus testes de sae-
vitia deponentes relevantur per *Rot.*
in Valentina Separationis Tori 12.
Februarii 1751., fere per *tot. co-*
ram Emo. Elephantutio.

In materia igitur probationis
saevitiarum firmanda videtur re-
gula quod testes de saevitia de-
ponentes, quibus relevantes exce-
ptiones fidem non tollunt, praefe-
26 rendi sunt testibus saevitiam exclu-
dentibus; — e contra vero quod istis
super illos praeferentia debeatur si
negativam coarctent, nec pariter
relevantes patiantur exceptiones.

Verumtamen si inter testes de
affirmativa et alio de negativa coar-
ctata deponentes ea concurrat con-
ditionis, probitatis et integritatis
qualitas, ut dubitari possit an
affirmantibus vel negantibus sit
deferendum, in dubio censeo quod
27 pro separatione tori sit judicandum,
nisi ex circumstantiis idonea cau-
tio sufficere videatur.

Siquidem in aliis delictis, ve-
luti furti, homicidii etc. si reus in
dubio in odium solummodo fisci
et poenae levamen absolvatur, nul-
lum ex hac absolutione circa salu-
tem et vitam alicujus periculum,
seu dubium subsequi debet, et si
subsequi posset, cum simplici ab- 28
solutione reus in dubio non esset
utique dimittendus.

At in causa separationis tori,
in qua per testes ab uxore inductos
praeteritae probantur saevitiae et
timentur futurae, per testes vero
contrarios etiam per negativam
coarctatam excluduntur, itaut in
eo casu et verae esse possint et
falsae, quia non minus illis quam
istis praesumptio veritatis assistat,
non utique favendum videtur ma-
rito restitutionem uxoris petenti,
ex qua restitutione salus animae
et corporis ejusdem uxoris pericli-
tari potest, sed nisi circa testium 29
qualitatem, mores et vitam circum-
stantiae concurrant, per quas magis
testibus negantibus quam affirman-
tibus deferendum veniat, in dubio
tutior via est eligenda et pro se- 30
paratione tori est pronunciandum; —
nam aut saevitiae sunt verae, ut
deponunt testes affirmantes, et pro-
pter illas est uxor a viro separan-
da; aut ex depositione testium illas
negantium redduntur dubiae, et in
hac dubietate securitati potius uxo-
ris trepidantis consulendum est 31
quam annuendum petitioni mariti,
de cujus immanitate in uxorem
saltem dubitatur.

Praeterquamquod in hoc con-
flictu testium quoad faciendam fi-
dem aequalium magis testibus af-
firmantibus quam negantibus de-
ferendum venit, ne, sine concludenti
probatione sed in dubio calumniae,

Digitized by Google

crimen in uxore praesumatur, con-
32 tra regulam quod delicta non
praesumuntur *L. Merito* 51. *ff. Pro soc.*, *Cap. Estote* 2. *De reg. jur.*, *Farinacc. quaest.* 85. *num.* 1., *Conciol. allegat.* 83. *num.* 2., *Cyriac. controv.* 255. *num.* 25. *et controv.* 318. *num.* 8., *Rot.* post *Constantin. ad Statut. Urbis decis.* 3. *num.* 10. cum aliis supra relatis *num.* 1.

Nonnunquam etiam accidit quod ab uxore probatis per testes suis probis optimisque moribus, et una simul percussionibus sibi per maritum illatis, cum idem maritus has percussiones impugnare non valeat, se statim excusare conatur excipiendo quod leves fuerint, easque non ex odio sed a correctionem dumtaxat ob inobedientiam et pervicaciam, seu ob aliam
33 culpam uxoris adhibuerit, quod est ei permissum *Rot. in Cracovien. Separationis Tori* 30. *Junii* 1749. § *Ad primam coram Eminentissimo Elephantut.*, *et in Valentina Separationis Tori* 12. *Februarij* 1751. § *Et sane in fin. coram eod.*, utque sibi plena fides concilietur testes inducit deponentes de ejus docilitate ac bona qualitate, ex qua praesumptionem saevitias excludentem oriri contendit per ea quae tra-
34 dunt *Riminald. Jun. cons.* 174. *num.* 13. *et* 27., *Paris. cons.* 54. *num.* 30. *et* 31. *lib.* 4., *Roland. cons.* 27. *num.* 30. *lib.* 3., *Bertazzol. cons.* 228. *num.* 16., *Mascard. de probat. conclus.* 234. *num.* 2. 3. 5. *et* 9. *tom.* 1. *Rot. cor. Priol. decis.* 451. *num.* 9., *et in dicta Valentina Separationis Tori* 12. *Februarii* 1751. § *Quin hisce cor. Emo. Elephantutio et* 12. *Junii ejusdem anni* § *Tantum cor. eod.*, ubi quod in testium discrepantia illi regulariter praeferuntur qui de optima viri
qualitate ad exclusionem saevitia- 35
rum testantur, ex ea jam adducta ratione, quia magis attenduntur
testes in exclusionem delicti depo- 36
nentes quam qui delictum probare videntur *Rot. in Pampilonen. Vicariae de Renteria* 22. *Januarii* 1751. *cor. Emo. Migazzi, et in Caputaquen. Jurispatronatus* 28. *Februarii* 1752. § 18. *cor. Emo. Molino* — maxime contra conjugem pro separatione tori agentem, ejus enim probationes sufficit ut ab al-
tero conjuge in figura rei consti- 37
tuto, aliquo modo dubiae et incertae demonstrentur ex deductis in dicta *Valentina Separationis Tori* 21 *Junii* 1751. § *Culpae cor. Eminentis. Elephantutio.*

Verum hujusmodi rationes et jura, quae in suis propriis terminis relevarent, casui per me proposito nequaquam applicari posse mihi videntur. Siquidem in materia, de qua agitur, destruerent principium illud quod nihil relevat probatio bonae ac placidae qualitatis viri, quando urget e contra probatio saevitiae, quae per negativam coarctatam non superatur juxta opinionem saepe retentam atque firmatam ab eadem *Sac. Rota Romana*, de qua supra *num.* 6. *et seqq.*

Praeterea si ex probatione bonae qualitatis viri oriri potest praesumptio saevitiarum exclusiva, quodque nonnisi ad correctionem vir provocatus uxorem percusserit, non video

Digitized by Google

cur e contra ex probatione bonae
qualitatis uxoris oriri non debeat
praesumptio exclusiva correctionis,
quia nempe correctionem mereri
non potuerit, sed potius, non ob-
38 stante ejus bona qualitate, prae-
sumendum sit quod corrigenda
fuisset.

Si insuper magis attendi de-
bent testes in exclusionem delicti
39 deponentes quam qui delictum
probare videntur, cur hoc proce-
dere debet quoad testes saevitiarum
delictum in viro excludentes po-
tius quam quoad testes qui pariter
40 excludunt in uxore delictum quod
corrigi mereretur, concurrente po-
tissimum etiam in favorem uxoris
praesumptione quod quisque prae-
41 sumitur bonus donec probetur esse
malus ad *Text. in Cap. Dudum
16. De praesumpt.*, *Leg. Servos* 20.
ff. de manumiss. testament., *Fari-
nacc. quaest.* 47. *num.* 277. *et* 283.

Si demum sufficit ut maritus
ab uxore *in figura rei saevitiarum*
constitutus aliquo modo per suos
testes ejusdem uxoris probationes
dubias et incertas ostendat, non
intelligo cur sufficere non debeat
ut uxor a viro *in figura reae cor-
42 rectionem promerentis* constituta
per suos testes probationes viri sal-
tem dubias reddat et incertas.

In hoc ergo praesumptionum
pro utraque parte concursu, nulla
potius est de illis habenda ratio,
nullaque ratio est habenda de pro-
bationibus bonae qualitatis viri,
quae percussiones non excludunt,
sed quoties de percussionibus con-
stat, easque maritus negare non
potest, solumque excipit fuisse le-
ves et ab eo tamquam provocato
ad correctionem tantum exercitas,
quia reus in sua exceptione fit
actor, hanc exceptionem non prae-
sumptionibus conjecturis et illatio-
nibus, sed concludentissimis pro-
bationibus tamquam fundamentum
suae intentionis justificare tenetur 43
L. Ab ea parte 2., *L. In exceptio-
nibus* 19. *ff. de probat.*, *L. Qui ac-
cusare* 4. ubi DD. *Cod. de eden.*,
L. Actor 23. *Cod. de probat.*, *L.
Nec Codicillos* 5. *Cod. de Codicill.*,
Cap. 1. *Ut Eccles. Benefic.*, *Cap.
Inter dilectos* 6. *De fid. instrum.*,
Cap. fin. De jurejurand., *Cap. Si
Sacerdos* 2. *De offic. Ordinar.*, *Alex.
cons.* 18. *in princ. lib.* 1., *Soccin.
Jun. cons.* 86. *num.* 5. *lib.* 2., *Dec.
cons.* 424. *num.* 2. *et cons.* 430.
num. 9., *Paris. cons.* 1. *num.* 9. *et
cons.* 22. *num.* 66. *lib.* 1., quae re-
gula maxime procedit contra ne-
gantem se illicite fecisse quae sunt
(prout saevitiae in uxorem) de 44
genere prohibitorum *L. Si non con-
vicii* 5. *Cod. de injur.*, *Alex. cons.*
36. *num.* 1. *et* 2. *lib.* 1., *Cravett.
cons.* 225. *num.* 3. *lib.* 2.

Non enim sufficit quod homi-
cidium committens opponat se fuisse
aggressum ut evitet poenam, nisi 45
suam probet oppositionem; nec suf-
ficit quod clerici percussor ad
evitandam censurae declaratoriam
excipiat se manus violentas in cle-
ricum injecisse, eumque affecisse
percussionibus ad defensam, nisi
hanc suam exceptionem concluden- 46
ter probaverit, et sic in aliis simi-
libus casibus de jure procedit.

Digitized by Google

CAP. X.

An, probatis saevitiis, fieri debeat separatio tori, seu potius restituenda sit uxor viro sub idonea cautione.

SUMMARIUM

1 Est in arbitrio judicis, probatis saevitiis, admittere tori separationem vel cautionem.
2 Rationabile tamen et prudens esse debet illius arbitrium.
3 Si atroces sint saevitiae, sed eis mulier magnam dederit causam viro, qui sit mansuetus etc., restitutio mulieris sub cautione judex arbitrari poterit *et n.* 5.
4 Primi animi motus in nostra non sunt potestate.
6 Si atrocibus saevitiis mulier nullam seu levem causam dederit, timendum est de illarum continuatione in futurum propter odium jam contractum,
7 Et tunc mulier restituenda non est sub cautione:
8 Maxime si vir fuerit expresse protestatus se ei velle inferre necem.
9 Protestatio declarat animum.
10 Non est adhibenda fides inimico de recenti reconciliato.
11 Fatuus est vir qui se periculo minatae mortis exponit.
12 Mulier minori quam masculus metu terretur.
13 Timor futurae saevitiae causam praebet separationi tori.
14 Justus est metus cadens in constantem virum,
15 Qui, spreta cautione, a cohabitando cum viro uxorem excusat.
16 Cautio non mutat animum neque propositum.
17 Sufficit pro separatione tori saevitia praeterita et timor futurae propter odium jam contractum.
18 Non ultra processurae, quam ad gravem verberationem.
19 Odium inter conjuges semel contractum semper durare praesumitur:
20 Maxime accedente assertiva uxoris de odio irreconciliabili, cui standum est.
21 Uxor restituenda non est viro qui post matrimonium ad altiorem status sit elevatus et in illam insaevierit, et quare.
22 Fides nunquam frangi debet.
23 Libido est fortunae socia:
24 Probatur exemplo Appii Claudii.
25 Restitutio uxoris fieri nequit viro qui perdens in ludo deinde in illam insaeviat;
26 Nec ei qui insaevierit in uxorem non pulchram, eique in aetate longe superiorem, et quare.
Benevolentia et amor est vinculum casti conjugii *ibid.*
27 Maxime si frequentem habeat cum alia foemina consuetudinem et sit de adulterio suspectus.
28 Temerarium est expectare damnum quod verisimiliter evenire potest.
29 Quando uxor vehementissime timet futuras saevitias non est

Digitized by Google

etiam in dubio restituenda viro.

30 Uxor restituta viro et una nocte ab eo jugulata.

31 Casus similis occursus in alma Urbe.

32 Saevitiae leves ex magna causa et ad correctionem adhibitae ad tori separationem non sufficiunt *et num.* 35.

33 Quomodo uxor ab his se liberare valeat.

34 Concordia est familiarum bonum et discordia illarum interitus.

36 Levis et moderata correctio est viro permissa, quamvis uxorem non corrigere promisisset, et quare.

37 Promissio facta contra bonus mores et praebens delinquendi materiam attendi non debet.

38 Uxor cavere debet ne viro magnam causam praebeat insaeviendi.

39 Vir enim aliquando moderatae correctionis fines excedit cum interitu uxoris, et adducitur exemplum.

40 Si uxor a viro sine magna causa percussionibus etsi levibus afficiatur est ab eo separanda:

41 Nec etiam bestia sine causa verberatur —
Uxor non est bestia sed socia mariti *ibid.*,

42 Et praeterea parea esse debent.

43 Causa separationis tori est gravis et ardua.

44 Servanda est inter conjuges perpetua vitae consuetudo, nisi gravissimae separationis causae concurrant.

45 Magis ardua est causa de praeservanda vita hominis.

46 Uxor, etsi leviter a viro sed frequenter sine causa male tractata, non est ei restituenda.

47 Saevitiae leves et immeritae magis quam promeritae odium gignunt et repetitae illud augent.
Patientia laesa fit furor *ibid.*

48 Non est ira super iram mulieris.

49 Ira est subita animi tempestas, quae cor hominis ad insaniam protrahit,

50 Tollit plenitudinem intellectus,

51 Pervertit officium mentis et rationis,

52 Plerumque etiam innocentes ad delinquendum impellit.

53 Praeter iram inter coujuges de morte unius et potius mulieris quam viri est timendum.

54 Uxor, levibus saevitiis continuo vexata, indirecte ad tumulum ducitur *et num. seq.*

56 Ob angustias in eam introducitur ethica.

57 In causa separationis tori magis animae quam corporis innocentis uxoris ratio habenda est.

58 Cum separatione tori providendum est ne uxor innocens ad damnationem propter viri saevitias etiam leves ducatur, potius quam saluti aeternae viri delinquentis ne ab ea separatus fornicetur.

59 Matrimonium non contrahitur ut sit vinculum damnationis.

60 Si causa divortii est periculum vitae, multo magis justa causa animae periculum esse debet.

Digitized by Google

61 Ad effectum separationis sufficit quod saevitiae parere potuerint odium;

62 Ad quod inducendum sola etiam verba contumeliosa sufficiunt.

63 Odium per se solum causam separationis tori ministrat *et num. seqq.*

65 Lis promota ab uxore contra virum super redditione rationis dotis per eum dissipatae est causa separationis tori.

66 Nec lite finita est uxor viro restituenda:

67 Quia tunc acerbius odium esse debet.

68 Criminationes objectae per virum uxori super adulterio causam praebent separationi propter odium:

69 Maxime si uxor a judice fuerit absoluta.

70 Si uxor querelam porrexerit de adulterio contra virum, qui eam antea male tractaverit, non est illi restituenda, et quare:

71 Secus si probetur virum esse mitem.

72 Verius tamen est quod odium oritur inter conjuges ex querela super adulterio, quae sola tribuit causam separationi.

73 Et de ratione:
Limita 1. si non constet fuisse porrectam ab uxore querelam contra maritum, seu a marito adversus uxorem *num.* 74.
Limita 2. si ab uno vel ab altera porrecta sit querela, sed illam prosecuti non fuerint *num.* 75.

76 Dummodo querelans a querela recesserit.

77 Non autem querelatus causae cursum impedierit:

78 Tunc enim nec querelas, nec querelatus odium deposuisse praesumitur.

Probatis saevitiis a viro in uxorem exercitis, relinquitur arbitrio judicis resolutio an uxor restituenda sit viro sub idonea cautione, seu potius ab eo separata remanere debeat, et quamplurimae a doctoribus afferuntur rationes tam pro separatione quam pro illius restitutione. 1

Ego tamen, ut prudens et rationabile sit arbitrium judicis in hac re non parvi quidem momenti, 2 ita distinguendum existimo; — aut maritus semel atroces in uxorem saevitias adhibuit, quibus uxor MAGNAM dederit causam; — aut ex levi, seu nulla causa adversus innocentem uxorem insaevire consuevit.

In primo casu, si vir fuerit mansuetus, non iracundus, placidus, humanus, ad pietatem inclinatus, non crudelis et austerus, 3 adeout credi possit et constet quod praeter solitum ex illa MAGNA causa per uxorem data in eamdem irruerit instantaneo furore correptus, excusandus videtur, quia primi animi motus in nostra potestate non 4 sunt *Rot. dec.* 815. *num.* 9. *cor. Buratt., dec.* 412. *num.* 6. *tom.* 2. *cor. Bich., et dec.* 324. *num.* 26. *et* 29. *par.* 6. *et dec.* 270. *num.* 11. *par.* 13. *et dec.* 99. *num.* 17. *et* 18. *par.* 16. *rec.* ideoque quia mulier cognita propria culpa, ab ea deinceps abstinere debet, eaque non

concurrente, de ulteriori viri sae-
vitia timeri non potest, adhibito
5 cautionis remedio, uxoris restitutio
marito concedenda videtur per ea
quae ponderat *Rot. in Valentina
Separationis Tori* 12. *Februar.*
1751. *§ At etiam cor. Emo. Ele-
phantut.*

In altero vero casu, quo nul-
lam seu levem causam uxor prae-
buerit viri saevitiis, aut istae sunt
atroces, aut leves; — si atroces, quia
nonnisi ex malo viri animo, ira,
et odio proveniunt, timeri debet
quod vir illas continuare possit in
6 futurum propter odium jam con-
tractum *Farinacc. quaest.* 143. *n.*
225., *Rot. dec.* 706. *num.* 1. *par.* 1.
et dec. 58. *sub num.* 1. *par.* 3. *et
decis.* 155. *num.* 34. *et seq. par.*
6. *et dec.* 328. *num.* 1. *et seqq.
par.* 13. *rec.*, *et dec.* 150. *num.* 12.
cor. Priol. = ibi = *Timor futurae
saevitiae, ultra quod sufficienter
deducitur ex inimicitia et odio
propter saevitias et machinationes
de praeterito* =, quod nullum relin-
quit humanae prudentiae locum
arbitrandi uxoris restitutionem sub
7 cautione *Cap. Ex transmissa* 8.
De restitut. Spoliat., *Gloss. in Cap.
Accedens* 4. *verb. Inimicis Ut lit.
non contest.*, *et in Can. De bene-
dicto* 32. *quaest.* 1. *verb. Sub cau-
tela, Gabriel. cons.* 161. *num.* 7.
lib. 1. = ibi = *Imo satis esset ut
causa aliqua subsit, propter quam
existimari possit non posse eam,
quae separationem petit, cum viro
commorari sine periculo personae,
etiam cautione praestita* =, et con-
venit *Sanch. de Matrim. lib.* 10.
disput. 18. *num.* 31 *et* 33., *Rot.*
dec. 202. *num.* 1. *par.* 6. *rec.*, *et
cor. Seraphin. dec.* 226. *num* 3., *et
cor. Priol. dec.* 150. *num.* 14.

Potissimum si expressum ha-
beatur viri propositum ac delibe-
ratam ejusdem voluntatem inferendi
necem uxori, cum enim protestatio 8
declaret animum *Paris. cons.* 53. 9
num. 55. *lib.* 4. nulla est adhibenda
fides inimico a protestatione rece- 10
dente et de recenti reconciliato
Decian. tract. crimin. lib. 3. *cap.*
25. *num.* 21., *Clar. in § fin. quaest.*
24. *vers. Sed quid si, Tiraquell. in
tract. cessant. caus. limit.* 16. *num.*
7., *Guazzin. ad defens. reor. de-
fens.* 28. *cap.* 1., *Menoch. de ar-
bitr. lib.* 1. *quaest.* 28., *Conciol.
resolut. crimin. verb. Testes quoad
personam resolut.* 1. *num.* 13., *Rot.
cor. Ludovis. dec.* 517. *num.* 13.
et habemus in *Sacris Paginis* au-
reum illud monitum = *Inimico
tuo ne credas in aeternum* =, et in
proposito *Rot. d. dec.* 155. *num.*
35. *et seqq. par.* 6. *rec.*

Praeterea si, non obstante qua-
cumque cautione, quilibet etiam vir
animosus, nunquam periculo mina-
tae mortis se exponi deberet et
quatenus ipsemet illi se imprudem-
ter exponeret, nonnisi fatuus esse
existimandus, multo minus se ex- 11
poni debet imbellis foemina (cujus
qualitas in proposito multum inspi-
cienda venit *Gloss. et Innoc. in
Cap. Cum dilectus* 6. *De his quem
vi met. caus.*, *Honded. cons.* 29.
num. 28. *in fin. et num.* 29. *tom.*
1., *Rot. cor. Seraphin. dec.* 771. *n.*
3. *et decis.* 202. *num.* 5. *et* 6. *par.*
6. *rec.* quia minori quam mascu- 12
lus metu terretur *Paris. cons.* 26.

Digitized by Google

num. 64. *lib.* 3.) quando attentis non solum praeteritis malis tractamentis, sed et verbis mortem minantibus prudenter horret nedum futuras simpliciter saevitias, quod sufficeret ad retardandam ejus cum
13 viro cohabitationem *Rot. d. decis.* 155. *num.* 38. *par.* 6. *rec.* = ibi = *Propter ejusdem cautionis fragilitatem, quam mulier futurum, admodumque probabilem viri saevitiam perhorrescens, subire non tenetur* =.

Sed imminentem timet expresse minatam sibi mortem inferentem non levem, sed gravissimum, justumque metum, hoc est metum
14 cadentem in constantem virum *d. Cap. Cum dilectus* 6. *De his quae vi met. caus.*, *Paris. d. cons.* 53. *num.* 51. *et cons.* 58. *num.* 64. *lib.* 4., *Rot. dec.* 202. *num.* 3. *par.* 6. *rec.* = ibi = *Et tunc dicitur justus, qui cadere potest in constantem virum, quando imminet timor mortis, vulnerationis, vel corporis cruciatus* = qui, spreta quacumque cautione, a cohabitando cum
15 viro illam excusat *Rot. decis.* 199. *num.* 10. *par.* 13. *rec.* = ibi = *Idemque comprobat epistola, in qua talia minatur contra uxorem* = ibi = *Io son persona che tutto il mondo m' è paese, e ti farò in modo che non sarai più donna* = *quae verba prolata et scripta a viro, qui natura ad iracundiam proclivis est, et solitus saevire, justum et rationabilem metum incutiunt in mulierem quantumvis constantem de pejori in futurum tractatu, adeout non debeat amplius eadem subire pericula etiam sub qualibet cautione*=.

Siquidem cautio non mutat animum neque propositum *Gloss.* 16
praed. in praecit. Can. De benedicto in fin. et in Cap. Literas 13. *verb. Sufficiens in fin. de restit. spoliat.*, *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *num.* 33., *Farinacc. d. quaest.* 143. *num.* 225., *Rot. dec.* 155. *num.* 36. *par.* 6. *recen.*, *et in Romana Separationis Tori* 10. *Januar.* 1735. § *Vindicata cor. De Vais, et in altera Romana Separationis Tori* 27. *Junii* 1760. § *Parumque obstat cor. Canilliac.*, neque meliorem virum promittit *Rot. in Romana Separationis Tori* 29. *April.* 1768. § *ult. cor. De Comitibus*, ideoque concurrentibus duobus illis requisitis, saevitia nempe praeterita et timore futurae propter odium jam contractum, etiam sine alia viri protestatione, justa non deficit causa divortii *d.* 17
Cap. Ex transmissa 8. *Cap. Literas* 13. utrobique DD. *De restit. spoliat. Hostiens. in Summ. eod. tit.* § *In casibus num.* 4. *Covarruv. de Sponsal. par.* 2. *cap.* 7. § 5. *num.* 1. *Gutierrez. quaest. Can. lib.* 1. *cap.* 24. *num.* 2. *et* 9. *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 16. *et* 33., *Ancharan. cons.* 408. *num.* 1. = ibi = *Probata tanti viri saevitia contra suam uxorem etc. videtur uxori praebuisse justam causam fugae exhibendo se ei ita terribilem et crudelem, praebent enim ista justam causam separationis et* DENEGATIONIS RESTITUTIONIS *etc. facit cap.* 1. *Quod metus caus. est enim talis metus habitu semper instans et continuatus omnino justus etc. Istis ergo probatis*

Digitized by Google

videtur ex his insurgere quaedam inimicitia seu capitale odium inter virum praedictum et uxorem suam =, pluribusque relatis *Reiffenstuel. in Jus. Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 19. § 2. *num.* 41. ubi quod sufficit metus futurae saevitiae non ultra processurae quam ad gravem
18 verberationem ut notavi etiam in *Vot.* 4. *de Sponsalib. Filiorumfam. num.* 152., *Sperell. dec.* 139. *num.* 38. *Rot. dec.* 155. *num.* 1. *par.* 6. *rec. et dec.* 150. *num.* 2. *cor. Priol.* = ibi = *Et moti sunt quia concurrit non sola saevitia praeterita Dominici, sed etiam timor futurae saevitiae et male tractationis, quae duo requisita necessaria propter periculum, quod in utroque eventu uxori imminet, justam eidem divertendi a viro causam praebet* =, quia odium inter conjuges semel
19 contractum semper durare praesumitur *Menoch. cons.* 299. *num.* 11., *Vermigl. cons.* 66. *num.* 6. *Rot. dec.* 186. *num.* 5. *cor. Priol.* = ibi = *Quia cum semel contractum fuerit censetur semper durare* = maxime si cum hac praesumptione concurrat etiam assertiva
20 uxoris de odio irreconciliabili, cui omnino standum venit ad *Text. in Cap. Proposuisti* 4. *De probat.* = ibi = *Videtur igitur nobis quod juramento puellae etc. fides est potius adhibenda* =, et notant *Praeposit. in d. Cap.* 2. *n.* 2. *De divort.*, *Abb. in Cap. Literas num.* 1. *De restit. spoliat.* = ibi = *Verum quia mulier virum dicebat habere suspectum* =, et conveniunt *Hostiens. in Summ. eod. tit.* § *In casibus n.* 4., *Ledesm. de Matrim. quaest.* 62., *Gabriel. cons.* 161. *num.* 10. *lib.* 1. = ibi = *Cujus confessioni hoc casu omnino statur, cum de ejus tantum praejudicio agatur* =.

Tantoque minus uxor restituenda est ei qui in illam insaevire consuevit, postquam e statu humili, in quo eamdem sibi aequalem desponsavit, deinde fuit ad 21
altiorem statum a fortuna elevatus, se namque tunc poenitet eam sibi matrimonio copulasse, ideoque crudelis erga illam evadit ut saevitiarum atrocitate e vivis erepta, aliam et conditione et venustate et juventute sibi magis acceptam ducere valeat, et interim lubricitatibus incumbens conjugii fidem frangere non erubescit, quamvis 22
grave sit fidem fallere *Leg.* 1. *in princ. ff. de constit. pecun.*, nihilque magis fulgeat in homine quam recta fides *L. Inter claras Cod. de Sanct. Trinit.* hosti quoque servanda *Can. Noli* 3. *caus.* 23. *quaest.* 1., verumque sit ut Poeta cecinit

Alfin la fede mai non dee mutarsi,
Sebben si muti il corso alla fortuna.

Sed nihilominus frequenter vidimus libidinem fortunae sociam. — 23
Exemplum prae caeteris praebuit Appius Claudius qui, vix ad gradum Decemviratus evectus, causa 24
fuit cur Virginius pulcherrimam ac honestissimam Virginiam suam dilectissimam filiam, atque Icilii sponsam occideret ne Claudius cum suae potestatis abusu illius pudicitiam impudentissime violaret.

Eadem restitutio fieri non debet lusori qui ludendo perdit et

Digitized by Google

25 deinde in uxorem insaevire solet
Trivisan. dec. 45. *num.* 19. *lib.* 1.
= ibi = *Si vir ex culpa sua et
non uxoris, puta quia ludendo
perdidit omnia, vel adulterando
odio uxorem prosequitur, tunc cum
cautione non debet audiri* =.

Si quis insuper juvenis mulie-
rem aetate provectam desponsaverit
26 non benevolentia et amore ductus,
qui est vinculum matrimonii ca-
stique conjugii, non ratione pul-
chritudinis, si illa hac corporis
praerogativa caruerit, non ratione
juventutis, quia ipsum aetate longe
praecesserit, sed dumtaxat propter
interesse, cum enim esset nudus
et infans, propriae indigentiae et
egestati pingui uxoris dote consu-
lere studuerit, eaque desponsata
tanti immemor beneficii in illam
insaevire ausus fuerit et insimul,
27 ob frequentem cum alia foemina
consuetudinem, sit non convictus
sed tantum de adulterio suspectus,
multo minus huic erit uxor sub
cautione restituenda, quia cum
ipsius aetas et venustatis defectus
sint saevitiarum causa, quam est
impossibile removere, vehementis-
sime timendum est saevitias ces-
sare non posse, quia earum causa
cessare nequit, prudenterque dubi-
tandum eumdem virum nihil pos-
sidentem, maxime si filios non
habeat, quodcumque scelus esse
commissurum, a cujus poena illum
immunem repentina fuga reddere
potest.

In his igitur aliisque similibus
casibus si fieret restitutio, non ob-
stante timore ipsius uxoris, nonnisi
funestus exitus subsequi posset,
quem cum separatione est omnino
vitandum, cum temerarium sit
damnum expectare quod verisimi- 28
liter evenire potest *Bartol. in leg.
Metum ff. de eo quod met. caus.,
Castill. contr. Jur. lib.* 8. *tit. de
Aliment. cap.* 59. *n.* 20. § *Timor*,
itaque *Sanchez de Matrim. lib.* 4.
disp. 1. *num.* 16., nec ulla patiatur
aequitas nullaque ratio suadeat
quod marito uxor etiam in dubio
lanianda, quando id ipsa vehemen-
tissime timet, quacumque fragili
cautione nullatenus suffragante, re- 29
stituatur *Rot. d. dec.* 155. *n.* 40.
par. 6., *et dec.* 323. *n.* 44. *par.* 9.
tom. 2. *recent.*

Timor quidem, propter prae-
teritas saevitias solumque odium
gravissimus, timor utique nec va-
nus nec contemnendus ne luctuo-
sum illud renovetur spectaculum,
de quo *Cyriac. contr.* 172. *n.* 90.,
ubi refert se vidisse quamdam mi-
seram nuptam a judice ad viri
domum redire coactam, et una 30
nocte ab eo jugulatam. Caeterisque
similibus uxoricidiis omissis, non
multis ab hinc annis in hac alma
Urbe hoc idem scelus evenisse satis 31
compertum habemus. — Cum enim
Petronilla juvenis honestissima ac
pulcherrima mulier ex eo quod
esset a Josepho Merlini suo marito
male tractata, ab eodem recesserit,
quia tamen ipse, tamquam lupus
sub ovina pelle callide absconditus,
vel nunquam illam odisse vel sal-
tem quodcumque odium omnemque
livorem deposuisse simulavit, plu-
ries repetitis ab eo promissionibus
de illam in futurum bene tractando
ac humilibus supplicibusque pre-

Digitized by Google

cibus et obsecrationibus pro ea recuperanda saepe saepius fatigato Superiore, tandem obtinuit, invitae tamen et metuentis ac trepidantis uxoris, restitutionem; sed brevissimo temporis intervallo cum totius Urbis horrore ea lethali vulnere (prout ipsa redire renuens antea timebat) in inguine gladio crudelissime sauciata, ex quo ultimum clausit commiserandа diem, repente uxoricida fugam arripuit, et ubi reperiatur hactenus ignoratur; itaque infelix mulier, spreto per Superiorem illius rationabili metu, sub bona fide viri reconciliati, in sua viridi aetate immature properavit ad tumulum, quando tuto reducta putabatur ad thalamum.

Si vero saevitiae fuerint leves, iterum est distinguendum — aut enim maritus illas in uxorem exercuit cum MAGNA causa et ex culpa ipsius uxoris — aut sine causa. Si cum magna causa, propter jurgia nempe domestica exorta ex culpa uxoris, itaut vir illam *ad correctionem* moderate percusserit, hujusmodi dissensiones pro saevitiis nequaquam habentur,
32 nec ad tori separationem sufficiunt *Rot. in Valentina Separationis Tori* 12. *Februarii* 1751. § *Et sane cor. E.mo Elephantutio, et in Anconitana Obsequiorum Matrimonialium* 9. *Decembris* 1763. § *Nec in classem coram Zelada*, et in ejus Confirmatoria *diei* 15. *Junii* 1764. § *Nulla autem coram Veri* Oportet ergo, ut uxor emen-
33 detur, ab excitandis magnis dissidiorum causis abstineat, linguae moderamen imponat, ac nonnisi paucis verbis cum urbanitate prolatis utatur, ut vir potius ejus virtutem admiretur quam propter ipsius loquacitatem irritetur, etenim

Il parlar poco e bene è gran virtù.

Itaque inter conjuges perpetua servabitur concordia, quae est magnum domorum et familiarum bo-
num, saepe vero discordia illarum 34
interitus juxta illud *Philosophi* moralis = *Concordia res parvae crescunt: discordia maximae dilabuntur* =; illudque Poetae

Perchè ogni stato per concordia avanza,
E per discordia alfin vacilla e cade.

Hoc est unicum remedium in hoc casu adhibendum, quia propter moderatam percussionem uxoris MAGNAM causam praebentis per virum ad correctionem adhibitam non est
locus tori separationi nec cautioni, 35
quia haec competit marito potestas, ut dixi in *Cap.* 6. *num.* 13. *hujus lib.* 2., nec illius exercitium ei potest impediri, quin potius levis et moderata correctio est marito permissa, quamvis uxorem non corri-
gere promiserit, et etiam cautionem 36
de eam non offendendo dederit *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 196. *et* 223, haec enim promissio, tamquam facta contra bonos mores et praebens delinquendi materiam, at-
tendenda non esset *Leg. Si flagitii* 37
123. *ff. de verb. obligat.*, *Abb. in d. Cap. Ex transmissa de restit. spoliat.*, *Bald. cons.* 176. *col.* 1. *lib.* 1., *Paris cons.* 54. *num.* 34. *lib.* 4., *Roland. cons.* 27. *num.* 14. *et* 15. *lib.* 3., *Bertazzol. cons.* 228. *sub num.* 15., *Sperell. decis.* 239.,

Digitized by Google

num. 10, *Rot. in Romana Separationis Tori* 28. *Januarii* 1613., *coram Card. Sacrat.* impress. apud *Farinacc. cons.* 157. *n.* 15. *et* 16. *lib.* 2.

Caveat igitur uxor ne ob ejus procacitatem seu alio quocumque
38 modo MAGNAM praebeat viro causam in illam insaeviendi; accidere namque potest quod aliquando, cum ejus interitu, vir moderatae corre-
39 ctionis fines excedat. — Memini quod circa *annum* 1735., dum essem Vicarius Generalis bon. mem. Illust. et Rever. D. mei Bartholomaei Pucci primi Episcopi civitatis Pisciae propter eximias ejus virtutes nunquam satis laudandi, in Vigilia Nativitatis D. N. J. C. comparuit coram me circa primam noctis horam vir quidam referens *per duas vices* antea e Plumbini Oppido clarissimae Gentis Ludovisiae feudo se contulisse ad Dioecesim Lucensem, ubi juxta notitias sibi delatas ejus uxor morabatur, sed inutiliter quia illam ibi reperire non potuit, quam tamen deinde rescivit in civitate Pisciae apud quemdam exterum sacerdotem ejus exercere famulatum, instans propterea per me cogi ad redeundum ad viri domum, et cum eo cohabitandum. Factis per Baroncellum debitis diligentiis reperta fuit. Fassa est se de viri licentia cum aliis Plumbini incolis tempore Jubilei anni 1725. ad almam Urbem se transtulisse, e qua, sociis itineris insalutatis, discessit quia praefatus sacerdos eam in suam famulam acceptavit. Renuebat proinde cum viro iterum consociari, illius vindictae metu retardata, sed in rei veritate cujusdam sui amasii affectu detinebatur. Maritus vero, cui violata per eam fides erat ignota, illam amore prosequi ac bene tractare promisit; omnes expensas ministris et executoribus Tribunalis persolvit; juxta uxoris desiderium nonnullis diebus ad proprios lares reverti distulit; et quia ipsa ad visitandos proprios consanguineos in itinere per civitatem Pistorii transire exoptabat, ei complacere non recusavit cum gravi suo incommodo et majoribus expensis, quia longiorem viam suscipere debuit breviori relicta. In Dioecesi S. Miniatis mulier ex improviso clam fugam arripuit, sed habito per virum recursu ad civitatis Episcopum, eaque per executores inventa, eamdem Praesul viro restituit, qui minatus est illi mortem si fugam denuo arripere ausa fuisset, quam nihilominus iterum ob nimium forte desiderium ad amasium redeundi tentavit, sed maritus ipsam insecutus, illam ad quamdam desertam pastorum casam traduxit, ibique eamdem laqueo suspendit. Vir ergo patiens et pius, cui uxoris restitutio negari non poterat, ex magna ac repetita uxoris culpa impius evasit.

At si uxor non *magnam*, sed *levem* aut nullam praebeat causam, et nihilominus percussionibus maritus illam frequenter afficiat, ad tori quoque separationem, instante muliere, tandem deveniendum esse
putarem cum *Farinacc. quaest.* 143. 40
num. 187., ex mala namque in eam saeviendi consuetudine et diuturna perseverantia, oritur praesumptio

Digitized by Google

incorrigibilitatis *Altograd. cons.* 23.
num. 17. 52. *et seqq. lib.* 2., qua
stante incorrigibilitate, non debet
uxor perpetuum pati martyrium,
ob contractum namque matrimonii
vinculum mulier non efficitur bestia,
(quae tamen sine causa non ver-
41 beratur) sed socia mariti *L. Ad-
versus* 4. *Cod. de crim. expilat.
haeredit.*, et propterea pares esse
42 debent *Can. Apud nos* 20. *caus.* 32.
quaest. 5., et ut *D. Ambros. in
Epist.* 82. admonet = *Vir uxorem
tumquam gubernator dirigat, tam-
quam consortem vitae honoret, par-
ticipet ut cohaeredi gratiae* =.

Nec refragatur quod causa
43 separationis tori sit gravis et ardua
Rot. dec. 441. *num.* 2. *par.* 1. *rec.*,
et in Valentina Separationis Tori
12. *Februarii* 1751. § *Ad hoc cor.
E.mo Elephantut.*; perpetuam enim
et individuam Sacrae Leges volunt
servari inter conjuges vitae con-
44 suetudinem, nisi gravissimae sepa-
rationis causae concurrant *Clericat.
de Sacram. Matrim. dec.* 39. *n.* 17.,
Rot. cor. Priol. dec. 170. *num.* 2.,
et in Placentina Separationis Tori
5. *Junii* 1752. § *Porro cor. Card.
Bussio, et in Anconitana Obsequio-
rum Matrimonialium* 9. *Decembris*
1763. § *Et merito coram Zelàda*,
et in ejus Confirmatoria *diei* 15.
Junii 1764. § *Praeterea cor. Veri*,
ideoque si saevitiae non sint atro-
ces esse nequeant justa causa se-
parationis.

In primis enim non minus
imo magis ardua est causa, in qua
agitur de praeservanda vita homi-
45 nis, eaque e mortis eripienda ca-
sibus, unde quoties constat uxorem
non ad correctionem, quia sufficiens
deficiat culpa multoque magis si
nulla culpa concurrat, sed vel ex
improbo viri ingenio, vel quia perdit
in ludo, vel quia deditus est ebrie-
tati, aut cum alia foemina pravam
habet consuetudinem, frequenter ab
eodem male tractari, etiamsi gra-
ves de praesenti non sint saevitiae, 46
facilis tamen esse non debet uxoris
restitutio, quia saevitiae etiam le-
ves et potissimum irrationabiles
et indebitae magis quam prome-
ritae odium gignunt, repetitae odium
augent, et quia patientia laesa fit 47
furor, dietim continuatae tandem
excitare possunt iram, cumque non
sit ira super iram mulieris, maxi- 48
mum accenditur bellum inter hujus
iram et viri furorem, et cum furor
et ira sit subita animi tempestas,
quae dum inordinate se corruit cor
hominis ad insaniam protrahit *L.* 49
Lex Julia 7. *in fin. ff. ad Leg. Jul.
repetund.*, tollit plenitudinem intel-
lectus *Zacch. quaest. Medic. Legal.* 50
lib. 2. *tit.* 1. *quaest.* 6. *num.* 14.
et 15., pervertit officium mentis
et rationis *Peguer. dec.* 18. *n.* 15., 51
et plerumque innocentes quoque ad
delinquendum impellit *Can. Ira* 168. 52
caus. 11. *quaest.* 3. aliud proinde
non est timendum quam cum morte
unius et mulieris potius quam viri,
bellum hujusmodi finiatur, quemad- 53
modum non semel hoc accidisse
compertum habemus.

Et quamvis, juxta facti circum-
stantias et inspecta personarum qua-
litate, aliquando de hoc tragico fine
timeri non posset, adhuc uxor le-
vibus etiam saevitiis continuo ve-
xata, saltem indirecte ad tumulum

Digitized by Google

ducitur — vix enim virum audit
54 ingredientem domum, statim ejus
turbatur sanguis, quae turbatio augetur
cum ingressus, post objurgationes
strepitus et contumeliosa
verba, ad verbera licet non atrocissima
manus admovet, et cum
hoc quotidie, seu frequenter accidat,
cunctanter uxor ad mortem
55 trahitur, ejusque vita abbreviatur,
nam ob continuas animi passiones
atque tristitias, cum cor nimis laboret
oppositis motibus, nimium
exsiccatur, cumque motu irae calescat
post angustias introducitur
56 ethica *Arnald. de Villan. oper. omn. sub tit. specul. introduct. medic. cap. 75. in fin.*

In hac insuper causa non est
tantum habenda ratio de salute
57 corporis, sed magis animae innocentis
uxoris totiusque familiae,
ideoque ex una parte considerari
58 debet periculum fornicationis in
viro, si separatus ab uxore permaneat,
ex altera vero periculum
damnationis filiorum propter malum
exemplum, pessimamque eorumdem
educationem, ut notavi
in *Cap. 6. num. 60. et seqq. huj. lib. 2.*, ipsiusque uxoris propter
iram, inimicitiam, odium et vindictae
stimulum adversus virum
sine justa et magna aut sine ulla
causa percussionibus etiam levibus
eam frequenter male tractantem,
si cum ipso cohabitet, animae detrimentum,
hisque recta lance hinc
inde libratis, facile resolvi poterit
an justa sit restitutio innocentis
uxoris quae propter immeritas viri
saevitias sive graves sive leves ponitur
ipsa cum familia in occasione
committendi fere quotidie peccata,
a quibus multo minus vir, qui dat
occasionem, est immunis, vel ne
vir se propria culpa fornicationis
labe coinquinet, et ad damnationem
properet, unoque verbo ne ipse
unus reus pereat, intra limites justitiae
aequitatis et charitatis expediat
cum periculo saltem probabili
perditionis insontis communis prolis
innocentem uxorem cogere ad viri
domum redire in praejudicium animae
suae, quam ipsa cum illo cohabitans
desperationi ac damnationi
subjicere praevidet; seu potius
ne una simul cohabitantes, propter
continuas percussiones dissidia et
odium ambo cum filiis etiam aliquando
pereant, locus esse debeat
separationi tori, ut si propria culpa
pereat una pars salvetur altera,
et a periculo amittendae ob hanc
causam salutis aeternae liberetur;
matrimonium enim non contrahitur
ut sit vinculum damnationis,
et si justa causa divortii est pe- 59
riculum vitae, multo magis imminens
animae periculum justa
ipsius divortii causa esse debet, ut 60
recte considerat *Rot. in Romana Separationis Tori* 10. *Januar.* 1735.
§ *Unde oriebatur coram De Vais.*

In quibus terminis cum saevitiae
quoque leves *sine causa* continuatae
sint signa certa non amoris
sed odii, quo vir uxorem prosequitur,
ad effectum proinde separationis
nullatenus est attendendum,
an eaedem saevitiae sint atroces,
cum sufficiat, quod tales fuerint,
ut potuerint parere inimicitiam et 61
odium inter conjuges, ad quod inducendum
sola quoque verba con- 62

Digitized by Google

tumeliosa a viro in uxorem prolata
sufficiunt *Rot. decis.* 199. *num.* 2.
par. 13., *et decis.* 514. *num.* 2.
par. 14. *recen.*, illudque, postquam
fuerit inductum, per se solum cau-
63 sam separationis tori ministrat *d.*
Cap. Ex transmissa 8., ibique DD.
De restit. spoliat., *Sanchez de Ma-*
trim. lib. 10. *disp.* 18. *num.* 6.,
Farinacc. quaest. 143. *num.* 545.,
Rot. dec. 706. *num.* 1. *par.* 1., *et*
decis. 155. *ex num.* 40. *ad* 48.,
et decis. 239. *num.* 3. *par.* 6., *et*
dec. 337. *num.* 19. *et seqq. par.* 12.,
et dec. 514. *num.* 2. *et* 3. *par.* 14.,
et dec. 115. *num.* 5. *par.* 18. *re-*
cent., *et dec.* 39. *num.* 7. *coram*
Herrera, *et dec.* 446. *num.* 3. *cor.*
Merlin., *et dec.* 186. *num.* 2. *coram*
Priol., *et in Posnanien. Separatio-*
nis Tori 14. *Maii* 1728. § *Quo*
circa coram Card. Cinc., *et in d.*
Romana Separationis Tori 10. *Ja-*
nuarii 1735. § *ult. cor. De Vais*
= ibi = *Inde enim praesumitur*
exarsisse inter ipsos acerbiora odia
et implacabiles inimicitias etc. adeo-
que haec sola causa sufficeret ad
tori separationem ne alias luctuo-
sior sit reditus quam discessus =.
Quinimo est adeo verum quod
64 solum odium est causa divortii, ut
aliquando necesse non sit probare
quod saevitiae sive graves sive leves
praecesserint, sed solus timor fu-
turarum saevitiarum propter odium
sufficiat, prout contingere potest
quando uxor promovet litem contra
virum super redditione rationis
dotis per eum dissipatae, quae prae-
sumere facit futuram viri saevitiam,
cujus timor ob hanc solam litem
65 est causa separationis *Sanchez de*
Matrim. lib. 10. *disp.* 18. *num.* 19.,
Cravet. cons. 31. *num.* 4. *et per*
tot., *Gutierrez quaest. Can. lib.* 1.
cap. 24. *num.* 9., *Rot. decis.* 155.
num. 45. *et* 46. *par.* 6. *rec.*, adeout 66
nec etiam lite finita uxor viro re-
stituenda sit, quia naturaliter tunc
acerbius odium et inimicitia gravior 67
esse debet per ea quae ponderat
Covarruv. de Sponsal. par. 2. *cap.* 7.
§ 5. *sub num.* 1. *pag. mihi* 218.,
Cravett. d. cons. 31. *num.* 4. *et* 5.
= ibi = *Restitui viro mulier non*
debet etiam sub cautionis securi-
tate, nam ubi odium est capitale,
non tenetur, nec debet quis confi-
dere fragilitati cautionis, nam hoc
casu cautio sufficiens considerari
non potest Cap. Accedens etc.,
Bald. cons. 240. *lib.* 3. *ubi quando*
timetur de saevitia mariti non te-
netur uxor ad eum redire, licet
juret aut caveat de non offen-
dendo etc. Et profecto si ad ra-
tionem naturalem velimus respicere,
quae sola satis esse debet L. Scire
oportet etc. cujus recti judicis ar-
bitrio visum fuerit, par esse uxo-
rem cum viro agere oportere, quo
cum inimicitias et odium capitale
exercet, quod maxime obtinet con-
stante seu durante judicio usque
ad causae decisionem etc. Plane
idem arbitrarer etiam post decisio-
nem, quia inimicitia et odium gra-
vius et acerbius futurum videtur
lite finita in favorem uxoris. Cui
si cogitur maritus ad integrum
satisfacere, odiosior sane futurus
sit, itaque quis cogitet maritali cum
affectu uxorem habiturum, et
quando post decisionem causae ur-
get eadem ratio, quae ante militabat

Digitized by Google

lite durante, idem juris esse debet
L. Illud etc. =.
Idem dicendum si crimina-
tiones objectae fuerint per virum
uxori super adulterio, quod suppo-
nat ab ea commissum, istae nam-
que viri odium et animum impla-
cabilem summopere ostendunt, cau-
68 tionem respuunt, et tori separatio-
nem exigunt *Trivisan. dec.* 61. *per*
tot. lib. 1., *Sperell. dec.* 139. *n.* 51.,
69 maxime si uxor sententiam absolu-
toriam reportaverit *Rot. dec.* 706.
num. 1. *par.* 1., *et dec.* 58. *n.* 1.
par. 3., *et dec.* 199. *num.* 8., *et*
dec. 328. *num.* 1. *par.* 13., *et dec.*
514. *num.* 8. *par.* 14. *recen.*, *et in*
Romana Separationis Tori 4. *Junii*
1736., et in Confirmatoria 23. *No-*
vembris ejusdem anni cor. Canilliac.,
ubi adulterium falso a viro uxori
imputatum pro justa causa separa-
tionis tori fuit admissum. Sed majus
periculum imminet si uxor que-
relam porrexerit de adulterio contra
virum, quo casu tamen ea affertur
distinctio quod cautio locum non
habeat si vir antea solitus erat
uxorem male tractare, quia tunc
multo magis timendum est quod
velit se vindicare post querelam,
dummodo tamen constet de prae-
cedentibus malis tractationibus, et
probetur virum esse ferocem et con-
70 suetum vindictis rependere offensas,
secus si probetur quod mitis et
71 pacatus sit ejus animus *Rot. dec.*
463. *n.* 12. *et seq. par.* 18. *recen.*,
sed magis arridet opinio, eamque
tenendam censeo, quod odium im-
placabile inter virum et uxorem
insurgat ex sola querela criminali
super adulterio sive a viro contra
mulierem, sive a muliere contra
virum delata, quae conjugi per al-
terum conjugem calumniato per se
sola tribuat sufficientem separationi 72
causam, nullis etiam praecedentibus
saevitiis, ut considerant *Cyriac.*
contr. 173. *num.* 1. *et* 8., *Trivisan.*
dec. 45. *sub num.* 9. *et num.* 13.,
et dec. 61. *per tot. lib.* 1., itaque
respondit eamdem *Rot. dec.* 706.
num. 1. *par.* 1., *et dec.* 337. *n.* 20.
par. 12., *et dec.* 328. *num.* 2. *et* 3.
et per tot. par. 13. *recent.*, *et in*
Posnanien. Separationis Tori 14.
Maii 1728. § *Ratio sic decidendi*
cor. Card. Cincio, *et in Romana*
Separationis Tori 10. *Januar.* 1735.
§ *fin. cor. De Vais* = ibi = *Potis-*
simum cum in longo acrique pro-
cessu hujus litis nec maritus ces-
saverit ab insectando uxorem,
eamque calumniando, *et uxor cum*
laesione boni nominis viri detexerit
ejus malos mores, *et nequitiam*
usque ad objectionem criminis le-
nocinii et falsitatis commissae lite
pendente; inde enim praesumitur
exarsisse inter ipsos acerbiora odia,
et implacabiles inimicitias etc.
adeoque haec sola causa sufficeret
ad tori separationem ne alias
luctuosior sit reditus quam di-
scessus =, et recentius in *Romana*
Separationis Tori 9. *Martii* 1767.
§ *Eoque magis cor. De Comitib.* —
Manet enim in virum alta mente
repostum sive verum sive falsum
tam grandis injuriae reatum, itaut
si uxor in posterum verba proferat
in numero pondere et mensura
minus librata, horum praetextu
in praedictae injuriae vindictam 73
atroces seu atrocissimas saevitias

Digitized by Google

expectare potest. Quidquid secus dicendum sit si non constet fuisse porrectam ab uxore querelam contra
74 maritum, seu a marito adversus uxorem, aut si ab una vel ab altero porrecta sit, adhuc una vel alter judicium prosequuti non fuerint, ex hoc enim inter eos ortum
75 non fuisse odium capitale sufficiens ad tori separationem respondit *Rot.*
76 *dec.* 270. *num.* 12. *et* 13. *par.* 13. *recen., et dec.* 371. *num.* 12. post 2. *vol. cons. Farinacc.*, dummodo tamen querelans a querela recesserit, non autem querelatus ad pro-
77 priam turpitudinem occultandam omnem moverit lapidem ut processus cursum impediret, tunc enim querelans odium deposuisse non
78 praesumitur, minusque querelatus.

CAP. XI.

De Separatione Tori ad tempus propter odium.

SUMMARIUM.

1 Propter inimicitiam et odium implacabile conjuges separari debent, *et num.* 30.
2 Ne unus aut alter, et frequentius mulier, mortem subeat, *et num.* 30.
3 Oritur hoc odium ex carceratione unius conjugis executae ad instantiam alterius;
4 Ex lite super tota vel majori parte bonorum;
5 Ex jurgiis dissensionibus et minis;
6 Ex verberationibus et saevitiis de praeterito *et num.* 28.
7 Unicus saevitiae actus odium gignere potest.
8 Odio propter saevitias causam praebet ut plurimum maritus.
9 Uxor male morata tribus modis est castiganda.
10 Frequenter pudor froenum est vitiorum.
11 Uxor nunquam praesentibus extraneis est objurganda,
12 Nec unquam verberanda.
13 Viri sapientes et probi nunquam uxores verberarunt.
14 Quomodo Socrates uxorum injurias toleraverit.
15 Mulier verberibus non emendatur, sed deterior efficitur.
16 Mulieres suapte natura sunt superbae:
17 Faciles ad odium et vindictam, et injuriatae insaniunt:
18 Proclives ad iram:
19 Alienis viris se substernunt ut vindictam sumant de maritis:
20 A maritis verberatae patrant in eos caedes, insidias, maleficia et veneficia:
21 Non gladio, sed veneficio regulariter necant maritos.
22 Ex verberibus amor conjugalis in odium exitiale vertitur.
23 Propter quod mulieres virorum mortem expetunt.
24 Mariti uxores corrigere debent exemplo
25 Quod est magni momenti,
26 Item blanditiis, mollibus verbis et maritali sermone.
27 Maritus praesit uxori non ut dominus pecoribus, sed ut anima corpori.

Digitized by Google

29 Cum lenitate miscenda cum severitate.
31 Majus odium nascitur ex saevitiis vel atrocibus aut ex levi aut sine ulla causa uxori illatis:
32 Ob quas maritus est puniendus.
33 Maritus tenetur uxorem diligere *et n.* 51.
34 Nec ei licet illam ex causa verberare *et num. seqq.*
35 Ignominia est ejus qui verberat, non qui verberatur.
36 Servam verberare viro maximae ignominiae est, multo magis contra liberam dextram extendere.
38 Ultimae dementiae est eam contumelia afficere, propter quam parentes Deus dimittendos praecepit.
44 Mariti uti maritos se praestent, non absolutos uxorum dominos.
45 Mariti in tutela non in servitio uxores habere debent.
46 Maritus non est dominus sed maritus, non ancillam sed uxorem duxit, Deus voluit eum esse gubernatorem sexus inferioris, non praepotentem.
47 Ex Romanorum instituto uxores ad servilia ministeria praestanda maritis cogi non poterant.
48 Quid apud priscos Romanos in matrimoniis servabatur ad ostendendum aequale dominium inter virum et uxorem *et num. seqq.*
50 Uxor est viri socia *et num. seq.*
51 Vir et uxor sunt una caro, unum corpus et una anima.
52 Uxor indotata a marito contemni solet.
53 Mulier hodie formosa, cras deformis evadit.
54 Fallax gratia et vana est pulchritudo.
55 Formosa mulier est superba, indomita et refractaria *et n.* 76.
56 Difficile maritus jus suum ab ea obtinere potest:
57 Mulier formosa se regis matrimonio dignam existimat:
58 Uxor formosa sibi imperium in virum arrogat,
59 Multo magis si fuerit ingenti dote referta, aut marito nobilior.
60 Qualitates mulieris in uxorem ducendae.
61 Odium oritur etiam propter adulterium.
62 Propter odium et adulterium fit separatio tori. *et n.* 72.
63 Adulterium scelus gravissimum,
64 Propter quod Deus divortium permittit:
65 Gravius est idololatria.
66 Bruta animalia quae illud detestantur.
67 Quando separatio tori fieri debeat propter odium, si maritus cum alia foemina consuetudinem habeat.
68 An sperari possit in hoc casu inter conjuges reconciliatio.
69 Impudicus amor omne respuit remedium.
70 Adulteri consuetudinarii nonnisi per senectutis impotentiam ab hoc vitio removentur.

Digitized by Google

71 Efficiuntur enim similes hydropicis.
73 Mariti libentius audiunt uxorem interfici, quam pollui:
74 Idque molestius patiuntur quam se in proprio corpore vulnerari.
75 Quid examinandum quando vir suspicatur uxorem esse adulteram.
77 Mulier formosa difficile casta.
78 Pulcritudo cum pudicitia dissidet,
79 Et est marito periculosa et exitialis.
80 Pulchritudo Bethsabeae exitio fuit Uriae.
81 Valde timendum est de fidelitate uxoris si sit formosa:
82 Vel marito ditior, aut nobilior:
83 Aut ipsa sit juvenis et maritus senescere coeperit.
84 Uxor juvenis mortem viri senis desiderat:
85 Illum non diligit et aliorum concubitum expetit.
86 Quando in hoc dubio conjuges separari debeant.
87 Si uxor pulchra non est nec juvenis sed annosa, ridicula et vana est viri de illius fidelitate suspicio.
88 Zelotypia inter conjuges odium producit:
89 Ex animi perturbationibus nulla vehementior;
90 Mentem perturbat, quasi eripit, in furorem adigit, neces mutuas et aliorum armat et impellit.
91 Maritus hoc furore percitus Justinam puellam formosissimam suamque uxorem innocentem interfecit.
92 Mulieres nimium seipsas amant.
93 Plusquam viri zelotypiae sunt obnoxiae,
94 Ob eam saepe saeviunt in maritos, liberos et in seipsas.
95 Ob eam mulier puellam innocentem, maritum et filiam necavit.
96 Propter iram quodcumque facinus committere non veretur.
97 Mulierem ob zelotypiam canes dilaniarunt:
98 Ejus maritus ob illius mortem seipsum interfecit.
99 Odium implacabile ex zelotypia ortum causam praebet separationi tori.
100 Lis super separatione tori odium auget, quod per se solum ad eam obtinendam sufficit.
101 Odium resultat ex criminationibus uxori per virum objectis,
102 Praesertim si accusationes probatae non fuerint.
103 Neque maritus antea a querela tamquam erronea recesserit.
104 Oritur etiam odium ex denegatione medici et medicinae factae per virum uxori aegrotanti,
105 Ex ejus ejectione e domo cum verbis injuriosis,
106 Ex vulnere gladio in eamdem inflicto.

Nulla subest causa cur, postquam orta fuerit inter conjuges inimicitia et odium implacabile, non sint ad invicem separandi, quia

odium suscitat rixas, ut habemus
in *Parabol. cap.* 10. *vers.* 12., et
propterea hanc in hujusmodi casu
1 separationem approbat *Text. in*
Cap. Ex transmissa 8. § *Si au-*
tem et in Cap. Literas 13. *in fin.*
De restit. spoliat., *et in leg. Con-*
sensu, *et Auth. Sed novo Jure Cod.*
de repud., eamque semper conce-
dendam esse censuit *Rot. dec.* 58.
per tot. par. 3., *et decis.* 352. *num.*
3. *par.* 5. *tom.* 1., *et decis.* 155.
n. 42., *et dec.* 239. *num.* 3., *et dec.*
277. *sub n.* 14. *par.* 6., *et dec.* 323.
n. 23. *et seqq. par.* 9, *et dec.* 328.
n. 2. *par.* 13., *et decis.* 514. *n.* 8.
par. 14. *rec.*, et post mea *vota de*
Sponsal. Filiorumfam. dec. 19. *n.*
7. ne unus aut alter, et frequen-
2 tius mulier, mortem subire co-
gatur.

Odium autem, quod posui pro
sexta causa separationis tori *ad*
tempus, quousque nempe sincera
non sequitur inter conjuges recon-
ciliatio, est in primis saepissime
effectus carcerationis unius conjugis
3 executae ad instantiam alterius *Rot.*
dec. 58. *num.* 1. *par.* 3. *rec.*, vel
alicujus litis super tota aut ma-
4 jori parte bonorum *Farinacc. quae-*
st. 143. *n.* 145., *Rot. d. dec.* 323.
n. 23. *par.* 9. *rec.*, sive effectus
5 jurgium, dissensionum et mina-
rum *Rot. dec.* 514. *n.* 11. *par.* 14.
rec.; multoque magis verberatio-
6 num et saevitiarum de praeterito
Rot. dec. 155. *n.* 40. *par.* 6., *et de-*
cis. 199. *n.* 9. *par.* 13., *et d. dec.*
514. *num.* 10. *par.* 14. *rec.*, itaut
etiam unicus actus saevitiae odium
7 et inimicitiam gignere possit *Fari-*
nacc. quaest. 143. *n.* 147.

Quoties odium oritur propter
verberationes atque saevitias, huic
ut plurimum causam praebet non
uxor sed maritus, qui vel crude- 8
lis vel impatiens, sive temere
sive cito nimis uxorem verberibus
afficit contra monitum *D. Chrysost.*
homil. 26., docentis tribus modis 9
uxorem male moratam esse casti-
gandam, videlicet — primo eam mo-
nendo ut bene se gerat, ne Deum
offendat — deinde, si Dei timorem
nihili faciat, improperando, eique
ostendendo quod erubescere debet,
quia apud homines omnem pruden-
tiae et bonitatis existimationem
amittit — si demum frequenter ita
confusa, nihilominus verba conte-
mnit, pudoremque non sentit, ju-
xta Salomonis sententiam contra
duram baculo est utendum et pro-
pterea sic ipse concludit = *Ergo*
primum admone, quia multum pro-
ficit doctrina justitiae — deinde con-
funde, quia frequenter pudor froe-
num est vitiorum — tertium justum 10
est ut castigetur quasi ancilla,
quae erubescere nescit =.

Verum ne illius excitetur odium
nunquam extraneis praesentibus est
objurganda juxta illam *Solonis* apud
Ausonium sententiam „ *clam coar-* 11
guas propinquum, *sed palam lau-*
daveris „ cui simile est illud *Sene-*
cae, aut alterius „ *secreto admone*
amicos, *palam lauda* „. Nec etiam 12
unquam verberibus affici debet,
etenim nec *D. Chrysost. loc. cit.*
pro punitione hoc intelligit, ut in-
fra patebit, nec fere ullos ex illis,
qui pro sapientibus, probisque vi-
ris habiti fuerunt, legimus suas etsi
molestas et audaces uxores verbe- 13

Digitized by Google

rasse, sed earum vitia dissimulasse
aut blande correxisse, inter quos
sapientissimus Socrates uxorum con-
vicia, jurgia et injurias patienter
14 toleravit, et cum a Xantippe uxore,
ultra multa convicia, e superiori
loco aqua immunda madefactus
fuisset, non solum ullam sumpsit
de hoc vilipendio vindictam, sed de-
terso capite tantummodo dixit „*scie-
bam futurum ut ista tonitrua im-
ber sequeretur*„ ut prae coeteris re-
fert *D. Hieronymus lib.* 1. *contra
Jovinian.*

Mulier enim, si verberetur, non
15 modo ut plurimum non emenda-
tur, sed deterior efficitur juxta il-
lud notissimum rude proverbium „
*ille lavat laterem qui castigat mu-
lierem* „. Sunt namque mulieres sua-
16 pte natura superbae *Alberic. in leg.
Adversus Cod. de crim. expilat.
haeredit.*, faciles ad concipiendum
odium et vindictam appetentes, et,
si injuriam patiuntur, insaniunt
17 ut ait *D. Chrysost. in Homil. in
decollat. D. Joann. Baptistae* pro-
18 pter iram, ad quam sunt proclives
idem *D. Chrysost. in Epist. ad
Ephes. Homil.* 13.; unde verendum
est ne ad sumendam de maritis
vindictam, vel alienis viris se sub-
19 sternant, vel propter odium impla-
cabile jam conceptum, si non pe-
tant ipsae tori separationem, eam
mariti petere cogantur, ut a peri-
culo violentae mortis se liberent,
ex verberibus enim uxorum na-
scuntur inimicitiae tales ut per
eas caedes, insidiae, maleficia et
veneficia in maritos patrentur, —
20 veneficium namque est regulariter
gladium, quo ad necandos maritos
iratae mulieres utuntur *Quintilian.
lib.* 5. *Oratoriar. instit. tit. de ar- 21
gument.*

Quamobrem non verberibus
uxori reluctandum est, nam ex il-
lis amor conjugalis in odium exi-
tiale vertitur, et exinde adeo im- 22
manis uxorum in viros animus ori-
tur ut plerumque eorum expetant 23
mortem *Gloss. in leg. Pater Seve-
rinam* 100. *§ Socrus verb. Quia
morte in fin.*, ibique *Bartol. et Ca-
strens. ff. de condit. et demonst.*,
sed mariti potius earum correctio-
nem procurare debent — tum exem- 24
plo, ut quales ipsi uxores in-
venire cupiunt tales et ipsae il-
los inveniant *Can. Si dicturi* 2.,
Can. Non moechaberis 5. *caus.* 32.
quaest. 6., cum enim aliorum
exempla sint magni momenti pro
corrigendis vel depravandis ho- 25
minum ingeniis, ea maxime hunc
eumdem producunt effectum, quae
a domesticis proficiscuntur *Leg.
unic. Cod. de emend. prop.*; —
tum blanditiis, mollibusque ver-
bis et maritali sermone *Leg. ul- 26
tim. ff. Si quis aliq. testar. proh.*,
et ut inquit Bernardus „ *malam
uxorem potius risu quam baculo
castigabis* „. Justum est enim ut ma-
ritus praesit uxori at non ut do-
minus pecoribus, sed ut anima
corpori conspiratione quadam na-
turali per benevolentiam cum ipso 27
conjuncta; quapropter mariti absti-
neant, ut saepe dixi, a verberi-
bus, quae ad iram inimicitiam
et odium provocant, sed potius le-
nitate miscenda tamen cum seve- 28
ritate uxores ad emendationem re-
vocent, ut dum corriguntur neque

Digitized by Google

multa asperitate exulcerentur, ne-
29 que nimia benignitate solvantur,
si iidem mariti tori separationis in-
commoda sentire nolint, suborto
siquidem ex verberibus odio, co-
njuges omnino sunt separandi, ne
30 unus vel alter alterius vindictae
succumbat.

Fortius odium nascitur ex ver-
beribus ac saevitiis vel atrocibus
31 vel ex levi aut sine ulla causa
uxori per maritum illatis, facinus
32 quidem non tantum tori separa-
tione, verum etiam gravi poena
puniendum, vir enim tenetur uxo-
33 rem diligere, quam potius saevi-
tiis odisse demonstrat contra mo-
nitum *D. Pauli in Epist. ad Co-
lossens. cap.* 3. *vers.* 19. = ibi =
*Viri diligite uxores vestras et no-
lite amari esse ad illas* =; iterum-
que in *Epist. ad Ephes. cap.* 5.
vers. 28. = ibi = *Viri debent di-*
34 *ligere uxores suas* =; quodque nec
etiam ex causa viro libero, praeser-
tim ingenuo et honesto, liceat ver-
beribus uxorem afficere solide pro-
bat *D. Chrysost. in* 1. *Epist. D.
Pauli ad Corinth. homil.* 26.
35 = ibi = *Neque verberandam uxo-
rem dico, absit. Ultima namque
ignominia est non ei quae verbera-
tur, sed ei qui verberat etc. Et
vos viros illud admoneo, nullum
sit tam magnum peccatum quod
ad verberandam uxorem vos com-
pellat; — et quid uxorem dico? Ne
servam quidem verberare et manus
in eam injicere viro libero est to-
lerandum. Quod si servam verbe-
rare viro maximae ignominiae est,
multo magis contra liberam de-*
36 *xtram extendere. Et hoc a gen-
tium legum latoribus agnoscere pos-
sumus, qui, quae vapularit, non
amplius cum marito habitare co-
gunt, utpote qui indignus sit ut
cum ea amplius consuetudinem ha-
beat. Etenim summa injuria est
vitae sociam et in rebus necessariis
antea tibi conjunctam, tamquam* 37
*mancipium ignominia afficere. Ideo
hujusmodi virum et patricidae et
matricidae similem esse dixeris.
Nam si patrem et matrem, uxoris
gratia, relinquere praecipimur,
non ut injuriam eis faciamus sed
divinam legem impleamus, et ipsis
parentibus tam gratum hoc est
ut relicti gratiam habeant, et id
multo studio exequantur, quonam
pacto non ultimae dementiae est,
eam contumelia afficere, propter* 38
*quam parentes Deus dimittendos
praecepit?* =; et quia hujus san-
ctissimi viri tot sunt sententiae
quot verba, ideo quae paulo infra
subsecuuntur referre juvat = ibi =
*Sed incitat mulier. Verum consi-
dera mulierem debile vas esse. Tu* 39
*autem vir propterea princeps fa-
ctus es et capitis loco datus ut
subditae feras imbecillitatem. Velis* 40
*igitur tuum illustrare principa-
tum, hoc facies si subditae non
insultaveris: et quemadmodum Rex
tanto clarior apparet, quanto Prae-
fectum suum clariorem ostendit,
quem si inhonoraret et contumelia
illius dignitatis magnitudinem af-
ficeret, non parvam gloriae suae
partem auferret; itidem et tu, si* 41
*illam quae secundum post te lo-
cum obtinet, contumelia afficis
non parum tui principatus honori* 42
derogas. Haec igitur omnia tecum

Digitized by Google

reputa et modestus sis, et cum his
illius noctis recordare, qua advo-
cato te ad se pater, tamquam depo-
situm quoddam, filiam tibi tradidit,
et omnibus relictis, matre, domo
43 *et seipso omnem ejus curam tuae*
dextrae commisit =.

Ne detur igitur causa odii et
propter odium subsequens separa-
tio, mariti uti maritos se prae-
44 stent, non absolutos uxorum do-
minos, et meminisse oportet quae
L. Valerius dixit in oratione su-
per legis Oppiae abrogatione apud
Livium lib. ab urbe condita 34.,
nimirum = *Vos in manu et tu-*
tela, non in servitio debetis uxores
45 *habere, et malle patres aut viros*
quam dominos dici = et infra =
Quo plus potestis, eo moderatius
imperio uti debetis =; et ante ocu-
los semper habere debent aurea
verba *D. Ambros. lib. Hexaemeron*
5. *cap.* 7. = ibi = *Non es dominus*
sed maritus, non ancillam sorti-
tus es sed uxorem, gubernatorem
46 *te Deus voluit esse sexus inferio-*
ris, non praepotentem =.

Et profecto ex veteri Romano-
rum instituto, uxores maritis ser-
vilia ministeria nec molendi, nec
47 coquinariam faciendi compelli po-
tuisse testatur *Plutarch. in Pro-*
blemat. cap. 84. et prius *cap.* 28.
refert quod apud priscos Romanos
sponsam in viri domum introdu-
48 centes eidem sponsae jubebant di-
cere sponso „*ubi tu Cajus ego Caja*„
quasi quod ab initio hoc cum viro
pactum iniret ut omnia forent in-
ter se communia et ambo una si-
mul aequaliter imperarent, hoc est
„*uti tu dominus ac domus compos,*
sic ego domina atque hera „ quod
ex ea antiqua Romuli lege desum- 49
ptum videtur, scilicet „ *mulier viro*
legitime conjuncta, fortunarum et 50
sacrorum socia illi esto: utque do-
mus ille dominus ita haec domina „
ut habetur apud *Dionys. Halicar-*
nasseum lib. 2. *Roman. Antiqui-*
tatum. Et dubio procul vir uxorem
tamquam sociam, sibique parem et
uti suum corpus amare debet, quia
una caro, unum corpus, una anima
cum viro est et est habenda nu- 51
trienda et fovenda *D. Paul. in*
Epist. ad Ephes. cap. 5. *vers.* 28.
et seq. = ibi = *Viri debent dili-*
gere uxores suas ut corpora sua;
qui suam uxorem diligit seipsum
diligit; nemo enim unquam car-
nem suam odio habuit, sed nutrit
et fovet eam =, et non solum in
vim praecepti generalis de dili-
gendo proximum sicut nosmetipsos,
sed in vim quoque praecepti spe-
cialis de diligendo uxorem *D. Paul.*
loc. cit. vers. 33. = ibi = *Unusqui-*
sque uxorem suam sicut seipsum
diligat =, et quidem ea maxima
dilectione, qua D. N. J. C. Eccle-
siae Caput Ecclesiam suam dile-
ctissimam sponsam sic amavit, ut
pro ea voluerit totum suum pre-
tiosissimum fundere sanguinem, et
crucis subire tormentum *D. Paul.*
loc. citat. vers. 25. = ibi = *Viri*
diligite uxores vestras sicut et
Christus dilexit Ecclesiam, et sei-
psum tradidit pro ea =.

Altera causa, ex qua conjuga-
lis benevolentia periclitatur et in
odium vix inito conjugio verti po-
test, vel est paupertas uxoris, si
nempe sine dote desponsata fuerit, 52

Digitized by Google

tunc enim a marito contemni solet *Auth. de Nupt.* § *Sic itaque matrimonia vers. Si quis enim duxerit*, et *Auth. Quib. mod. natur. effic. legit.* § *Quoniam autem*, *Bald. in Auth. Res quae col.* 1. *vers. Quaero pater vivens Cod. Commun. de legat.*; — vel ejusdem uxoris pulchritudo, quamvis enim mulier, quae ho-
53 die est formosa, cras eadem deformis efficiatur, ut experientia docet, utque cecinit *Ovid. lib.* 2. *de arte amandi*

Forma bonum fragile est, quantumque accedit ad
Fit minor et spatio carpitur illa suo; (*annos*
Nec semper violae, nec semper lilia florent,
Et riget amissa spina relicta rosa.

necnon *Olympius Nemesianus in Bucolico Ludicro*

Non haec semper eris, perdunt et gramina flores,
Perdit spina rosas, nec semper lilia candent,
Nec longum tenet uva comas, nec populus umbras;
Donum forma breve est, nec se tibi commodat annis.

quamvis, inquam, fallax sit gratia
54 et vana pulchritudo, nihilominus
qui formosam uxorem duxerit, eamdem superbam indomitam ac re-
55 fractariam experietur, et nonnisi
cum acerrimo certamine jus suum
56 adversus illam obtinere poterit, nam
propter formam, quam semper majorem esse credit, non sui mariti
sed regis matrimonio se fuisse di-
57 gnam existimabit, ex quo mariti
contemptu, nonnisi odium et inimicitia subsequitur, quia talis uxor
58 sibi imperium in virum arrogat, ut
recte considerat *D. Chrysost. in Epist. D. Pauli ad Ephes. Homil.* 20. = ibi = *Externa corporis pulchritudo plena est multae superbiae et arrogantiae* =, et infra haec mala ex pulchritudine nasci tradit = *Fastum, arrogantiam, contemptum* =

Multoque magis si ultra pul-
chritudinem fuerit ingenti dote re- 59
ferta, aut marito nobilior, ejus enim ipse non est dominus, non superior, non maritus, non paris, sed potius famulus et inferior, non uxorem sed dominam habens, cum qua pacem habere non potest, et e propria domo egressus, vix ad illam redire audet, ut recte considerat *D. Augustin. in Psalm.* 33. = ibi = *Attendat sanctitas vestra quomodo nolunt intrare domos suas, qui habent malas uxores: quomodo exeunt ad forum et gaudent: caepit hora esse qua intraturi sunt in domum suam, et contristantur. Intraturi sunt enim ad taedia, ad murmura, ad amaritudines, ad eversiones, quia non est domus composita ubi inter virum et uxorem pax nulla est* =. Unde *D. Ambros. lib.* 1. *de Abraham Patriarch. cap.* 2. virum qui ducere vult
uxorem ita suadet = *Qui suavita-* 60
tem quaerit conjugii non superiorem censum ambiat, non monilibus ornatam, sed moribus. Offendit plerumque virum, si se uxor nobiliorem noverit. Haec proxima superbiae sunt. Sara non facultatibus ditior, non genere splendidior erat, ideo virum imparem non putabat, ideo quasi parem gratia diligebat, ideo non censu est retenta, non parentibus, non propinquis, sed virum proprium, quocumque pergeret, sequebatur =.

Poterit tertio implacabile odium
61 inter conjuges ortum habere a violata
matrimonii fide per eorum
unum vel per alterum etiam in
casu quo conjux innocens, ob inopiam
probationum, cum agatur de
actu difficilis probationis id aliquando
certitudinaliter justificare
non possit, et quandoque etiam ex
aliquibus minus urgentibus conjecturis
de illo tantummodo suspicetur.
Ut rectum judicium pro tori
separatione in similibus circumstantiis
proferri possit, sequentes
casus mihi distinguendi videntur.—

Aut odium provenit ex parte
uxoris, quia de adulterio viri legitime
constat, et sine controversia
mulieri petenti separationem est
62 omnino concedenda non tantum
63 propter odium, sed eo magis propter
adulterium scelus gravissimum
Can. 1. *dist.* 81., *Can. Quid in
omnibus* 16. *caus.* 32. *quaest.* 7.
= ibi = *Quid in omnibus peccatis
adulterio est gravius?* =, itaut
D. N. J. C. licet per virum propriam
esse retinendam uxorem
praeceperit, nec ullam divortii causam
per legem Moysis approbatam
permiserit, unicum tamen expresse
64 adulterium excepit, quod proinde
gravius esse idololatria existimat *D.
65 Chrysost. in Evangel. D. Joannis
homil.* 62. = ibi = *Hoc enim adeo
apud Deum scelestum videtur ut
si uxor ab idololatra viro, ipso
nolente, discedat, puniatur: si ab
adultero, minime* =; illudque nonnulla
quoque bruta animalia dete-
66 stantur ut de elephante scripsit
Plinius lib. 8. *cap.* 5. *Solin. cap.* 38.;
de turture quae nedum fidelis in
vita sed et post obitum sui conjugis
castam perpetuo servat viduitatem
*Ansbert. Abb. de Purific.
B. M. V.* = ibi = *Turtur fidem
servat uni viro* =, item *S. Idelphons.
in serm. de Purific.* = ibi = *Turtur
castitate praeeminet* =, et
pariter *D. Thom.* 3. *par. quaest.*
3. *artic.* 6. = ibi = *Turtur est
animal castum* =; de columbis
idem *Plinius lib.* 10. *cap.* 34. *Ælianus
in Histor. Animal. lib.* 15.,
ubi de ciconia quoque et aliorum
brutorum castitate. Nihil vero uxores
maxime castas magis exasperat
quam suorum virorum adulterium
L. Consensu, ubi *Bald. et Angel.,
Cod. de repud., Jas. in Leg. Ex
ea parte § Mulier in* 1. *not. ff. de
verbor. obligat.*

Si vero de adulterio viri non
constat, sed ille tamen habet frequentem
consuetudinem cum aliqua 67
suspecta foemina, quamvis haec sola
consuetudo sine aliis conjecturis et
adminiculis quae comprobent adulterium,
interdum sufficere nequeat
pro obtinenda per innocentem uxorem
tori separatione, meo tamen
judicio exuberat ad inducendum
in animo ipsius odium propter ejus
saltem praesumptam infidelitatem,
si talem amicitiam deserere renuit,
eademque renuentia producit in
animo viri pariter odium erga uxorem,
si namque obstinatus in eadem
consuetudine perseverat satis
ostendit uxorem non diligere, suamque
totam in amica collocasse benevolentiam;—
multoque magis si uxor
sit aetate provecta, seu, justo dolore
correpta, aliquando se continere
non possit quin illi improperet

Digitized by Google

maximum ejus ingrati animi vitium propter violatam conjugii fidem, necnon rei familiaris jacturam ut eam devoret cum meretricibus, tunc enim augetur inimicitia, augentur dissensiones, contentiones et jurgia, quibus succedunt viri saevitiae, adeout separatio, quae propter praedictam solam consuetudinem forte fieri non poterat, propter odium, quod ex saevitiis et ex eadem consuetudine ex culpa viri insurgit, omnino sit facienda ne deterius malum contingat.

Nec sperari potest quod hi conjuges una simul cohabitantes inter se reconcilientur, nam, durante praedicta viri cum alia foemina consuetudine, inimicitiae et
68 odii causa perdurat quae difficile removeri potest — si enim impudicus sit amor nihil est eo vehementius
69 et omne respuere remedium dixit *Martin. Delfic. epist.* 39. his verbis = *Homines cupiditatibus dediti propter consuetudinem illis carere non possunt, quibus supervacua facta sunt necessaria et desinit esse remedio locus ubi quae vitia fuerunt mores fiunt* =, unde cecinit *Propert. lib.* 2. *Eleg.* 4.

Non hic herba valet, non hic nocturna citeis,
Non per Medeae gramina cocta manus.
Quippe ubi nec causas nec apertos cernimus ictus,
Unde tamen veniant tot mala coec[illegible] vin est.
Non eget hic medicis, non lectis mollibus aeger,
Hic nullum coeli tempus et aura nocet.

Postquam igitur hujus indolis viri hac pice foedantur, quia luxuria ut ait *Beda in Proverb. cap.* 30. = ibi = *Satiat ad horam, sed inde ardentior redit* = utque advertit *Ansbert. in cap.* 2. *Apocal.* = ibi = *Dum opus desideratae voluptatis venerit ad effectum fit mens vehementius anxia quam fuerat, et auget in corde flammas libidinis et ut cera ante aciem ignis totus homo liquescit* =, donec proinde vitium eorum inhaeret ossibus quod nonnisi per senectutis impotentiam dimittere solent, perseverante tamen desiderio, teste *D. Hieronym.* dicente = *Vires fornicantium deficiunt et desideria inardescunt* = admodum difficile est quod ab hujusmodi labe expurgentur facti similes flumini, quod 70

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo

— similesque bydropicis de quibus 71
ita canit *Horat. Od.* 2. *lib.* 2.

Crescit indulgens sibi dirus hydrops,
Nec sitim pellit, nisi causa morbi
Fugerit venis et aquosus albo
Corpore languor.

multoque minus quia salutis aeternae monita omnino despiciunt *Ecclesiastic. cap.* 21. *vers.* 18. = ibi = *Verbum sapiens audivit luxuriosus et displicebit illi et projiciet illud post dorsum suum* = nihilque de sua cogitant conversione *Osea cap.* 5. *vers.* 4. = ibi = *Non dabunt cogitationes suas ut revertantur ad Deum suum, quia spiritus fornicationis in medio eorum et Dominum non cognoverunt* = perterriti forsan etiam a *S. Joann. Climac. gr.* 15. = ibi = *Qui in hanc foveam luxuriae lapsi sunt, ut surgere possint, sudoribus, doloribus, afflictionibus, laboribus*

Digitized by Google

opus est, fame et siti et summa
rerum inopia =

Aut odium provenit ex parte
mariti ab eo conceptum ob adul-
terium uxoris, propter quod ab ipsa
se postulat separari, et tunc, si adul-
terium probet, sine ulla difficultate
72 pro tori separatione est judicandum,
ut etiam infra dicam, alias si isti
conjuges una simul cohabitarent
nonnisi facinus aliquod esset expe-
ctandum. Mariti namque uxorum
adulteria tam aegre ferunt, si sint
73 honesti, ut libentius audiant uxo-
rem interfici quam pollui *D. Hie-*
ronym. in Amos cap. 7., idque mo-
74 lestius patiuntur quam se in pro-
prio corpore vulnerari *Fab. in §*
Sciendum Instit. tit. de donat.

Si vero maritus de illo dubi-
tet, quia uxor particularem habeat
75 amicitiam cum aliquo viro, a quo
quotidie seu frequenter sive de die
sive de nocte sive in domo propria
sive in aliena visitetur, receptis
hinc inde nunciis et munusculis,
in hujusmodi casu ad dignoscendum
an sit innocens haec amicitia seu
vitiosa inspici potissimum debet
an mulier conditione et aetate ma-
rito sit aequalis, an pulchra vel
deformis, modesta et humilis vel
superba;—si enim formosa fuerit, et
76 consequenter superba ut dixit *Ovid.*
lib. 1. *Fastorum*

Fastus inest pulchris, sequiturque superbia formam,

77 difficile etiam castimoniae leges ri-
gorose servare poterit, non semper
enim, ne dicam raro, verum est
axioma quod *in pulchra, pulchra*
etiam residet anima, de quo *Cyn.*
in leg. 1. *ff. de Jurisdict. omn.*
judic. quem sequitur *Gobat. Oper.*
Moral. tom. 3. *sub num.* 1017. *pag.*
mihi 115., sed saepe pulchritudo
cum pudicitia dissidet, ut inquit 78
idem *Ovid. lib.* 2. *Fastorum*

Foedera servasset, si non formosa fuisset,

—seu saltem est frequenter virorum
insidiis exposita, atque marito pe-
riculosa et exitialis; unde Abraham
cum iret in Ægyptum haec uxori
Sarae dixisse legitur in *Genes. cap.* 79
12. *vers.* 11. *et seq.* = ibi = *Novi*
quod pulchra sis mulier, et quod
cum viderint te Ægyptii dicturi
sunt; uxor ipsius est, et interfi-
ciens me et te reservabunt =; item-
que in facto quidem habetur quod
Bethsabeae pulchritudo illexit Da-
vid ad eam cum adulterio compri-
mendam, et exitio fuit Uriae ejus
viro, quemadmodum testantur *Sa-* 80
crae Paginae lib. 2. *Reg. cap.* 11.
Valde timendum igitur erit de fi-
delitate mulieris si sit marito di- 81
tior aut nobilior, vel ipsa sit ju-
venis et maritus senescere coeperit, 82
nec enim voluptas est sed res ini-
mica mulieri senex vir ut inquit 83
Euripid. apud *Stoboeum cap.* 49., 84
quae proinde mariti mortem desi-
derat *Bartol. in leg. Mutianae sub*
n. 6. *ff. de condit. et demonstr.*
eumque non diligit, sed aliorum
concubitum expetit. 85

In quibus circumstantiis pro-
pter dissidia jurgia et contentiones
orto inter conjuges odio, quia mu- 86
lier saepe monita ab amico se alie-
nare recuset, amicus vero, etsi co-
njugum discordiae conscius, amicam
frequentare continuet, in his, in-
quam, circumstantiis sive vir sive

Digitized by Google

mulier separationem postulet, ne
propter odium aut vir uxorem,
aut uxor virum cum auxilio amici
ferro seu veneno interficiat, erunt
quidem separandi; sed cum mulier
sit in culpa in libertate reponi non
debet ne amicus ad eam, vel ipsa
ad amicum faciliorem habeat accessum: — at si mulier cum alio viro
amicitiam habens pulchra non sit
nec juvenis sed annosa, ridicula
87 esset et vana proprii viri suspicio:
secus, si non pulchra sed tamen
juvenis fuerit, suavissimisque moribus ornata, tunc enim convenio
cum *Mascard. de probat. conclus.*
61. *sub num.* 5. *tom.* 1. ubi refert
carmina *Graec. Stoboei cap.* 5.
videlicet

Neque enim quod deforme est caret suspicione;
Neque intemperans esse, quaecumque formosa est, solet.
Quaedam enim eos, qui ob formam multa largiuntur,
Non sequitur; multas vero et mulieres videre
Non pulchras aspectu coeuntes insatiabiliter,
Et his, qui eis utuntur, multa gratis offerentes.

Odium quoque quarto producit
88 sive viri sive mulieris zelotypia,
quae quidem inter conjuges est filia
conjugalis amoris, sed si amor zelotypum sic exagitet ut tandem
certo credat ab altero sibi datam
fidem violari, non semel amor in
odium capitale degenerat, nulla
namque ex animi perturbationibus
89 vehementior est zelotypia; quippe
quae mentem perturbat et quasi
eripit et in furorem adigit, atque
in neces mutuas et aliorum armat
90 et impellit. Hoc furore viri quoque
perciti suas innocentes uxores interfecerunt, et ex multis exemplum
habemus in Justina nobilissima
puella romana, ac super omnes
alias suae aetatis puellas formosissima, quae cuidam juveni a parentibus desponsata, honestissimam
prout erat se semper praebuit; sed
cum maritus ob ejus raram pulchritudinem de ipsius fidelitate temere
dubitasset, insano furore correptus
eamdem ad exuendum sibi calceum
inclinatam jugulavit, cujus extat 91
illud epitaphium:

Immitis ferro secuit mihi colla maritus
Dum propero nivei solvere vincla pedis.
Dirus et ante torum, quo nuper nupta coivi,
Quo cecidit nostrae virginitatis honos.
Nec culpa meruisse necem, bona numina testor,
Sed jaceo fati sorte perempta mei.
Discite ab exemplo Justinae discite patres,
Ne nubat fatuo filia vestra viro.

Item Partenius, honorifico servitio Teodoberti Francorum Regis addictus, ob suspicionem quod cum Ausanio ejus amico Papianilla illius uxor adulterasset, ambos interficit, qui deinde in somnis eumdem vocarunt ad reddendam coram Deo de ipsorum injusta morte rationem *Gregor. Turon. lib.* 3. *Histor. Franc. cap.* 36. = ibi = *Partenius subito per somnium magnam vocem emittit dicens: Heu! heu! sucurrite qui adestis et auxilium ferte pereunti. Ausanius amicus meus cum Papianilla conjuge, quos olim interfeci, ad judicium me arcessebant, dicentes: Veni ad respondendum, quia causaturus es nobiscum coram Domino: zelo enim ductus ante annos alio quot conjugem innocentem, amicumque peremerat* =.

Exemplum aliud habemus in muliere Vercellensi ab ejus zelotypo

Digitized by Google

viro de adulterio cum quodam juvene accusato. Uterque fuit carceribus mancipatus, sed juvenis, in quo animi robur deficiebat, vi tormentorum perterritus coactam de crimine ab eo non commisso confessionem emisit. Mulier vero, supra proprii sexus imbecillitatem, animo fortior et ante et post illius confessionem constantissime delictum pro veritate negavit, ne, ut asseruit, illud fatendo propter mendacium peccaret, ac eidem juveni objiciens quod sua falsa confessione duos innocentes occidisset, elevatisque in coelum oculis in testem suae innocentiae Dominum Jesum vocans, se mori non tamen tamquam adulteram promptam obtulit et protestata est futurum diem quae suae negativae veritatem panderet. Juvenis, abscisso capite, vitam statim amisit, sed cum carnifex etiam mulieri caput pariter non semel sed septies amputare tentasset, semper in cassum cecidit ictus. Hujus historiae auctor est *D. Hieronymus in Epist.* 49. *De Muliere septies icta* = ibi = *Consularis oblatam sibi quamdam mulierculam una cum adultero, nam hoc crimen maritus impegerat, poenali carceris horrore circumdedit. Neque multo post infelicissimus juvenis volens compendio mortis longos cruciatus vitare, dum in suum mentitur sanguinem accusavit alienum. At vero mulier sexu fortior suo, oculis, quos tantum tortor alligare non poterat, suspexit ad coelum et volutis per ora lacrymis „ Tu, inquit, testis es Domine Jesu, cui occultum nihil est, non ideo me negare velle ne peream, sed ideo mentiri nolle ne peccem: — at tu miser homo, si interire festinas, cur duos interimis innocentes? Equidem et ipsa cupio mori, cupio invisum hoc corpus exuere, sed non quasi adultera. Praesto jugulum, micantem intrepida excipio mucronem, innocentiam tamen mecum feram. Una interim vox est: Coede, ure, lacera, non feci. Si dictis tollitur fides, veniet dies quae hoc crimen diligenter discutiat: habeo judicem meum „ Et quidem miserrimi juvenis ad primum statim ictum amputatur gladio caput. Postquam vero ad foeminam ventum est ad primum statim ictum stetit mucro lethalis etc.* =

Quinimo zelotypia adeo excoecat, tantamque vanam ingerit cum errore suspicionem ut nec etiam perspicuae hominum parcat sanctitati. — S. Barbatianus ecclesiae Ravennatis Presbyter a fluxu sanguinis Theodoram uxorem Ursicii sanavit, cumque deinde eam alloqui continuaret ut eamdem in pietatis operibus atque virtutibus instrueret, Ursicius zelotypiae furore correptus hunc Sanctum uti cum sua uxore adulterii reum in ecclesia orantem gladio interfecisset, nisi Deus innocentiae defensor cum illius manus ariditate iniquissimum ictum retardasset *Sur. in Vita S. Barbatian. tom.* 7. *Rub. Histor. Raven.* = ibi = *Verum Ursicius Theodorae maritus in tantum ob id zelotypiae coeco furore exarsit, ut quadam die sub auroram in Barbatianum, qui ora-*

Digitized by Google

bat in templo Deum, districto ense impetum fecerit. Sed continuo aruit manus, immobilisque permanens, Deum sancto orante, Deus illi restituit sanitatem =.

Quod si mariti tanto zelotypiae furore exardescunt, mulieres,
92 piae furore exardescunt, mulieres, quia nimium seipsas amant, plusquam viri huic vitio sunt admo-
93 dum obnoxiae, eoque magis magisque mordentur *Philo* apud *Euseb. Caesariens. Evangelicae praeparat. lib.* 8. *cap.* 4.; itaut plerumque saeviant in maritos, liberos et in
94 seipsas, quare mulierem quamdam, ob suspicionem quod maritus cum sorore rem haberet, primum crudelissima morte puellam intere-
95 misse et deinde maritum et filiam necasse narrat *Apulejus lib.* 10. *Metam* — non enim est ira super iram mulieris, ob quam quodcumque facinus committere non vere-
96 tur ut dixit *Seneca in Hippolyto* = ibi = *Quid sinat inausum foeminae praeceps furor?* =. Nonnumquam tamen haec zelotypia ipsimet mulieribus, praeter earum intentionem, necem attulit, ut evenisse dicitur Leuconeae Cynappi Tessali uxori, quae, suspicans maritum cum alia foemina conversari, dum ille sylvis venationi incumberet clam eumdem secuta et sub quodam fruticeto occultata ramos accidentaliter movit, quo statim canes velociter cucurrerunt, eamque uti
97 belluam dilaniarunt; maritus autem ex inopinato spectaculo in-
98 timo dolore perculsus seipsum quoque interfecit, quemadmodum post alios refert *Plutarch. Pararell. cap.* 13.

Cum ergo ex zelotypia sive viri sive uxoris inter illos implacabile odium emergit, si aliquando rationabilis timor insurgat quod ex eo nonnisi funestissimae consequentiae subsequi possint, ad unius 99
vel alterius instantiam tori separatio concedenda videtur. Et quidem foemina, de qua in antecedenti *Cap.* 10. *num.* 31., victima zelotypiae viri non remansisset si ei fuisset haec separatio concessa.

Licet autem odium ex praedictis causis tale aliquando non esset, ut ex eo separationi locus esse non posset, adhuc magis magisque illud augere debet lis, quatenus ea super eadem separatione per conjugem zelotypum promoveatur, quod per se solum sufficere ad illam ob- 100
tinendam respondit *Rot. dec.* 150. *num.* 15. *cor. Priol., et decis.* 58. *per tot. par.* 3. *et decis.* 191. *num.* 28., *et dec.* 155. *num.* 40. *par.* 6. *recen.* = ibi = *Movit etiam plurimum DD. non solum capitale odium, quod inter istos conjuges resultat ex causis saevitiae et injuriarum de praeterito etc., sed etiam odia acerbissima et capitales inimicitiae, quae inter has partes in processu litis supervenerunt etc., quae sola causa in omnem eventum ad tori separationem sufficeret* =; eamdemque sententiam tenuit in *decis.* 199. *num.* 1. *et* 11. *par.* 13., *et decis.* 514. *num.* 13. *par.* 14. *rec.*

Idem capitale odium resultat ex criminationibus super mendicatis abortibus et adulterio uxoris in judicio per virum objectis *Rot. dec.* 101
706. *n.* 1. *par.* 1, *et dec.* 58. *sub n.* 1. *par.* 3., *et dec.* 199. *n.* 8.,

et dec. 328. *n.* 1. *et seqq. par.* 13. *recen.* = ibi = *Ex querela super abortu et adulterio a viro contra uxorem subinde porrecta, propter quam fuit inter partes contractum odium capitale ut comprobant Trivisan. etc. quod ex se solo tribuit sufficientem causam separationi Cap. Ex transmissa etc.; adeout etiam sub cautione non possit uxor restitui viro sine evidenti vitae periculo, ut advertit gloss. etc. quia cautio non mutat animum Cyriac. etc. Nec obstat quod maritus judicium criminale non fuerit prosecutus et propterea odium praesumatur cessasse, quia cum semel contractum fuerit, censetur semper durare Menoch. etc.; maxime cum praecesserit ex causa honoris quod difficile remitti solet Castrens. etc.*=, et hoc idem sensit eadem *Rot. dec.* 514. *n.* 8. *par.* 14. *rec.* — praesertim si accusationes probatae non fuerint et uxor accusata sententiam absolu-
102 toriam reportaverit *Rot. decis.* 58. *n.* 1. *par.* 3., *et d. dec.* 514. *n.* 9. *par.* 14. *rec.*, neque maritus antea a querela tamquam erronea recesserit
103 *Rot. dicta dec.* 328. *n.* 7. *par.* 13. *rec.*

Oritur demum implacabile odium ex denegatione medici et me-
104 dicinae facta per virum uxori aegrotanti — ex ejus ejectione e domo cum verbis etiam injuriosis — ex vul-
105 nere gladio in eamdem inflicto *Rot. d. dec.* 706. *num.* 2. *par.* 1. *rec.* — et ex aliis causis, de quibus *in Cap.* 6. *num.* 27. 28. 33. 34. 54., *et Cap.* 7. *num.* 34., *et Cap.* 10. *n.* 17. 19. 20. 47. *et seqq.*, *et num.* 63... *et seqq.*, usque *ad fin.*, *et Cap.* 13. *n.* 147. *hujus lib.* 2.

CAP. XII.

De Separatione Tori ad tempus ob morbum contagiosum.

SUMMARIUM.

1 Separatio quoad torum et cohabitationem conceditur conjugi sano, si alter morbo contagioso laboret.

2 Conjux sanus cum conjuge leproso cohabitare non cogitur, dummodo uterque, altero vivente, continentiam servet. —

3 Et de ratione.

4 Ordinata charitas incipit ab ego.

5 Conceditur separatio ob morbum gallicum, febrem ethicam, emophtisim, lepram et quemlibet alium morbum contagiosum, ex quo vitae periculum immineat.

6 Dummodo morbus vere sit contagiosus;

7 Quod probatur peritorum testimonio,

8 Non autem per solam fidem testium.

9 Haec separatio regulariter est temporalis quousque morbus durat.

10 Morbo gallico laborans excusatur ab adulterio si sit honestae probataeque vitae, et supponitur illum contraxisse ante matrimonium.

11 Excusatur uxor si illum de adulterio accusaverit per *Rot. in Placentina cor. Card. Bus-*

Digitized by Google

sio, sed excusatio subsistere non videtur:

12 Etiamsi maritus ante matrimonium morbum gallicum contraxerit, adhuc uxor est ab eo separanda donec ille ab ipso se liberaverit.

13 Separatio est perpetua si morbus contagiosus sit insanabilis.

14 Morbus gallicus est insanabilis:

15 Ideo ob hanc pestem separatio debet esse perpetua.

16 Sola injuria illata toro maritali per hunc morbum satis est ad separandam uxorem a viro.

17 Uxor, quae sciens matrimonium contraxit cum viro morbo contagioso laborante, licite ab eo se separare nequit.

Distingue nisi certum sit periculum vitae, ut *num.* 18. 22. 24. 26.,

19 Secus si morbus mortem infallibiliter inferat *et num.* 26. 32. 37.

20 Solus Deus est dominus vitae et mortis *et num.* 27.

21 Nemo scienter directe et nonnisi praeter intentionem indirecte sibi mortem inferre potest *et num.* 23.

25 Declarantur *Text. in Cap.* 1. *et* 2. *De Conjug. lepros. et num.* 34.

27 Homo est solum custos propriae vitae non absolutus dominus.

31 Amoris furore nihil est vehementius.

33 Non sunt facienda mala ut eveniant bona.

38 Facta separatione ob morbum contagiosum, filii remanere debent apud conjugem sanum.

Septima causa separationis tori ad tempus est morbus contagiosus aut aliud grave salutis periculum — ubi enim medicorum seu peritorum judicio periculum aliquod gravis infectionis probabiliter immiuet, conjugi sano petenti separatio non tantum quoad torum sed etiam quoad cohabitationem debetur, si nedum ex redditione debiti conjugalis sed et ex sola cohabitatione ejusdem gravis infectionis periculum probabiliter timeri 1
contingat, ut communiter sentiunt doctores iuter quos *Barbos. in Cap. Quoniam* 2. *De Conjug. lepros.*, *Reiffenstuel. in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 8. *num.* 7., *Pirhing. ibidem num.* 10., *et Engel. eod. loc.*, *Sanchez de Matrim. lib.* 1. *disput.* 41. *num.* 4., *et lib.* 9. *disput.* 24. *num.* 29., *et fere per tot.*, *Scot. in* 4. *dist.* 35. *quaest. unic. art.* 1. *ad fin.*, *D. Thom.* 4. *dist.* 32. *quaestiunc. unic. art.* 1. *in corpor.*, *Navarr. in Manual. cap.* 16. *num.* 25., *Rot. cor. Crisp. dec.* 292. *sub num.* 2. *et seqq.*

Hoc autem deducitur ex *Cap.* 1. *De Conjug. lepros.* ubi dicitur quod si conjux sanus non possit induci ad cohabitandum cum conjuge leproso, ad id non est cogendus dummodo uterque, altero vivente, continentiam servet = ibi = *Si* 2
vero ad hoc induci non poterunt, eis arctius injungas ut uterque, altero vivente, continentiam servet =, ex ea quidem naturali interpretatione, quod conjuges in matrimonii contractu suorum cor- 3
porum potestatem sibi invicem tra-

Digitized by Google

dunt, seque obligant ad cohabitandum, salva tamen proprii individui incolumitate; cum ergo ex cohabitatione cum conjuge infecto morbo contagioso grave salutis corporis periculum probabiliter timetur, tunc neque reddendi conjugale debitum neque una simul cohabitandi urget obligatio — praeterea ordo naturae postulat, seu saltem concedit, ut prius proprii individui incolumitati consulatur, ordinata namque charitas incipit ab
4 ego argumento *Text. in Can. Si non licet.* 8. *caus.* 23. *quaest.* 5.

Conceditur igitur separatio tori ob febrim ethicam *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *disp.* 24. *num.* 3., ubi quod etiam conjux qualibet alia febri laborans non tenetur alteri reddere debitum. Pariterque conceditur ob morbum gallicum, emophtisim, lepram et quemcumque alium morbum contagiosum, ex quo vehemens vitae periculum im-
5 mineat *Rot. decis.* 441. *num.* 1. *par.* 1., *et decis.* 519. *num.* 9. *par.* 2., *et dec.* 49. *num.* 2. 4. *et* 5. *par.* 4. *tom.* 1., *et decis.* 801. *num.* 10. *et seqq. par.* 18. *tom.* 2. *recen.*, non obstantibus contrariis opinionibus, de quibus eadem *Rot. d. decis.* 49. *sub num.* 4. *par.* 4. *tom.* 1. *recen.*, dummodo morbus vere sit
6 contagiosus *Rot. decis.* 801. *n.* 13. *par.* 18. *tom.* 2. *recen.*, et talem
7 esse peritorum testimonio probetur *Zacch. quaest. Medic. Leg. lib.* 10. *cons.* 26. *num.* 7., *Cappon. contr. forens.* 43. *num.* 11., *Adden. ad Sanfelic. dec.* 361. *vers. morbus gallicus in med.*, *Theomud. decis. Ulixipponen. decis.* 83. *tom.* 1., *Rot. decis.* 49. *num.* 2. *par.* 4. *tom.* 1., *et decis.* 374. *num.* 17. *par.* 14. *recen.*, *et coram Crisp. decis.* 292. *num.* 3. *tom.* 2., et *in Camerinen. seu Firmana Separationis Tori* 23. *Junii* 1747. § 9. *et* 10. *coram Lana*, *et in Romana Separationis Tori et Alimentorum* 10. *Maii* 1748. § 7. *et* 10. *coram Cortada*, *et in Posnanien. Separationis Tori* 31. *Januarii* 1749. § 8. *coram Canilliac.*, *et in Placentina Separationis Tori* 5. *Junii* 1752. § *ult. cor. Card. Buss.*, *et in Romana Separationis Tori* 27. *Junii* 1760. § *Causae autem coram Canilliac.*,
non autem per solam testium fidem 8
Rot. dec. 441. *n.* 6. *par.* 1. *recen.*

Ob morbum autem contagiosum separatio tori regulariter est temporalis, quousque nempe mor-
bus conjugis infecti perdurat. Hinc 9
Rota in d. Placentina Separationis Tori 5. *Junii* 1752., *cor. Card. Bussio* virum excusat ab adulterio quia Parochus, Magistratus et concives eum inter honestos, probataeque vitae homines recensent, sed admittit ante matrimonium luem celticam seu morbum gallicum
contraxisse; — excusat uxorem tori 10
separationem violatae fidei causa petentem, utpote quae ab improbis et vilissimis testibus decepta virum adulterum crediderit, sed subjungit plures testes pecunia allectos falsum perhibuisse testimonium, quo supposito, mihi videtur quod uxor neutiquam ab illis fuerit decepta sed ipsamet fuerit causa falsitatis, quia nonnisi per eamdem uxorem interesse in causa
habentem pecunia corrupti prae- 11

48

Digitized by Google

sumi debeant. Et tandem non perpetuam propter adulterium, quod non concurrisse supponit, uxori separationem concedit, sed dumtaxat ad tempus ob morbum gallicum ante matrimonium per virum acquisitum, eidemque uxori per eum a primis maritalibus congressibus communicatum, itaut hujusmodi conjuges separati permanere de-
12 beant donec et quousque vir ab eodem morbo se liberaverit.

Ut tamen vera loquar, quamvis separatio tori ob morbum contagiosum de sui natura sit tempo-
13 ralis, quando tamen agitur de morbo insanabili, separatio proculdubio debet esse perpetua, prout insanabilis est morbus gallicus *Rot. decis.* 49. *num.* 6. *par.* 4. *tom.* 1. *recen.* sive acquisitus ante sive post matrimonium, itaut nec externa corporis inspectio omnino removeat
14 luem celticam intus plerumque latentem *Zacch. quaest. Medic. Legal. lib.* 9. *tit.* 10. *num.* 11., *Rot. in Romana Separationis Tori*, *et Alimentorum* 10. *Maii* 1748. § 20. *cor. Cortada.*, *et in Posnanien. Separationis Tori.* 31. *Januarii* 1749. § *fin. cor. Canilliac.*, *et in Romana Separationis Tori* 27. *Junii* 1760. § *Causae autem coram eod.*, ubi
15 quod ob hanc pestem separatio debet esse perpetua = ibi = *Eoque morbo praesupposito utpote gravissimo, nec medelis faciliter abstergendo locum omnino esse* PERPETUAE *separationi tori* =, allatis in proposito *Natt. cons.* 24. *per tot. lib.* 1., *Rot. d. dec.* 49. *num.* 4. *et seq. par.* 4. *tom.* 1. *et d. dec.* 801. *n.* 10. *par.* 18. *recen.*, *et coram Molines* *dec.* 378. *num.* 8., *et in Romana Separationis Tori* 4. *Junii* 1736. § 14., *cor. eod. Canilliac.* Et deinde in *seq.* § *Despicienda* optime subjungit quod, quamvis dari posset casus quod maritus ab hujusmodi labe expurgaretur (quod ego ex medicorum sententia difficillimum existimo), adhuc recuperata ab eo salus *non tollit injuriam toro maritali illatam praecedenter per venerei morbi communicationem et per sese sufficientem ad sejungendam* 16
uxorem a viro.

Si vero mulier sponte contraxit matrimonium cum viro, quem prius sciebat lepra vel morbo gallico aut alio simili contagioso morbo laborantem, non posse licite se separare nec quoad torum nec quoad habitationem, quia cesserit 17
juri suo, sicut is qui, sciens vitium mercis, nihilominus emit, post *Text. in Cap.* 2. *De Conjug. lepros.* unanimiter tenent *Reiffenstuel in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 8. *num.* 8., *Barbos. in Cap. Quoniam* 2. *De Coniug. lepros.*, *Layman. theol. moral. lib.* 5. *tract.* 10. *par.* 3. *cap.* 1. *num.* 6. *vers. Porro*, cum aliis apud *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *disput.* 24. *num.* 22.

Haec tamen opinio generaliter sumpta mihi non satisfacit, sed dumtaxat cum distinctione; — aut enim communicatio morbi peritorum judicio nonnisi bonam valetudinem citra mortem, certumque imminentis mortis periculum laedere valet, et in hoc casu mulierem ante matrimonium nequaquam id ignorantem et matrimonium sponte nihilominus contrahentem teneri

Digitized by Google

18 viro petenti debitum reddere, et ab
eo nullo modo se separare posse
concedo, nec illi convenit nisi
dicere

Heu patior telis vulnera facta meis.

— aut morbus est ejus malignan-
tis naturae, ut non solum bonam
valetudinem laedat sed ad mortem
infallibiliter tendat, et tunc mulie-
rem a viro separandam esse cen-
seo nec teneri reddere debitum,
19 quamvis hunc viri morbum non
ignorans se illi junxerit matrimonio.

Ad ita sentiendum me impel-
lit non solum quod docet inter
alios *Cicer. de Offic. lib.* 1. = ibi =
*Principio generi animantium omni
est a natura tributum ut se, vi-
tam, corpusque tueatur, declinet-
que ea quae nocitura videantur* =,
at magis urget certissimum illud
principium quod nemo est domi-
nus vitae suae *Leg. Liber homo* 13.
ff. ad Leg. Aquil., *Sanch. de Ma-
trim. lib.* 9. *disput.* 24. *num.* 8.
sed solus Deus, et nemo praeter
20 Deum habet nec habere potest ple-
num vitae nostrae dominium, et pro-
ptera nemo scienter directe, et non-
21 nisi praeter intentionem, indirecte
sibi mortem inferre valet, quod est
de fide ut in proposito monent
Salmaticens. theol. moral. tract. 25.
cap. 1. *num.* 108., sed quisque pro-
priam salutem tueri, nec gravi
mortis discrimini illam exponere
tenetur, alias mortaliter peccat
Can. Si non licet 8. *caus.* 23.
quaest. 5., *D. Augustin. de Civit.
Dei lib.* 1., *D. Thom.* 2. 2. *quaest.*
64. *art.* 5., *Sanch. de Matrim. lib.* 9.
d. disp. 24. *num.* 8. 9. 10. *et* 24.,
Navarr. in Manual. cap. 15. *sub
num.* 11. *vers. Duodecimo peccat*,
Salmaticens. theol. moral. tract. 25.
d. cap. 1. *num.* 120. *et seq.*, nisi
Deus alicui inspiraret aut praeci-
peret ut se interimeret quemad-
modum de S. Apollonia et quibu-
sdam aliis Sanctis Martyribus me-
moriae traditum est *P. Paul. Hie-
ronym. a S. Helena in Medull.
theol. moral. ad mentem Salmati-
cens. tract.* 5. *cap.* 2. § 2. *n.* 37.

Quoties ergo mulier vesano
amore obcaecata viro nupsit, ex
cujus congressu et cohabitatione
sciebat, ob ejus lethalem morbum,
mortem sibi imminere, nec ipsa
in sua pertinacia constans esse de-
bet, quia sic indirecte saltem et
advertenter se occideret et morta-
liter peccaret, nec judex illam ad 22
subeundam mortem et peccandum
cogere potest, magis enim urget
praeceptum abstinendi a peccato,
quam reddendi debitum obligatio
Sanch. de Matrim. lib. 9. *d. di-
sput.* 24. *n.* 8.

Nec relevat exemplum ejus
qui sciens vitium mercis illam
emit, id enim ad summum probat
contractus validitatem, prout non
obstante praedicta morbi scientia,
attento utriusque contrahentis re-
ciproco liberoque consensu vali-
dum esse hunc quoque matrimonii
contractum non nego, sed quemad-
modum si illa merces peste sit in-
fecta, qui illam emit, licet emerit
cum praecisa scientia hujus pesti-
ferea qualitatis, eam tamen reti-
nere non potest, quando scit quod
ex ejus retentione sibi mors immi-
net, quia cum non sit suae vitae

23 dominus, nec mortem sibi dare nec eam sibi accelerare valet, ita mulier, etsi sciret ex matrimonio propter viri morbum sibi mortem sine dubio imminere, nihilominus cum eo matrimonium sponte contraxit, cum ipso tamen quoad torum et cohabitationem permanere non debet, quia illi sive uno sive altero modo sibi mortem adverten-
24 ter dare aut procurare aut accelerare non licet.

Nec obstat *Text. in d. Cap.* 1. *De Conjug. lepros.* ubi Alexander III. ita praecipit = ibi = *Mandamus quatenus ut uxores viros et viri uxores, qui leprae morbum incurrunt, sequantur et eis conjugali affectione ministrent, solicitis exhortationibus inducere non postponas. Si vero ad hoc induci non poterunt, eis arctius injungas, ut uterque, altero vivente, continentiam servet. Quod si mandatum tuum servare contempserit, vinculo excommunicationis adstringas* =.

Nec etiam obstare potest alter *Text. in Cap.* 2. *eod. tit.*, ubi idem Pontifex ita statuit = ibi = *Quoniam nemini licet, excepta causa fornicationis, uxorem dimittere, constat quod sive mulier lepra percussa fuerit seu alia gravi infirmitate detenta non est a viro propterea separanda aut etiam dimittenda* =.

Siquidem, in priori textu ad sensum *D. Bonavent.* 4. *dist.* 32. *art.* 2. *quaest.* 1. habemus consilium iis verbis expressum = *Solicitis exhortationibus inducere non postponas; si vero ad hoc induci non poterunt, eis arctius injungas, ut uterque, altero vivente, continentiam servet* =; in posteriori vero urget mandatum, sive etiam in priori, attentis iis subsequentibus verbis = *Quod si mandatum tuum servare contempserint, vinculo excommunicationis adstringas* =: sed hoc non obstante mandato, non tenetur conjux sanus cum altero lepra seu contagioso morbo labo-
rante indistinctae cohabitare, eique 25
conjugale reddere debitum, sed distinguendum est inter lepram et lepram. — Datur enim lepra, quae ex solo contactu aut consuetudine propagatur ac inficit alios — altera vero aegrotanti tantum adhaeret, eamque solum affligit *Benedict. XIV. De Synod. Dioeces. lib.* 13. *cap.* 12. *num.* 28. De prima ergo hujus morbi specie praecitati textus non loquuntur, nec loqui possunt, sed de secunda, ob quam separatio inter conjuges non admittitur, nempe in eo tantum casu, quo grave infectionis periculum sano conjugi non immineat, ut inter alios declarat *Sanchez de Matrim. lib.* 9. *d. disput.* 24., ubi relatis *num.* 15. pluribus doctoribus tam theologis, quam jurisperitis, qui dispositioni praecitati *Cap.* 2. innixi obligationem in sano conjuge reddendi debitum admittunt ex ea ratione, quod ex momentanea conjunctione ad copulam periculum non imminet infectionis, deinde *num.* 17. subjungit = ibi = *Nec obviat Text. in Cap.* 2. *De Conjug. lepros., intelligitur enim ubi ea redditio non cedit in reddentis notabile damnum, atque ita intelliguntur D. Thom. et reliqui DD. citati num.* 15., *ut*

Digitized by Google

constat ex ratione, qua eam probant, nempe quia ex tam brevi conjunctione non imminet infectionis periculum; quia manifeste sentiunt, eo imminente, cessare reddendi obligationem = ibique congerit 34. DD., inter quos *Cajet. et D. Antonin.*, hoc idem sentientes, quod et ipse *Sanch.* repetit *loc. cit. num.* 29. *et* 32., et hanc eamdem sententiam semper amplexa est, et secuta *Sac. Rot. Romana*, ut ex ejus *Decisionibus* desuper allatis luculenter apparet.

In praedicto autem *Cap.* 2. *De Conjug. lepros.* conceditur quidem insuper quod etiam vir leprosus
26 cum muliere sana, si ipsa velit, matrimonium inire possit, et consequenter, eo inito, mulier debitum reddere teneatur = ibi = *Leprosi autem, si continere nolunt et aliquas, quae sibi nubere velint, invenerint, liberum est eis ad matrimonium convolare* =, sed neque in *Cap.* 1., neque in *d. Cap.* 2. *De Conjug. lepros.* legitur quod mulier sana, quae cum hac scientia morbi viro leproso nupsit, cum eo permanere eique debitum reddere teneatur *etiamsi certum sit periculum infectionis tendentis ad mortem*, qua expressione deficiente, inde nil aliud inferri potest quam quod si ille, qui cum ignorantia vel occulti vel subsequentis morbi alterius contrahentis matrimonium inivit, teneatur cohabitare nec separari valeat, nisi immineat periculum infectionis, quia morbus sit ejus naturae, ut alios non inficiat, alter e contra, qui scienter cum conjuge morbo contagioso laborante, matrimonium contraxit, separari non possit, quia alterius morbus matrimonium praecessit, nec ab eo fuit ignoratus, quamvis ex eodem morbo diuturno et quasi habituali, solum immineat, sed citra mortem, periculum infectionis, at nunquam tamen hoc admittendum erit quando agitur de morbis etiam non ignoratis et *ad mortem omnino tendentibus*, hoc enim casu neutiquam praesumi potest quod jus canonicum praecipere voluerit cohabitationem, quae tamquam peccaminosa et illicita, uti tendens ad mortem, utique non est servanda, sed ea tantum quae sine peccato et licite servari possit *Salmaticens. theol. moral. tract.* 9. *cap.* 15. *num.* 1.

Utque haec veritas clara, clarior etiam evadat, fingere juvat quod mulier annosa, indotata, vilis, nec pulchra maritum invenire desperet, sed tandem illi se offerat vir lubricitatibus deditus et luxuriosus, cujus hoc abominabile vitium eidem mulieri sit cognitum, et proinde juxta ipsius viri desiderium illi cum juramento promittat se ipsi debitum reddituram semper et quandocumque voluerit, etiamsi infirma fuerit ad mortem, quatenus ab eo desponsetur, prout ipse hujusmodi promissione acceptata contrahat cum illa matrimonium. Hoc inito deinde mulier infirmetur, et judicio medicorum sperare possit amissam obtinere sanitatem, dummodo a reddendo conjugali debito abstineat, sin minus mortem effugere non valeat. Quemadmodum ista, non obstante pro-

Digitized by Google

missione, etiam juramento fulcita,
nec tenetur nec cogi potest ad
reddendum debitum ne cum mor-
tali peccato se ipsam interimat;
ita et multo minus mulier, quae
sine ulla expressa promissione
scienter nupsit viro laboranti mor-
bo qui, nisi ab eo separetur, ju-
dicio medicorum sibi necem infert,
cum eodem viro cohabitare tenetur;
cum neutra de vita, tamquam de
re non sua, sive tacite sive expresse
disponere potuerit. Homo enim est
solum custos propriae vitae nec
habet jus et auctoritatem in ipsam
27 nec est illius absolutus dominus,
sed unus Deus, ut nos docet *Sapient.*
cap. 16. *vers.* 13. = ibi = *Tu es,*
Domine, qui vitae et mortis habes
potestatem =, et pariter *Deuteron.*
cap. 32. *vers.* 39. = ibi = *Ego*
occidam et ego vivere faciam =;
quod cum sit, ut dixi, de fide a ca-
tholicis quacumque promissione seu
obligatione sive tacita, sive expressa,
sive simplici, sive etiam cum ju-
ramento firmata neutiquam refra-
gante, est intemerate servandum.

Nequaquam obstante quod
quemadmodum Praelatus seu Pa-
rochus ex officio, et ex lege justitiae
28 est obligatus ad consulendum spi-
rituali saluti suarum ovium cum
propriae discrimine vitae; ita cum
matrimonium in concupiscentiae
quoque remedium sit constitutum,
conjux sanus teneatur providere
alterius conjugis incontinentiae ne-
dum ex justitia sed etiam ex cha-
ritate, quia charitatis ordo postulat
vitae praeferri bonum spirituale.

Praelatus enim sive Parochus
ad id tenetur in gravi ovium ne-
cessitate, quae gravis et extrema
necessitas non reperitur in conjuge
morbo contagioso infecto, prout
reperiri potest in alio patiente spi-
rituale periculum, unde sicut qui
castitatem Deo solemniter voverunt,
et carnis stimulis agitantur aliis re-
mediis ad illos compescendos utun-
tur, ita idem conjux, potius quam
cum morte alterius conjugis, cum
aliis mediis illi periculo inconti-
nentiae subvenire valet *Sanch. de*
Matrim. lib. 9. *disp.* 24. *num.* 12.

Et hoc etiam procedere puto
quoad eam mulierem quae, etsi
sciat aliquem virum ferocis indolis
et ingenii esse viduum, quia atro- 29
cibus saevitiis suam innocentem
uxorem duxerit ad sepulchrum, et
etiam monita ne illi se matrimonio
conjungat nisi ipsa quoque mortem
subire velit, nihilominus, quia
amentes sunt amantes, quasi fatua
vehementi illius ardens amore pro-
testetur se velle ei nubere quam-
vis certe credat se primae uxoris
infortunium esse subituram, si ta-
men, contracto matrimonio, adver-
sus illam vir atrociter et ad mor-
tem insaeviat, et in se reversa,
quia mortem neque directe neque
indirecte sibi advertenter sine pec-
cato accelerare potest, tori separa-
tionem petet, nulla habita ratione
de periculo incontinentiae conjugis
insaevientis, erit utique exaudienda.

Nec diversum judicium fieri
potest de alia muliere, quae nubat
viro, quem scit esse vagabundum;
etsi enim, attenta simili scientia
matrimonium praecedente, illum 30
sequi obligetur, si tamen contracto
matrimonio, quatenus illum sequa-

Digitized by Google

tur, sibi necem ab eo vel ab alio sibi inferri posse praevideat, praedicta cessat obligatio ex ea saepe adducta ratione quod de jure naturae et divino sine gravi peccato periculo vitae prohibemur exponi, ad quae conferunt quae dixi in superiori *Cap.* 5. *hujus lib.* 2.

Idemque dicendum si vir impius ducat in uxorem mulierem sub expressa conditione quod cum ejus lenocinio, semper et quandocumque opus fuerit, ad sibi ipsis victum comparandum adulteria committat, eaque illius amore capta,
31 cum amoris furore nihil sit vehementius *Auth. Quibus modis* § *Illud vers. Novimus*, hanc turpissimam conditionem acceptet, contracto siquidem matrimonio, illam adimplere non tenetur nec debet, non-
32 nisi quia adulterium gravissimum est peccatum, prout peccatum est cohabitatio cum viro, quem uxor certe scit eo morbo contagioso laborare, ut si cum illo cohabitet, sine dubio sibi mortem acceleret,
33 quod sine peccato facere non potest, et in utroque casu ad evitandum peccatum nulla ratio est habenda de periculo incontinentiae alterius conjugis, sed separari debent, quia non sunt facienda mala ut eveniant bona.

Ex quibus mihi concludendum esse videtur quod — aut a conjuge sano bona fide matrimonium contractum fuit cum conjuge morbo contagioso sive ante sive post matrimonium infecto, qui tamen ei tantum adhaeret nec alios inficere potest, et tunc ipse sanus conjux, 34
cui morbus ante matrimonium erat ignotus, cum eo tamen cohabitare et debitum reddere tenetur, ex hoc enim nullum suae vitae et saluti provenit detrimentum, et in hoc sensu procedunt praecitati *Text. in Cap.* 1. *et* 2. *De Conjug. lepros.*: — aut morbus ex solo contactu seu consuetudine propagatur, et tunc a 35
conjuge sano peti potest et obtineri cohabitationis et tori separatio: — aut conjux sanus ante nuptias *sciebat* alterum conjugem esse morbo contagioso infectum, et cum eo nihilominus conjungi non dubitavit, et tunc etiamsi hujusmodi morbus aliquod illi salutis incommodum *citra mortem* afferre possit, adhuc 36
a cohabitatione et reddendo debito se eximere nequit qui non obstante scientia morbi, ex quo tale praejudicium sibi poterat obvenire, matrimonium contrahere voluit: — aut demum morbus non tantum contractu seu consuetudine propagatur, verum etiam ad mortem indubitanter trahit, et in hoc casu conjux sanus, non obstante praedicta scientia, est ab aegroto 37
separandus, qui nisi cum peccato ei licet sibi quaerere mortem seu illam accelerare.

Facta ob morbum contagiosum inter conjuges separatione, utriusque filii remanere debent apud 38
conjugem sanum, ut incolumes ab ea contagione reddantur *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *d. disp.* 24. *n.* 31.

Digitized by Google

CAP. XIII.

De perpetua Separatione Tori propter adulterium.

SUMMARIUM

1 Separatio tori propter adulterium est perpetua.
2 Quae vero et proprie divortium vocatur.
3 Adulterii gravitas.
4 Continet in se fornicationem.
5 Adulterium,
De quo vir honestus magis contristatur, quam de propriae filiae defloratione *ibid.*
6 Et etiamsi proprius filius occisus esset.
7 Nil dulcius parentibus quam proprii filii.
8 Ex adulterio oritur maximum praejudicium legitimae prolis.
9 Hoc item crimen continet sacrilegium,
10 Perjurium,
11 Omicidium,
12 Furtum *et num.* 14.
13 Nec uxor nec maritus sui corporis potestatem habent, sed alter alteri subjicitur.
15 Idem crimen continet scandalum.
16 Propter adulterium D. N. J. C. perpetuum divortium concessit.
17 Frangenti fidem fides frangatur eidem.
18 Sive vir sive uxor innocens a conjuge adultero separari potest.
19 Adulterium committitur inter uxoratum et conjugatam, quod duplex dicitur, et est in confessione sacramentali exprimendum.
20 Committitur etiam inter uxoratum et innuptam;
21 Et inter virum solutum et conjugatam.
22 Contrarium de jure civili, quo punitur tantum vir etiam non uxoratus si violet alienum torum, et mulier a qua proprius torus violatur. —
23 Secus de jure canonico.
24 Adulter cognationem contrahit cum diabolo.
25 Locus est divortio etiam propter sodomiam et bestialitatem;
26 Sive commissa fuerit a viro cum aliena muliere, aut cum propria uxore ea tamen renuente;
27 Sive ab uxore;
28 Sive activa fuerit vel passiva;
29 Sive a viro cum alio viro, aut muliere, sive ab uxore cum alio viro, vel foemina.
Declaratur doctrina Innocentii *ibid.*
30 Cum agitur de adulterio civiliter ad separationem tori judex privativus est ecclesiasticus:
31 Si vero criminaliter est causa mixti fori.
32 Hodie non cuique, ut olim, de hoc delicto competit accusatio, sed quibusdam tantum personis, et quaenam sint,
33 Non excluso conjuge innocente.
34 In foro tamen ecclesiastico procedi potest contra adulteros et concubinarios notorios etiam

ex officio, dummodo trina monitio praecedat *et num.* 36.,

35 Quae necessaria videtur quamvis excommunicatione non puniatur.

37 Judex ecclesiasticus, concurrente notorietate adulterii et trina monitione, procedere potest ex officio, nullo habito respectu ad sinistros casus forsan eventuros.

Contrarium *num.* 40.

38 Nisi judex sufficientes habeat probationes a monitionibus abstinere debet,

39 Pro quibus habendis examinandi sunt testes.

Nec sufficit relatio Parochi de scandalo *num.* 104.,

Aut attestatio judicis *num.* 105.,

Imo nec Episcopi *num.* 106.

40 Quomodo se gerere debeat judex circa mulierem adulteram ne oriantur scandala *et num.* 41. 43. 44. 45. 46.

42 Praeceptum de non conversando, sine praecedenti probatione scandali, non subsistit.

47 Tam uxor adultera quam maritus complex adulterii sunt puniendi.

48 In foro fori adulterium pro unico punitur, etiamsi fuerint plura.

49 Quomodo se gerere debeat judex contra clericum de adulterio imputatum.

50 Judex procedere nequit ex officio contra clericum stupratorem *et num.* 64. 65. 66. 68.

Limita *ut num.* 67.

51 Stuprum crimen gravissimum.

52 Pro eo, nisi sit violentum, procedi nequit ex officio *et num. seqq. et* 163.

53 Judex pro stupro non habet jurisdictionem sine querela eorum ad quos spectat, et quinam sint *et num.* 62. *et* 63.

54 Stuprum respicit injuriam potius privatam quam publicam.

55 Sine querela examinari nequit puella asserta stuprata ne cogatur prodere seipsam, et suae virginitatis occultam publicare jacturam.

56 Poenitenti non licet nominare Confessario delicti complicem,

57 Nec Confessario interrogare de complice poenitentem sub poena culpae lethalis et suspensionis ab audiendis confessionibus, ne apud ipsum diffamatus remaneat.

58 Licitum non est judici et notario ex officio, et sine jurisdictione interrogare puellam de ejus defloratione et complice, ne ambo apud publicum dehonerentur, et in actis eorum perpetua notetur infamia;

59 Maxime si stuprator occultus, aut dubius et incertus fuerit Sacerdos vel Parochus.

60 Quorum delicta, ad evitandum populi scandalum, celari debent.

61 Eorumque animae vulneribus salutari medicina in abscondite est consulendum.

62 Hoc etiam vetitum est a constitutione Ægidiana, ne defloratarum familiae deturpentur *et num. seq.*

65 Ubi militat eadem ratio ibi militare debet eadem juris dispositio.

69 Pro adulterio procedi nequit ex officio contra clericum.

70 Judices et notarii procedentes ex officio pro delicto stupri, in damnis et expensis sunt condemnandi.

71 Damnum facit qui id fecit quod facere jus non habet.

72 Judex, sine jurisdictione procedens, committit attentatum cum damnorum et expensarum refectione purgandum,

73 Et est etiam puniendum, et adducitur exemplum Sac. Consultae in terminis stupri.

74 Clausula „ *concordata parte* „ apposita in rescripto operatur quod gratia effectum habere nequeat, nisi refectis damnis et expensis.

75 Praecepta de non conversando in Tribunalibus Episcopalibus Etruriae non sunt in usu,

76 Ne puellae, mulieres nuptae, Sacerdotes et multo minus Parochi cum scandalo diffamentur;

77 Neque illorum exemplo animentur laici ad frequentandas easdem pravas conversationes –

78 Sed secreto moneantur, at si non pareant, camerarie processantur et secreto puniantur.

79 Praecepta de non conversando expedita, nullo probato praecedenter scandalo, sunt nulla et injusta, quia expedita sine causae cognitione,

80 Et sine praecedenti trina monitione requisita de jure civili,

81 De jure canonico,

82 De jure divino,

83 Et a multis conciliis,

84 Et pontificiis constitutionibus, et praesertim S. Pii v. et Benedicti xiv.,

85 Quae omitti non potest, et quare *num. seqq.*

86 Neque fieri, si desint sufficientes scandali probationes.

87 Sacri canones, concilia et pontificiae constitutiones abhorrent a violentiis.

88 Splendere debet mansuetudo Praesulis et Tribunalis Ecclesiastici nolentis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.

89 Apostoli non utebantur vinculis et carceribus, sed hortationibus oves perditas ad ovile reducebant.

90 Omissa trina monitione, praeceptatus sine defensionibus de jure naturae debitis praecepto infamatur.

91 Quarum assignationi aequivalent monitiones.

92 Scandalum probatur cum examine testium circa diffamationem mulieris et scandalum in vicinia.

93 Sine praecedenti scandali probatione praeceptum non obligat *et num.* 98. *et seqq.*,

94 Et appellatur praeceptum strangulatum.

95 Eaque omissa judex procedit sine jurisdictione.

96 Statuta seu constitutiones episcopales subditos transgredientes extra dioecesim non ligant.

97 Extra territorium jusdicenti impune non obeditur.

98 Praeceptum expeditum absque causae cognitione non tenet,

99 et impune sperni potest, *et num. seqq. et sub num.* 176.

100 Nec ab eo praeceptatus recurrere tenetur.

101 A praecepto judicia non sunt inchoanda.

102 Judex, cui nihil est probatum, nihil praecipere potest.

103 In quo casu locum non habet regula quod judici praecipienti juste vel injuste sit obtemperandum.

107 Non creditur sine probationibus Episcopo, qui dicit clericum esse criminosum.

108 Praecepta de non conversando, expedita sine causae cognitione, Tribunal A. C. in gradu appellationis pluries revocavit;

109 Prout revocari debent cum condemnatione Curiae in damnis et expensis.

110 His praeceptis, non praecedentibus scandali probationibus, injuste laeditur character sacerdotalis,

111 Necnon bona fama laici sive ecclesiastici et mulierum, et quare.

112 Aliqua potius toleranda sunt, quamvis fieri non debeant, ne remedium scandalum pariat.

113 Praeceptum de non conversando irrogat praecisam familiis infamiam, nativamque libertatem restringit *et n.* 121.

114 Antequam illud expediatur constare debet in actis de scandalo et diffamatione eorum qui sunt praeceptandi.

115 Et praecipue de inhonestate mulieris.

116 Quisque praesumitur bonus donec probetur esse malus.

117 Non sufficit quod aliquid sit verum, nisi in actis sit probatum, ut super eo judex sententiam fundare possit.

118 Nec accusatio nec suspicio nec notitia privata judicis sufficit ad condemnandum.

119 Non secundum conscientiam, sed secundum acta et probata est judicandum.

120 Judex condemnare nequit eum quem vidit delinquere, nisi in actis probetur.

121 Scandalum probari debet examine testium qui viderint aliquem actum obscenum, ex quo sequi potuerit inhonestas, alias est pharisaicum.

122 Non est deferendum testibus ad gravandum accusatum paratis, nec aliis carceratione ad eum gravandum coactis, et quare *et num. seqq.*

123 Artifices, mercatores, laboratores et operarii ad gravandum accusatum carceratione coacti facile pejerant.

124 Testes animose deponentes sunt suspecti *et num.* 125.

126 Deus non sinit vituperatores sacerdotum ab ecclesiae judicibus audiri.

127 Parochi sunt positi tamquam signum ad sagittam.

128 Diffamatio Parochi talis esse debet ut sine periculo tolerari

Digitized by Google

Praeceptum de non conversando irrogat eamdem infamiam, quae oritur ex processu pro stupro *ibid. num.* 164.

166 Quomodo se gerere debeat judex circa puellas plebejas antequam eis praeceptum transmittat.

167 Puella plebeja praeceptata, deinde se publice prostituit.

168 Puella filia inhonestae matris inhonesta praesumitur:

169 Et se stupratam asserenti, concurrentibus etiam adminiculis, non adhibetur fides ad inquirendum,

170 Limita si inhonestas matris non sit meretricia.

171 Quae cum uno aut altero viro inhonestatem exercent inhonestae non reputantur,

172 Nec privantur dote indebita mulieribus luxuriose viventibus.

173 Quomodo se gerere debeat judex circa conjugatas quoad praeceptum de non conversando *et num. seqq.*

174 Ob procacitatem paucorum hominum pravae qualitatis legitima non sunt foedanda connubia.

176 A denegatione revocationis praecepti competit praeceptato recursus.

177 Et interim non est in carceribus retinendus.

178 Praeceptum cum prohibitione de non loquendo nec etiam sub specie boni impune sperni potest.

179 Praeceptum de non conversando non impedit apud Turcas quominus praeceptati colloqui possint in loco publico et occasione negotiationis.

180 Qua poena praecepti transgressor sit afficiendus.

181 Vir adulter condemnatur in poenam triremium ad quinquennium.

182 Stuprator liber, ultra dotem, nullam poenam vel solum pecuniariam aut ad summum exilii incurrit.

183 Uxoratus pro transgressione praecepti de non conversando pati non debet poenam infligendam pro adulterio,

184 Nec liber et solutus poenam triremium, quam nec etiam pro stupro incurrit —

185 Alias haec poena in utroque exorbitans foret et injuxta.

186 Et ita mulctato competit appellatio.

187 Bonus judex gaudet de appellatione.

188 Quid dicendum de judice, qui nititur impedire appellationem.

189 Ad effectum separationis tori non requiritur, quod monitiones et praeceptum praecesserint adulterium.

190 Conjux innocens conjugi adultero conjugale debitum reddere non tenetur.

191 Solum adulterium de per se est causa sufficiens divortii tam de jure canonico quam civili *et num.* 192. *et* 194.,

193 Maxime si alter conjux alterius adulteria, delicta, malosque mores in judicio sive criminali sive civili detexerit, aut alter alterum calumniatus fuerit.

Digitized by Google

Causa *octava* separationis tori,
non tamen ad tempus sed de sui
1 natura perpetua, est adulterium ab
altero ex conjugibus commissum
Can. 1. 2. 3. *et per tot. caus.* 37.
quaest. 7. *Cap.* 1. *Ut lit. non contest.*, *Hostiens. in Cap.* 1. *num.* 1.
De divort., *et in Cap. Intelleximus* 6. *num.* 3. *De adulter.*, *Roland.*
caus. 50. *num.* 5. *et* 6. *lib.* 1., *Covarruv. in* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 7.
num. 8. § 5. *et* § 6. *num.* 6. *vers.*
Imo poterit uxor, *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disp.* 3. *num.* 2. *et*
disput. 15. *num.* 11., *Farinacc.*
quaest. 143. *num.* 11., ubi quod
una tantum sufficit ad separationem fornicatio *Rot. dec.* 751. *n.* 1.
et seq. par. 4. *divers.*; — quae separatio perpetua quoad torum et coha-
2 bitationem vere et proprie ratione
perpetuitatis vocatur divortium ad
Text. in L. Divortium 3. *ff. de*
divortiis = ibi = *Divortium non*
est verum nisi quod animo perpetuam constituendi divisionem sit =:
separatio autem ad tempus propter
alias causas, minus proprie divortium appellatur.

Justissima est separatio tori
propter adulterium cum sit deli-
3 ctum gravissimum, ejusque gravitate exaggerant *Mascard. de probat. conclus.* 57. *num.* 1., *Caball.*
cas. 200., *Misinger. in* § *Item lex*
Julia Instit. tit. de public. judic.,
Paschal. de patr. potest. par. 1.
cap. 5. *num.* 34., *Tiraquell. de*
legib. connub. leg. 13. *num.* 26.,
Benedict. XIV. de Synod. Dioeces.
lib. 9. *cap.* 12. *num.* 8. — in hoc
enim facinore multa crimina conglomerantur cum in se contineat

Primo *Fornicationem* ratione
illegitimi coitus, quae, quoad pro- 4
prium honorem, est quaedam porcorum proprietas, nihil enim luxuria foedius, a qua virtus atteritur, ratio languescit et gloria
commutatur in infamiam *Angel.*
de delict. par. 1. *cap.* 28. *sub. n.*
14. *vers. Et quamvis.*; quoad animam vero, est de per se mortale
peccatum, utpote prohibita in VI
Decalogi praecepto:

Secondo continet *Adulterium*
propter matrimonium, de quo crimine ab uxore commisso vir honestus magis contristatur quam de 5
propriae filiae defloratione, imo 6
plus quam si proprius filius occideretur *Ricc. ad Franch. dec.* 678.,
quamvis ut *Cic. ad Quirites post* 7
reditum ait = *Nil dulcius hominum generi a natura datum sit*
quam sui cuique liberi; = et ex
eo maximum oritur praejudicium
legitimae prolis, quae potest per
filium ex adulterio occulto generatum vel in parte haereditate paterna, vel fere in totum aliqua primogenitura privari, ideoque *Mar-* 8
tial. Epigram. 9. *ad Domitianum*
in laudem Caesaris pro renovatione
Legis Juliae cecinit

Populisque futuris
Succuris, nasci quos sine fraude jubes?

Tertio *Sacrilegium* ratione sacramenti, quia matrimonium est 9.
maximum Sacramentum ab Omnipotenti Deo institutum, cui Spiritus
Sanctus assistit, ideoque adulterum

adulterando sacrilegium committere opinatur *Caball. cas.* 244. *num.* 8.; de jure civili tamen dicitur sacrilegium improprie, quia licet matrimonium sit sacramentum, adhuc adulterando nulla res sacra taugitur aut corrumpitur *Grilland. de poen.* § 6. *num.* 2.:

Quarto *Perjurium* et fidei vio-
10 lationem propter juramentum, quod ab utroque conjuge in faciem ecclesiae fuit solemniter praestitum, et reciproce data fides de individua vitae consuetudine continuo et usque ad obitum intemerate servanda:

Quinto *Homicidium*, quia ani-
11 ma alterius cum anima propria occiditur et aeterna vita privatur *Jo. Bandaei in tract. dispensat.* § *In his omnibus num.* 1.:

Sexto *Furtum*, nam adulte-
12 rium est quoddam furtum spirituale, ait enim *Apost.* 1. *ad Corinth. cap.* 7. *vers.* 4. = ibi = *Mulier sui corporis potestatem non habet sed vir, similiter autem et*
13 *vir sui corporis potestatem non habet sed mulier* =: vir igitur qui corpus suum praebet alteri quam propriae uxori, seu uxor alteri quam proprio viro furtum facit, disponens scilicet de re aliena ne-
14 sciente et invito domino ut considerat *Felician. Capitol. in explicat. locor.*, *Bibl. par.* 3. *explicat.* 34.:

Tandem *Scandalum* et qui-
15 dem maximum, praecipue si adulterium alteri conjugi, vel propriis filiis sive masculis sive foeminis aliquando innotescat.

Merito igitur divortium licitum est et quidem jure divino, ac in perpetuum propter hujusmodi enormissimum scelus, cum hoc fue-
rit ab ipso Domino Nostro Jesu 16
Christo concessum apud *S. Matth. cap.* 5. *vers.* 32. *et cap.* 19. *vers.* 9. = ibi = *Quicumque dimiserit uxorem, nisi ob fornicationem etc.* = concordat *Text. in Cap. Significasti* 4., *et in Cap. Ex literis* 8. *De Divort.* Accedit illud vulga-
tum = *Frangenti fidem, fides* 17
frangatur eidem =; et quia aequalis debet esse fides utriusque conjugis erga alterum, ideo in hoc ambo sunt pares, itaut sive vir sive uxor sit innocens adversus al-
terum adulterii reum petere possit 18
et obtinere perpetuam separationem *Can. Si quis uxorem* 32. *quaest.* 1., *Tamburin. de Sacram. lib.* 8. *tit. de Matrim. tract.* 7. *cap.* 3. § 2. *num.* 2.

Licet autem adulterium committatur tum inter masculum conjugatum et foeminam nuptam, quod duplex dicitur adulterium et duplicem habet deformitatem in
confessione sacramentali exprimen- 19
dam *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *disput.* 15. *num.* 6., *Leoncill. dec.* 84. *num.* 32. — tum inter conjuga-
tum et mulierem innuptam *Fari-* 20
nacc. quaest. 143. *num.* 24 — tum
demum inter virum solutum et mu- 21
lierem nuptam, de jure civili tamen punitur quidem in viro etiam non conjugato si violet alienum torum, et in muliere si violet to-
rum proprium, etiamsi copulam 22
habeat cum viro soluto, non autem quando vir conjugatus mulierem innuptam carnaliter cognoscit, quia tunc quoad utrumque tale

Digitized by Google

commercium non tamquam adul-
terium jus civile considerat, ut
tradunt *Roland. cons.* 74. *num.* 12.
lib. 1., *Caball. resolut. Crim. cas.*
32. *per tot., Ciarlin. contr.* 33. *num.*
76. *et seqq.*, et alii contra opinio-
nem *Menoch. cons.* 249. *per tot.*
vol. 3., ubi tenet quod etiam de
jure civili sit adulterium.

Verumtamen certum est quod
23 de jure canonico quoties maritus
rem carnalem habet cum alia
quam cum propria uxore, et uxor
cum alio quam cum proprio
viro adulterium committunt *Can.*
Nemo 4. *caus.* 32. *quaest.* 4., *Be-*
24 *nedict. XIV. de Synod. Dioeces. lib.*
9. *d. cap.* 12. *n.* 1., cognationem
cum diabolo contrahunt *Origen.*
hom. 12. *lect.* = ibi = *Si susce-*
peris in cubili animae tuae adul-
terum diabolum, spiritu impudi-
citiae meretricata est anima tua
cum diabolo =, et conjux inno-
cens divortium petere potest, nisi
vir copulam habeat cum foemina
mortua, talis enim concubitus se-
parationi sufficientem causam non
tribuere, quia carnis divisionem
cum tertia persona non inducit,
prout eam non inducit cum statua
concubitus, recte notat *Bonaccin.*
Theol. Moral. tom. 1. *tit. de iis*
quae pertin. ad usum matrim.
quaest. 4. *punct.* 5. *n.* 5.

Nec solum est locus divortio
propter adulterium, verum etiam
25 si alter ex conjugibus prolapsus sit
in sodomiae vel bestialitatis pec-
catum argumento *Text. in Can.*
Idololatria 28. *quaest.* 1., *Sanch.*
de Matrim. lib. 10. *disput.* 4. *n.* 3.
et 4., *Reiffenstuel. theol. moral.*
tract. 14. *tit. de Sacram. dist.* 13.
quaest. 7. *num.* 104., *Tamburin.*
de Sacram. lib. 8. *tit. de Matrim.*
tract. 7. *cap.* 3. § 2. *num.* 5.
= ibi = *Ratio universalis est,*
quia tunc frangis conjugi fidem
quando tuam carnem, quam illi
uni conjugi promiseras, dividis
cum aliis, at dividis cum copu-
lam consummatam habes cum di-
ctis etc. =.

Et hoc procedit sive sodomiae
peccatum commissum fuerit a viro
cum aliena muliere, vel cum pro-
pria uxore minime tamen extra 26
claustra pudoris pollui consentiente
Menoch. de arbitr. lib. 2. *cas.* 286.
num. 3. *et seqq.*, (quae ad tempus
tamen ab eo separari valet, donec
vir resipiscat nec amplius timeat
quod ab eodem sic turpiter suba-
gitari possit *Sanch. de Matrim.*
lib. 10. *disput.* 4. *num.* 7.), sive 27
commissum fuerit ab uxore *Anton.*
de Butr. in Cap. Maribus num. 3.
vers. Et e contra De adulter.,
sive sodomia fuerit activa aut pas-
siva *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *d.* 28
disput. 4. *n.* 4., sive tandem vir
cum alio viro vel muliere, sive
uxor cum alio viro vel foemina
hoc delictum perpetraverit, modo
inter foeminas semen ab una intra
vas naturale seu praeposterum al- 29
terius immissum fuerit *Sanch. de*
Matrim. loc. cit. n. 5., et quate-
nus hoc scelus commissum sit cum
masculo vel foemina vivis non
vero defunctis, seu bestialitas cum
bestia viva non autem mortua,
haec siquidem copula ad obtinen-
dum divortium ex ratione jam ad-
ducta quoad foeminam pariter mor-

Digitized by Google

tuam non sufficit *Bonaccin. loc. mox citat.*

Propter sodomiam tamen viri in uxorem separationi non esse locum tenere videtur *Innoc. in Cap.* 1. *in fin. De adulter.*, ubi non credere dicit quod ex hac causa uxor a toro viri dimitti possit, nisi vir illam ad hoc crimen trahere voluerit, sed cum vir nequeat in uxorem tale crimen committere, nisi prius quaerat ad illud eamdem trahere, ideo hanc doctrinam in se habere contradictionem existimat *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 86. Ego tamen nec ab *Innocentio* rejectam propter hanc sodomiam tori separationem puto, nec in ejus dicto ullam contradictionem invenio: — censeo enim ejus verba, caeteroquin clara, sic esse intelligenda ut non sit locus divortio si uxor volens, aut virum sollicitans, seu non coacte, sed requisita sponte consentiens sit in culpa, secus si repugnans invita et coacta succumbat, aut vir illam resistentem trahere tentet, eamque ad assentiendum compellat.

Judex autem privativus, quando agitur civiliter pro separatione tori
30 propter adulterium, est judex ecclesiasticus *Cap. Porro* 3. *De divort.*; quando vero agitur crimina-
31 liter ad poenam est delictum mixti fori *Clar.* § *fin. quaest.* 37. *n.* 3., *Bonaccin. theol. moral. tit. de iis quae pertin. ad usum matrim. quaest.* 4. *punct.* 15. *sub n.* 24., et de jure *Digestorum* de tali crimine tamquam publico cuilibet de populo accusare permissum erat ut condigna poena puniretur, sed imperator Justinianus, ne quisquis temere posset foedare connubia, facultatem accusandi de adulterio restrinxit ad patrem, fratrem, patruum et avunculum quos veri vehementia doloris ad accusandum
impellit ad *Text.* expressum in *L.* 32
Quamvis 30. *Cod. Ad Leg. Jul. de Adulter.* = ibi = *Quamvis adulterii crimen inter publica referatur etc., tamen, ne volentibus temere liceat foedare connubia, proximis necessariisque personis solummodo placet deferri copiam accusandi, hoc est patri, fratri, necnon patruo et avunculo, quos verus dolor ad accusandum impellit* =, et notant *Klock in L. Transigere par.* 2. *cap.* 3. *Cod. de transact.*, *Clar. in* § *Adulterium vers. Est. autem hodie n.* 4., *Tri-*
visan. decis. 22. *n.* 8. *lib.* 2., non 33
excluso conjuge innocente contra conjugem adulterum *L. Jure Mariti* 6., *et d. L. Quamvis* 30. *Cod. Ad leg. Jul. de adulter.*, *Farinacc. quaest.* 141. *num.* 38. *et* 106., *et quaest.* 142. *num.* 81. *et seqq. et num.* 112.

At in foro ecclesiastico aliter
se res habet, ibi enim procedi po- 34
test etiam *ex officio* ex dispositione *S. Concil. Tridentini Sess.* 24. *cap.* 8. *de Reform. Matrim* = ibi = *Statuit hujusmodi concubinarios tam solutos quam uxoratos etc., si, postquam ab Ordinario etiam* EX OFFICIO *ter admoniti ea de re fuerint, concubinas non ejecerint etc., excommunicandos esse etc. Mulieres sive conjugatae, sive solutae, quae cum adulteris publice vivunt, si ter admonitae non paruerint,*

Digitized by Google

ab Ordinariis locorum, nullo etiam requirente, EX OFFICIO *graviter pro modo culpae puniantur, et extra oppidum vel dioecesim, si id eisdem Ordinariis videbitur, invocato, si opus fuerit, brachio seculari, ejiciantur* =.

Oritur tamen dubium an Ordinarius contra concubinarios notorios *nullis praecedentibus monitionibus* EX OFFICIO procedere possit, cum eos non censuris sed alia poena temporali mulctat, et posse videtur quia *Concilium* praescribit monitiones faciendas illis quos, si resipiscere nolint, excommuni-
35 candos esse praecipit; sed nihilominus puto in hoc etiam casu necessarias esse monitiones, attenta satis clara ejusdem *Sacri Concilii* subsequenti dispositione: quamvis enim deinde subjungat mulieres etiam sive conjugatas sive solutas, quae cum adulteris publice vivunt, non censuris, prout masculos, sed *graviter pro modo culpae et cum exilio* esse puniendas, attamen nonnisi trina monitione praemissa ad has quoque poenas deveniendum esse demandat.

Ut ergo id recto ordine fiat,
36 juxta tenorem *Conciliaris Decreti*, duo semper praecedere debent, hoc est delicti notorietas et trina monitio *Raynald. in Supplement. ad Observat. Crimin. supplet.* 1. *ad cap.* 28. *num.* 6., quibus concurrentibus, judex ecclesiasticus procedere potest *ex officio* contra concubinarios et adulteros contumaces et in
37 sua pertinacia obstinatos, nullo habito respectu ad sinistros casus forsan eventuros et absque ullo timore incurrendi irregularitatem, quatenus adulteri vel adulterae homicidium sequatur, dummodo servata fuerit praedicta forma et ex processu constet de adulterio, quia ex allegato *Concilii* decreto tenetur obviare peccato, neque publicos dissimulare peccatores ad majus evitandum malum, ut, reprobatis contrariis cum *Ludov. Ridolphin. tract. var. lib.* 2. *quaest.* 50. *n.* 1. *vers. Ego tamen et n.* 2., *Themud. decis.* 211. *n.* 4. *et seqq.*, docet *Raynald. in Supplement. ad observat. Crim. d. supplet.* 1. *ad cap.* 28. *a num.* 5. *ad* 24.

Sed deinde tamen idem *Raynald. loc. mox cit. num.* 25. subjungit quod judex, nisi habeat suf- 38
ficientes probationes, a similibus monitionibus abstinere debet, quodque ad illas habendas examinandi sint testes, qui si requisiti depo- 39
nant mulierem adulteram cohabitare cum proprio viro inscio adulterii, tunc judex in obsequium ma- 40
riti cum ea agere debet, ac si esset honesta materfamilias, monendo illam in secreto ac omissa scriptione nominis ejusdem in actis, ne marito vel consanguineis ipsam occidendi praebeatur occasio quam, si monita non obediat, non esse, propter periculum matrimonii, puniendam admonet ne deterius sequatur, et ab hac doctrina non longe distat opinio *Robert. de reb. judic. lib.* 1. *cap.* 14. *vers. Itaque* = ibi = *Conveniens est soli marito adulterii ab uxore commissi accusationem et cognitionem committi, tum quia solus injuria afficitur, tum quia probatam a marito uxorem*

Digitized by Google

et quiescens matrimonium non debet alius quisquam turbare; certe dicere possumus cum Divo Ambrosio: saepe majus est in ipso judicio peccati peccatum, quam in ipso peccato =.

Hinc non solum laudandi non sunt sed potius rigorose plectendi
41 judices qui, vix delata accusatione contra mulierem conjugatam aliquam pravam, ut in accusatione supponitur, consuetudinem cum viris habentem, statim processum publicum super scandalo fieri praecipiunt, eoque probato, nulla interposita mora, praeceptum *de non conversando* et *de honeste vivendo* absque alia prudenti ponderatione praecipitanter expediunt, unde fit quod habita per maritum de praecepto notitia aut capitale inter conjuges oritur odium, aut maritus uxorem deserit, aut uxori insidias molitur, eique aliquando etiam necem infert, semperque deturpatum remanet matrimonium.

Graviori poena plectendi viventur judices qui ex sola accusatione moventur ad expediendum praeceptum, nullo probato per testes concludenter scandalo; quod praeceptum, ut inferius dicam,
42 non substinetur. Caveant igitur a similibus imprudentibus et violentis resolutionibus, et erga uxorem cum proprio viro de illius impudicitiis non informato cohabitantem, quatenus circa vitae honesta-
43 tem accusata fuerit, cautela superius a *Raynaldo* insinuata semper utantur.

Si vero testes deposuerint talem mulierem seorsim a marito habitare, judex, ut idem *Raynald.* 44
loc. cit. num. 28. docet, illo ad se vocato, eodemque caute et cum prudentia interrogato cur non habitet cum uxore, quoties adducat causam adulterii per illam commissi et praesentibus testibus instet ac in actis eamdem tamquam adulteram denunciet ut puniatur, notarius scribat in iisdem actis nomen mulieris, fidemque faciat hanc esse mulierem illam, de qua prius inquirebatur, de consensu viri puniendam, eamque punire oportet et impedire ne publicum tandem meretricium exerceat, facile namque mulieres penitus prostituuntur cum viri torum violare caeperunt *Rot. dec.* 429. *num.* 20. *par.* 19. *tom.* 2. *recen.*

Subdit tamen cum *Ferro quest. Vicarial. par.* 1. *quest.* 101. hanc praxim non esse tenendam nobilibus cum mulieribus, earumque vi- 45
ros nec etiam caute esse ut supra interrogandos, quia forsan ita facile praesumi non potest quod separatio inter virum et uxorem nobilitate conspicuos ob hoc delictum oriatur, quod a nobilibus matronis, quibus maxime convenit chastitatis custodia *Rot. dec.* 125. *n.* 23. *par.* 15. *et dec.* 377. *n.* 15. *par.* 19. *tom.* 1. *recen.*, facile committi non solet utpote quae saltem ex ingenita quadam, ut ita dicam, superbia, si non ob horrescentiam peccati regulariter proprium honorem et honestatem rigorose custodiunt, quibus proinde convenit, quod cecinit poeta Casoni

Più tosto, che bruttar i suoi bei pregj,
Perder volesser libertude e vita

Digitized by Google

— quoad alias autem foeminas non ejusdem sed inferioris conditionis, si maritus a loco absit, judex cum
46 cautela et circumspectione procedat ne per mariti regressum aliquid mali contingat, et satius erit hoc casu sub poena excommunicationis secreto uxori praecipere ut intra certum tempus e loco discedat, maritum perquirat et cum eodem cohabitet, itaque si maritus longissime non absit, scandalum et adulteria cessabunt.

Si tandem marito uxoris adulteria probentur nota et ab eo permittantur, quia tunc cessat favor matrimonii, judex contra utrumque inquirere, eosque servatis servandis carceribus mancipatos con-
47 digna poena punire debet ut videre est apud eumdem *Raynald. loc. cit.* sub *num.* 28. *vers. In casu*, servata tamen regula quod in foro fori adulterium pro unico punitur, etiamsi fuerit inter duos aut plures
48 centies reiteratum *Leoncill. dec.* 84. *num.* 32., *Clar. in prax.* § *Adulterium* sub *num.* 9. *vers. Sed pone.*

Potest etiam judex ecclesiasticus contra clericum de adulterio imputatum pariter *ex officio* procedere, sed cum cautela quam
49 similiter proponit praecit. *Raynald. in supplement. ad observat. crimin. supplet.* 3. *ad cap.* 23. *num.* 13. *et seq.*, *et d. supplet.* 1. *ad cap.* 28. *num.* 29. *et seq.* = ibi = *Et quamvis, si clericus sit qui imputatur de adulterio, possit judex ecclesiasticus procedere contra illum, etiamsi non adsit querela et accusatio alicujus eorum ad quos spectat juxta Text. in d. Leg. Quamvis Cod. de adulter., alias enim melioris conditionis essent clerici qui cum maritatis, quam qui cum solutis libidinem explerent, ut ex Salzed. cap.* 85. *num.* 6. *considerat Themud. d. dec.* 226. *num.* 12. *Nihilominus ex eorumdem advertentia hoc fieri debet camerarie, hoc est secrete, imo Themud. dec.* 123. *num.* 20. *et* 23. *et d. dec.* 226. *num.* 13. *vult quod clericus possit apparenter per sententiam absolvi de adulterio, camerarie tamen et in secreto condemnari in poenam pecuniariam et ad suspensionem ad tempus ab exercitio ordinis* =, quem sequitur *Monacell. in formular. tom.* 3. *tit.* 2. *annot. ad formul.* 6. *num.* 20.

Verba tamen praedicta = *alias melioris conditionis essent clerici qui cum maritatis, quam qui cum solutis libidinem explerent* = verti nullo modo possunt in eum sensum ut licitum sit procedere *ex officio* contra clericum stupratorem — quam- 50
vis enim stuprum quoque sit crimen gravissimum, attamen, nisi 51
vere sit violentum, pro eo judex 52
procedere nequit *ex officio*, cum sit speciale in hoc delicto quod judex non sit competens nec habeat exercitium jurisdictionis ante porrectam querelam a patre, vel a matre, aut ab aliis defloratae pro- 53
pinquis, de quibus *Sabell. in prax. crim. in praefat. num.* 9., *Angel. de delict. cap.* 124. *num.* 5. = ibi = *At si stuprum non fuerit violentum, requiritur instantia partis offensae, nec querelare potest privatim vel publice, nisi sit pater, mater etc.* =, non solum quia hu-

jusmodi crimina respiciunt injuriam
54 potius privatam quam publicam,
verum etiam quia foemina (cujus
parentes ad tuendam illius hone-
statem abstinent a querelaudo) cum
judiciali examine ac timore carce-
rationis in iis angustiis poni non
debet, ut cogatur prodere seipsam
et in sui dedecus publicare jactu-
ram suae virginitatis, quae vel erat
55 occulta vel saltem dubia et iucer-
ta, idque etiam in occulti aut in-
certi complicis praejudicium, quod
utique non est tolerandum.

Si enim quoties non praecedat
publica diffamatio, sed delictum sit
occultum, poenitenti non licet no-
56 minare confessario complicem, nec,
sub poena culpae lethalis et suspen-
sionis ab audiendis confessionibus
aliisque arbitrio Ordinarii, confes-
sario de complice poenitentem in-
terrogare, ne apud solum confessa-
57 rium ille diffamatus remaneat, ut
Theologi docent inter quos *Villa-
lobos.*, *Sylv.* *Maldero*, *Coriolan.*,
Rodriquez, *Ledesma*, *Bannez*, *Sot.*,
Petr. Fay, *Lorca*, *Nugno* quos
refert et sequeretur *Dian. tom.* 1.
tract. 8. *resolut.* 47., *Alphons. de
Vega*, *Sylvest.*, *Wigandt*, *Octav.
a S. Joseph* et alii, et hoc Summus
Pontifex BENEDICTUS XIV. sub dictis
poenis expresse prohibuit in sua
Constit. incipien. = *Ubi primum* =
expedita *quarto nonas Maii* 1746.,
multo minus quando stupri flagi-
tium non est deductum ad forum
per querelam porrectam ab iis ad
quos spectat, licitum esse potest
notario vel judici *ex officio* et
sine jurisdictione interrogare puel-
lam de illius defloratione, simulque
de complice aut socio criminis,
ne ambo dehonorentur, non apud
unum tantummodo, sed apud pu-
blicum, neve in actis publicis Cu-
riae ad perpetuam memoriam am-
borum infamia notetur, maxime si 58
stuprator occultus aut dubius et
incertus fuerit Sacerdos, aut Paro- 59
chus, quorum delicta, ad evitandum
etiam populi scandalum, quantum
fieri potest, celari debent, illorum- 60
que animae vulneribus ob huma-
nam fragilitatem contractis salutari 61
medicina in abscondito est consu-
lendum.

Indubitantius quia non solum
ita fit injuria delinquentibus occul-
tis, iique dehonorantur, sed detur-
pantur etiam mulierum deflorata-
rum familiae, quae a judicibus
sive notariis per hunc irregularem
ac vetitum *ex officio* procedendi
modum foedari non debent, resi- 62
stente laudabili consuetudine et
Constitutione Ægidiana lib. 4. *cap.*
69. alias 41., de qua inter alios te-
statur *Raynald. in supplemen. ad
observat. crimin. cap.* 1. *supplet.* 5.
num. 480. *et seqq. tom.* 4. = ibi =
*Addebam unam aliam irrefragabi-
lem rationem, nempe quod Tri-
bunal Gubernii non erat judex
competens, quia ob stuprum, re-
fragante constitutione Ægidiana,
non potest agi nisi ad querelam
certarum personarum ne familiae
defoedentur, et ideo in causa stu-
pri nemo est judex competens ante
porrectam querelam, resistente d.
Ægidiana, quae in dicto casu spe-
ciali stupri, adulterii etc. tollit
judici jurisdictionem* =, idque con-
firmat *Zaul. ad Stat. Favent. ad-*

Digitized by Google

dit. ad rubr. 23. *lib.* 4. *num.* 15.
Verba autem *Ægidianae Constitutionis loc. cit.* sunt quae sequuntur
63 = *Statuimus et ordinamus quod*
in criminibus incesti et adulterii, stupri, fornicationis nullus accusando vel deferendo privatim vel publice admittatur, nisi esset pater, mater, avus, vel avia, filii et nepotes utriusque sexus usque ad secundum gradum, fratres et sorores et filii fratrum et sororum, qui praenominati solum ad praedictam accusationem seu delationem, quia domus et generis sui quodammodo prosequuntur injuriam, admittantur =.

Quae si procedunt quoad laicos, eodem seu potiori jure proce-
64 dere debent quoad clericos, tum
ad tollenda scandala *Genuens. in prax. cap. Mihi* 28. *sub num.* 8. *vers. Item juxta Roman. impress. anni* 1630. = ibi = *Item ad tollenda scandala et infamias familiarum neque Curia procedit ex officio contra clericos committentes quaevis peccata carnis cum mulieribus, quae habentur pro honestis, ad removenda homicidia, quando verosimiliter a consanguineis timentur* =: tum quia cum hujusmodi prohibitio principaliter facta sit in favorem mulieris ejusque familiae, ne propter delictum occultum seu dubium, si publicetur, earum fama detrimentum patiatur quia, ut inquit *Tass.*

Non mai la colpa occulta infamia apporta;

cumque talis infamia seu famae deturpatio evitari non possit sive procedatur *ex officio*, sive contra laicum sive contra clericum, necessario sequitur quod *ex officio*
contra neutrum procedi possit, at- 65
tenta paritate rationis ad *Text. in L. Illud* 32. *ff. ad L. Aquil., Surd. cons.* 301. *num.* 19., *Cephal. cons.* 1. *num.* 33., *Rot. dec.* 369. *num.* 3. *par.* 14. *rec. et dec.* 59. *cor. Molines, et decis.* 8. *num.* 32. post mea *Vot. de Sponsal. Filiorumfam.*, multoque magis concurrente simul infamia clerici, quae omni possibili modo ad removendum publicum
scandalum est evitanda; praeter- 66
quam in casu quo stuprum esset notorium, nullaque tergiversatione
celari posset, et, ut poena ordinaria 67
mulctari valeat, trina praemissa fuerit monitio *Rot. in Leodien. Pastoratus* 16. *Januar.* 1702. *cor. Mut.*

Patet igitur quod quidquid sit quoad publicum commercium cum meretrice seu concubina, *ex officio* nec etiam contra clericum procedi potest pro adulterio, quando maritus uxoris adulterae illud igno-
rat, propter honorem matrimonii, 68
neque pro stupro, quando deficit praedicta querela, propter honorem defloratae ejusque familiae et clerici, qua de causa tam contra lai-
cum quam contra clericum ex jam 69
dictis judex sine jurisdictione procederet.

Quod si judices vel notarii *ex officio*, et ideo sine jurisdictione, id ausi fuerint stupri confessionem a deflorata habere tentantes seu extorquentes, nedum ad refectionem
damnorum et expensarum quod 70
est minus cogi possunt *Scannarol.*

Digitized by Google

de Visit. Carcerat, *lib.* 2. § 1. *cap.*
2. *num.* 4. *et* 10. quia, quod facere
eis non licebat, facere nihilominus
attentarunt argumento *Text. in*
Leg. Nemo 194. *ff. de regul. Jur.*
= ibi = *Nemo damnum facit, nisi*
71 *qui id fecit quod facere jus non*
habet =, nam sine jurisdictione
procedens committit attentatum,
et attentatum sapit delictum, et
quidem delictum quod attentau-
tem ad rigorosam damnorum et
72 expensarum refectionem omnino
obligat, ut firmavit *Rot. decis.* 29.
et dec. 221. *par.* 16. *rec.*; — ve-
rum etiam poenam merentur uti
ob hanc injuriam et diffamatio-
73 nem si non ab extorta confessione
defloratae, a visitatione tamen
obstetricum promanantem, judi-
cem, qui illam *ex officio* sed non
penitus *temere* visitari mandavit,
puniendum esse censuit *Sacra Con-*
sulta, ut testatur *Dyn. dec.* 18.
sub num. 2. = ibi = *De anno* 1697.
cum Hieronymus Massaeus nobilis
Camerinensis interim Vicesgerens
Nursiae ex motivo quod matertera
sibi revelasset pulchram puellam
de plebe Nursina esse praegnantem
(*ut supposuit*) *ne nasciturus de-*
perderetur, misisset obstetrices ad
ipsam visitandam, et illae unum
vulgassent, varie aliud retulissent
instigantibus Nursinis etc., Sacra
Consulta mandatum de capiendo
relaxavit et multum aeris et tem-
poris impendit judex ille, alioquin
probi nominis, et nisi concordata
parte (*cum jactura honoris exad-*
verso plurimi magnificaretur) *non*
potuit reintegrari ad similia mu-
nera obeunda =.

Quae verba = *nisi concordata*
parte = satis ostendunt quod non
nisi refectis damnis et expensis 74
reintegrationem praedictam praefa-
tus vicesgerens obtinuit; haec enim
clausula seu conditio = *concorda-*
ta = vel = *satisfacta parte* = in
rescriptis pro absolutione apponi
solita, jus repetendi damna et ex-
pensas parti tribuit, quae hoc jure
sibi tributo abuti non solet, sed,
nisi generositatis ostentationem fa-
cere velit, nunquam sine tali refe-
ctione pro absolutione alterius par-
tis consensum praebet.

Neque solus processus pro stu-
pro *ex officio* confectus infamat,
sed etiam *praecepta de non con-*
versando, quae in tribunalibus Epi-
scopalibus Etruriae non sunt in
usu, ne puellae, mulieres nuptae, 75
Sacerdotes et multo minus Parochi
eisdem apud laicos cum scandalo
diffamentur, neve ab eorum exem- 76
plo animentur iidem laici ad ha-
bendas pravas aut suspectas cum
foeminis consuetudines, sed potius
secreto moneutur ut ab illis absti- 77
neant et earumdem mulierum con-
sanguinei hortationibus obligantur
ad eos in propriis habitationibus
non admittendos, et si tam clerici
quam laici monitionibus non pa-
reant transgressores processantur
et a suo competenti judice secreto 78
puniuntur.

At alibi nonnulli judices ec-
clesiastici cum omni facilitate, nullo
etiam probato prius scandalo, hu-
jusmodi praecepta *de non conver-*
sando expedire non dubitant, quae
tamen nulla sunt et injusta, cum
expedita sint sine praecedenti cau-

Digitized by Google

79 sae cognitione et praeterea sine
praecedenti trina monitione nulla-
tenus omittenda — tum quia est
80 praescripta a jure civili *Auth. Si
quis ei Cod. Ad leg. Jul. de adul-
ter.*, *Auth. Ut liceat Mat. et Av.*
§ *His quoque;* et aequaliter a jure
81 canonico *Cap. Archidiaconum* 27.
ibique *gloss. verb. Privatum dist.*
81., *Cap. Si quis* 2. *De purgat. Ca-
non. Cap. Si quisquam* 2., *Cap.
Sicut ad extirpanda* 4., *Cap. Si
autem Cleric.* 6. *De cohabit. Cle-
ric. et Mulier.*, *Cap. Licet Heli
vers. Contra quos* ibique *Fagnan.
num.* 9. *De Simon.* =ibi= *Quinto
nota in vers. Contra quos, quod
quando fit inquisitio contra aliquem
in vim praecedentis denunciationis
requiritur, ut praecedat monitio*=;
82 itemque a jure divino *S. Matth.
cap.* 18. *vers.* 15. 16. *et* 17. tum
83 a multis *Conciliis* relatis a *Menoch.
de Arbitr. cas.* 418. *num.* 12. et
signanter a *Sac. Concil. Tridentin.
sess.* 24. *d. cap.* 8. *de reform. et
sess.* 25. *cap.* 14. pariter *de refor-
mat.* necnon a Pontificiis *Consti-
tutionibus* et praecipue a S. Pio v.
in sua *Constit.* 5. et recentius a
Benedicto xiv. in sua *Constit.*, quae
84 incipit = *Justitiae gladium* §
Alle Donne = ibi = *Alle Donne
oneste, o almeno che non sieno*
gravemente *diffamate, non si fac-
ciano precetti senza prove sufficien-
ti, e senzachè preceda la trina
monizione prescritta dai Sac. Ca-
noni e dal Sac. Concilio di Trento*
= eamque omitti non posse prae
85 caeteris advertunt *Pignatell. con-
sult.* 139. *num.* 250. *tom.* 9., *Leo
thesaur. for. Eccles. par.* 4. *cap.*
14. *de prohibit. et poen. num.* 23.
vers. Quod Decretum, neque fieri
posse nisi sufficientes scandali pro-
bationes non desint, aperte firmat 86
*Raynald. in supplement. ad obser-
vat. crim. d. supplet.* 1. *ad cap.*
28. *num.* 25. = ibi = *Judex non
debet facere dictas monitiones nisi
habeat probationes sufficientes* =,
ubi allegat *Gabriel Pereyr. de man.
reg. par.* 2. *cap.* 34. *num.* 20. qui
ait = ibi = *Judex nec ad moni-
tionem devenire debet, nisi suffi-
cientes habeat probationes* =: tum
quia sacri canones, concilia, ac
pontificiae constitutiones abhor-
rent a violentiis, ut Praesulis et 87
Tribunalis Ecclesiastici mansue-
tudo resplendeat et moderatio, no-
lentis mortem peccatoris sed ut
convertatur et vivat, adhibendo 88
post sufficientes probationes prae-
dictam trinam monitionem exem-
plo Apostolorum (quorum Episcopi
occupant locum) qui neque satel- 89
litum vinculis et catenis, neque
carcerationibus et poenis, sed
hortationibus ac salutaribus mo-
nitis oves perditas ad ovile re-
ducendas esse docuerunt —: tum
quia hac trina monitione omissa
praeceptatus infamatur praecepto
sine defensionibus de jure naturae
ei debitis et sub poena nullitatis
non omittendis, quarum assignationi 90
aequivalent monitiones, nam mo-
nitus in termino sibi in illis assi-
gnato aut se defendit et probat
calumniosam esse accusationem, et
praeceptum non transmittitur, aut 91
suam non justificat innocentiam
ac in sua pertinacia contumax per-
severat, et legitime et valide ad-

Digitized by Google

versus eum post monitiones praeceptum expediri potest, probato
92 scandalo cum examine testium deponentium de diffamatione mulieris et de eodem scandalo in vicinia *Raynal. in supplement. ad observat. crim. supplet.* 1. *ad cap.* 28. *num.* 27. *tom.* 4.

Non praemissa autem hac probatione, valide procedi nequit, eamque omittere est absurdum ab omnibus legibus et doctoribus repro-
93 batum, nec praeceptum tenet nec ligare debet *Can. Qui resistit* 95. *caus.* 11. *quaest.* 3., *L. Filiusfam.* 118. § *Divi Severus et Antoninus rescripserunt eos ff. de legat.* 1., *L. De pupillo*, ibique *Castrens. ff. de oper. nov. nunciat.*, illudque a *Paris. de Put. de Syndic. verb. Praeceptum in princ.*, et *in Cap.*
94 *Quia saepe num.* 4 appellatur „ *praeceptum strangulatum* „ et ratio est quia, deficiente scandali probatione, judex, ut dixi, sine
95 jurisdictione procedit, cumque jurisdictionem non habeat illi non est parendum, prout parendum non est statuenti extra ejus territorium ex defectu jurisdictionis argumento *Text. in L. fin. ff. de jurisdict.*, *et in cap.* 2. *De Constit. in* 6. = ibi = *Statuto Episcopi quo (in omnes qui furtum commiserint) excommunicationis sententiam promulgatur, subditi ejus furtum*
96 *extra ipsius dioecesim committentes minime ligari noscuntur. Cum extra territorium jusdicenti non*
97 *pareatur impune* =, et notat *Voet. de Statutis, eorumque concursu sect.* 4. *cap.* 2. § 7. = ibi = *Nullum statutum sive reale sive personale sese extendit extra territorium* =, et in punctualibus terminis firmant *Bertazzol. cons.* 181. *num.* 1., *Bonfin. ad Bannim. gener. cap.* 78. *n.* 24., *Marsil. de Bannit. verb. in Juris ordin. num.* 24. *pag. mihi* 277. = ibi = *Scias etiam quod adeo est servandus ordo juris, quod si judex faceret praeceptum poenale alicui sine causae cognitione levato velo, tunc si ille contravenit, non cadit in poenam etc. Et ratio hujus potest esse, videlicet quia judex procedens contra aliquem sine causae cognitione, censetur tamquam privatus, et sibi non est obediendum* =, et rursus 98
in *verb. Judice num.* 240. *pag.* 312. = ibi = *Illud generale est quod praecepta facta a judice sine causae cognitione non valent, nec obligant taliter citatum vel praeceptatum ad comparendum et minus ad parendum talibus praeceptis* =.

Quamobrem simile praeceptum absque ulla penitus difficultate impune sperni potest tamquam nullum 99
et iniquum *Leg. Nec quidquam* § *Ubi decretum*, ibique *Jas. n.* 5. *et seq. ff. de Offic. Proconsul. et legat.*, *Bartol.* et alii in d. *L. Filiusfamilias d.* § *Divi in fin. ff. de legat.* 1., *Felin. in Cap. Ecclesia Sanctae Mariae* 12. *num.* 2. *et* 6. *De Constit. Federic. de Sen. cons.* 251. *per tot.*, et praesertim *num.* 2. *vers. Item alia ratione Bertazzol. d. cons.* 181. *n.* 1. *et* 15., *Matth. et Sanz. de re crim. contr.* 18. *n.* 39., *Viv. comm. opin.* 678. *n.* 9. *et* 10., *Gutierrez quaest. Canonic. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 18. *in fin.*, *Pignatell. consult.* 65. *n.* 8. *tom.* 2., *Sperell.*

Digitized by Google

dec. 33. *num.* 3., *Rot. dec.* 3o. *n.* 3.
par. 4. *recen.*, aliique quamplures
per hos relati hoc idem unanimi
consensu testantur.

Et non solum sperni potest, sed
nec etiam praeceptatus ab eo ap-
100 pellationem seu recursum interpo-
nere tenetur, sed de facto resistere
valet *Bertazzol. cons.* 417. *n.* 19.
et seqq. tom. 2., ex ea altera quoque
101 ratione quod a praecepto judicia
non sunt inchoanda *L. Si cum
nulla* 58. *ff. de rejudic.*, *L. unic.
Cod. de prohibit. sequestr.*, *Castrens.
in L.* 1. *Cod. de execut. rejudicat.*,
et cons. 183. *et cons.* 230. *num.* 2.
lib. 1. *et cons.* 3. *in princ. lib.* 2.,
Ancharan. cons. 60. *num.* 2., *Alex.
cons.* 143. *in fin. lib.* 7., *Bertazzol.
cons.* 79. *n.* 3. *in fin. et num.* 4.
et cons. 181. *n.* 15. *tom.* 1., *Boss.
in Prax. tit. Quomod. procedat
per praecept. num.* 12., *Raynald.
in supplement. ad observ. crimin.
supplet.* 3. *num.* 131., cum regulare
102 sit quod judex, cui nihil est pro-
batum, nihil praecipere possit *Bald.
cons.* 429. *in princ. lib.* 3., et si
praecipiat hic est verus casus in
quo locum non habet regula quod
103 judici praecipienti juste vel injuste
sit obtemperandum, ut, confutatis
contrariis, optime notat *Bertazzol.
d. cons.* 417. *num.* 22. *et seqq.*

Neque ad hanc justificationem
104 faciendam sufficit relatio Parochi de
scandalo *Raynald. in Supplement.
ad. d. cap.* 28. *supplet.* 1. *num.* 26.
= ibi = *Unde ego in Urbe recu-
savi semper injungere praeceptum
de non conversando ex sola rela-
tione et fide Parochi, sed feci exa-
minare etiam testes super practica
et scandalo inde oborto, et his ha-
bitis deveni ad praedictam tran-
smissionem praecepti* =.

Nec creditur judici de eodem
scandali testanti *Bertazzol. d. cons.* 105
417. *num.* 2., *Paris. cons.* 41. *n.* 31.,
Cyriac. contr. 101. *num.* 43.; —
imo nec Episcopo sine probationi-
bus in praejudicium tertii fides
est adhibenda *Abb. in Cap. Con-* 106
querente num 2. *de restit. spoliat.*
= ibi = *Non enim creditur judici
etiam Episcopo si dicit clericum
criminosum, sed oportet quod le-
gitime constet* =, et post *Text. in* 107
Can. Non omnis 29. *cons.* 2. *quae-
st.* 7. ubi quod *non omnis qui dicit
— pax vobis — quasi columba est
exaudiendus* tradit *Piton. Discept.
Eccles.* 63. *n.* 11. *tom.* 3. = ibi =
*Ordinario et superiori sine proba-
tione asserenti aliquid, et maxime
in materia quod delictum et in-
famiam maximam irrogat, non esse
credendum* =, ibique in terminis
assertionis Ordinarii allegat *Cre-
scent. dec.* 13. *num.* 1. *de probat.*,
Rot. dec. 244. *n.* 6. *par.* 4. *tom.* 2.
recen., ubi quod *Sacr. Congregat.
Episc. et Regular.* majorem voluis-
set probationem quam assertionem
Episcopi, cui de jure non est cre-
dendum in praejudicium tertii, et
dec. 392. *num.* 4. *par.* 17., *et dec.*
260. *num.* 8. *et* 9. *par.* 18. *recen.*
= ibi = *Verum adverterunt DD.
istam renunciationem tantummodo
deduci ex quadam attestatione
extrajudicialiter facta ab E.mo
Card. tunc Episcopo Asculano, quae
licet emanaverit a viro in eminenti
dignitate constituto et de cujus
animi candore dubitari non potest,*

Digitized by Google

*tamen quia in judiciis aequalitas
rigorose est servanda, et in illa
parte relaxari non debet juris ri-
gor, prout in omnibus judiciis con-
stanter servatur, quod hujusmodi
attestationibus nulla fides adhibea-
tur, etiamsi sint juratae, quando
contra tertium adducuntur, ideo
illa minime in casu, de quo agitur,
est sufficiens ad probandam hanc
renunciationem* =. Unde nil mirum
si, expeditis sine praecedenti legi-
tima causae cognitione similibus
praeceptis a judicibus vel ignoran-
tibus vel violentis, supremum Tri-
108 bunal A. C. illa pluries in gradu
appellationis revocavit, prout ad
justitiae tramites revocare tenetur
cum condemnatione Curiae in da-
109 mnis et expensis, quia judex sine
jurisdictione processit.

Et merito quidem, quia horum
praeceptorum transmissione, debitis
scandali non praecedentibus proba-
tionibus, summopere et injuste lae-
ditur bona fama bonumque nomen
laici sive ecclesiastici, ejusque cha-
110 racter et decus, et pudicitia saltem
putativa mulieris sive nuptae sive
innuptae, quorum omnium, licet
non vera aut non probata, inho-
111 nestas insinuatur mentibus homi-
num, itaut afferatur scandalum,
non evitetur, simulque violantur
canonica jura, quae aliqua potius
toleranda volunt, quamvis fieri non
deberent, quando publicis praeser-
tim documentis probari non possunt
Can. Plerumque 26. *caus.* 2. *quae-*
112 *st.* 7., ne remedium scandalum
pariat *Can. Denique* 6., ibique *gloss.
verb. Venia dist.* 4. *cap.* 1., ibique
gloss. verb. Remittenda dist. 51.,
Gloss. in Cap. Commessationes 1.
verb. Cum multitudine dist. 44.

Quoties igitur expediri debet
praeceptum *de non conversando*,
quia irrogat praecisam familiis in- 113
famiam, nativamque libertatem re-
stringit, rationi et aequitati repu-
gnat quod praeterverso juris ordine
ab ipso praecepto judicium incipia-
tur, sed prius constare debet in
actis de scandalo et diffamatione 114
eorum quibus praeceptum est tran-
smittendum *Guazzin. ad defens.
reor. defens.* 29. *cap.* 1. *num.* 11.
et 15. = ibi = *Secunda defensio
est quod non praecesserit diffa-
matio, et ob id judex transmittere
inquisitionem nec illam formare
potuit secundum receptam opinio-
nem* =; et praecipue de inhonestate 115
mulieris, cum enim haec praesumi
debeat honesta, bonae conditionis
et optimae qualitatis et famae ex
praesumptione juris quod nemo 116
malus praesumitur nisi talis pro-
betur *Cap. Dudum* 16. *De prae-
sumpt. L. Servos* 20. *ff. de manu-
miss. testam., Farinacc. quaest.* 47.
num. 277. *et* 283., ideo pro honesta
haberi debet nisi contrarium ex
actis appareat, et quidem necessario
ante non autem post praeceptum,
quia non sufficit quod aliquid sit
verum, nisi in actis sit probatum 117
et judici constet, ut super eo fun-
dari possit ab illo sententia *Alex.
cons.* 186. *num.* 15. *vers. Non ob-
stat si diceretur lib.* 2., *Auctor de
interiori domo* inter opera *S. Ber-
nard. cap.* 25. = ibi = *Ante proba* 118
*et sic judica; non enim qui accu-
satur sed qui convincitur reus
est* =; neque suspicio sufficit ad

Digitized by Google

condemnandum *S. Isidor. lib.* 2. *Offic.* = ibi = *Nullum judices suspicionis arbitrio; periculosum enim est de suspicionibus quemquam judicare* =, imo nec secundum conscientiam, hoc est secundum privatam scientiam sive no-
119 titiam, sed secundum acta et probata est judicandum *Can. Judicet* 3. *quaest.* 7., *Federic. de Sen. cons.* 21. *num.* 2., *Imol. cons.* 83. *in princ.*, *Rot. dec.* 173. *n.* 2. *et dec.* 416. *num.* 4. *par.* 16. *recen.*, itaut si judex non suspicetur, non praesumat, non probabile aut verisimile credat, aliquem commisisse delictum, sed quod magis est propriis oculis viderit quempiam delictum committentem, adhuc illum condemnare nequit si deliquisse in
120 actis legitime non probetur *Farinacc. quaest.* 21. *num.* 162. *et seq.*, *Conciol. resolut. crim. verb. Judex resolut.* 8. *num.* 1. *et* 2., *Clar. in* § *fin. quaest.* 8. *vers. Sed pone num.* 5.

Hujusmodi vero praeceptum ideo infamiam eamque maximam irrogat, quia quisque supponere debet esse justum nec factum sine praecedentibus indiciis, circumstantiis, praesumptionibus et conjecturis ejus ponderis, ut ab illis necessario possit inferri carnale commercium, quod deduci solet ab examine te-
121 stium qui viderint aliquem actum obscenum, ex quo sequi potuerit inhonestas, alias scandalum esset pharisaicum *Avendan. de exequut. mandat. cap.* 26. *num.* 4. *et* 9. *vers. Item talis par.* 2. = ibi = *Item talis mulier debet esse suspecta et* INFAMATA *de crimine concubinatus etc. contra quam testes deponerent esse* INFAMATAM DE CRIMINE FORNICATIONIS *cum clerico, debentque testes deponere aliquas* PRAESUMPTIONES *vel* CONJECTURAS *ex quibus dicta* INFAMIA *originem traxit, nam* SINE ISTIS *infamia simpliciter probata, non esset infamia sed vana vox populi, de qua non est curandum* =.

Deferri nec etiam potest cuicumque testi de praedicto actu deponenti, et praecipue testibus ad 122
gravandum accusatum carceratione coactis, nec e contra aliis qui ad gravandum eumdem accusatum laetanter parati noscuntur. — Primi siquidem prius negativi, deinde carcerati ac carceris squallore deterriti statim evadunt affirmativi et veritatem in falsitatem commutant ut libertatem adipiscantur, quorum proinde depositio pro ingenua haberi non potest *Boss. in prax. tit. de Carcer. num.* 22., *Farinacc. cons.* 193. *num.* 3. = ibi = *Imo non sponte sed per vim et taedio carceris afflictus etc. ut se ab illis liberaret, sic deposuit. Ideo per vim depositio hujus testis extorta videtur* =, et convenit *Bonfin. ad Bannim. gener. cap.* 77. *in append. num.* 3. = ibi = *Ea etenim quae deponunt testes carcerati, taedio carceris praesumuntur deponere non ex veritate* =; maxime si fuerint mercatores vel artifices, aut laboratores et operarii, qui cum propter carcerationem quotidianum lucrum ex negotiatione vel ex arte proveniens amittant, et respective victum pro se suaque familia ex propria industria acquirere impe-

Digitized by Google

diantur, proprium interesse veritati
et juramento praeponentes, facile
123 efficiuntur perjurii. Minorem merentur fidem alii vel ex invidia,
vel ex inimicitia, vel ex odio, aut
ex vindicta (quod est investigandum) contra accusatum audaciter,
124 prompte, alacriter et animose deponentes *Alex. cons.* 15. *num.* 4.
lib. 3., *Cyriac. contr.* 250. *num.* 29.
et controv. 407. *num.* 201. *et seq.*,
Farinacc. quaest. 60. *a num.* 35.,
Conciol. alleg. 53. *num.* 8, *Rot.
cor. Falconer. tit. de Jurepatron.
dec.* 47. *num.* 6. *et tit. de Tutor.
dec.* 6. *num.* 12., *et coram Molines
dec.* 661. *num.* 56. Sunt enim suspecti
125 quia nimis cito deponunt.

Potissimum si deponant de prava consuetudine Parochi cum aliqua foemina sive nupta sive innupta, judex enim meminisse debet quod Deus non sinit vitupe-
126 ratores sacerdotum ab ecclesiae judicibus audiri *Can. Accusatio* 14.
caus. 2. *quaest.* 7. = ibi = *Dominus Sacri Corporis sui tractatores a vilibus ac reprobis et non idoneis personis infamari noluit nec calumniari etc. Unde et Dominus ait per Prophetam: Qui vos tangit me tangit, et tangit pupillam oculi mei etc. Quoniam injuria eorum ad Christum pertinent* =, consonat *Text.* in seq. *Can. Si qui sunt* 16. *dict. caus.* 2. *quaest.* 7. = ibi = *Si qui sunt vituperatores aut accusatores Episcoporum, vel reliquorum sacerdotum, non oportet eos a judicibus ecclesiae audiri antequam eorum discutiatur existimationis suspicio vel opinio* =; et debet etiam advertere quod
Parochi ob illorum officium multorum odium incurrunt, et positi 127
proinde dicuntur tamquam signum ad sagittam *Cap. Qualiter et quando* 24. *de accusat.*, quodque qualiscumque diffamationis adversus Parochum probatio non sufficit, sed diffamatio talis esse debet ut sine
periculo tolerari et sine scandalo 128
dissimulari non possit *d. Cap. Qualiter et quando* 24., ibique *Fagnan. num.* 27. *De accusat.*, eaque concurrente, adhuc ad expeditionem 129
praecepti *de non conversando* deveniendum non esse censeo, quia per illud exosus et invisus universo suo populo redderetur; sed si *post trinam monitionem*, praecedenti scandali probatione, secreto factam appareat et probetur incorrigibilis, absque dicto praecepto, datis prius
defensionibus, poterit non solum 130
ab officio suspendi, verum etiam beneficio privari ut praescribit *Sac. Concil. Trident. d. cap.* 14. *sess.* 25. *de reformat.* = ibi = *Quod si a superioribus moniti ab iis se non abstinuerint tertia parte fructuum obventionum ac proventuum beneficiorum suorum quorumcumque et pensionum ipso facto sint privati, quae fabricae ecclesiae aut alteri pio loco arbitrio Episcopi applicetur; sin vero in delicto eodem cum eadem vel alia foemina perseverantes, secundae monitioni adhuc non paruerint, non tantum fructus omnes ac proventus suorum beneficiorum et pensiones ex ipso amittant, qui praedictis locis applicentur, sed etiam a beneficiorum ipsorum administratione, quoad Ordinarius etiam uti Sedis Apostolicae*

Digitized by Google

delegatus arbitrabitur, *suspendantur; et si ita suspensi nihilominus eas non expellant*, *aut cum iis etiam versentur*, *tunc beneficiis*, *portionibus*, *ac officiis et pensionibus quibuscumque ecclesiasticis perpetuo priventur* =, et dixit *Rot. in d. Leodien. Pastoratus* 16. *Januarii* 1702. § *Injustitia cor. Mut.*

Si vero fuerit simplex sacerdos
de eadem prava consuetudine accusatus, eaque concludenter probetur;
omnia pariter prudentialia remedia
131 prius sunt adhibenda ut scandalum
removeatur atque peccatum, ne illius crimen per acta publica cum
laicorum scandalo confirmetur *Cap.
Magna* 7. *De Vot.* — sed si adhibitis
omnibus remediis, factisque secreto
tribus canonicis monitionibus, necessarium reputetur eidem expedire
132 praeceptum *de non conversando*,
hoc nunquam consignetur cursori,
seu bajulo ut illud clerico tradat,
sed subscribi fiat ab ipso clerico,
133 ut, quantum fieri potest, publicum
non reddatur, nam sacri canones
nolunt quod delicta ecclesiasticorum, nec etiam propter poeniten-
134 tiam, publica evadant *Cap. Presbyter* 5. *dist.* 82. = ibi = *Tamen*
(sacerdos) *in publicum non procedat ne grex fidelis in eo scandalum patiatur; nec enim debet sacerdos publice poenitere sicut laicus* =.

Hinc maximopere dolendum est nostris hisce temporibus, quibus non solum clericis frequenter et publice praedicta expediuntur praecepta, sed in puniendis eorum criminibus nullum inter eos et laicos servatur cum intolerabili abusu discri-
men, et pro quacumque etiam levi
causa diebus quoque festis ad majorem populi concursum carcerantur; 135
ad carceres per publicas vias atque
plateas a satellitibus veris saepe canibus tamquam tauri et vituli et caro 136
pro macello trahuntur, ac diuturna
retentione in secretis carceribus laniantur, non tamen in tribunali- 137
bus episcopalibus Thusciae, in qui- 138
bus timetur Deus, timentur censurae, timentur recursus ad sacras
Urbis Congregationes, venerabilis
apud illa est clericalis et maxime
sacerdotalis character, et fere nunquam auditur Sacerdos, minusque
Parochus in formalibus carceribus
retentus, quia sciunt non ita facile
procedendum esse ad eorum captu- 139
ram, ne censuram excommunica- 140
tionis incurrant *Clar. in prax.* § *fin. quaest.* 28. *n.* 5., *Farinacc. quaest.* 27. *n.* 73. *et seq.*, *De Grass. de effect. Cleric. effect.* 7. *n.* 76. *et seq.*, *Diaz. in prat. crim. Can. Cap.* 123.; nec
ignorant quod clericorum captura
ordinis aestimatio laeditur, ac semel laesa vix unquam suo pristino
splendori restituitur. *Bimius responS. vol.* 2. *cons.* 171. *sub n.* 86.
= ibi = *Cum clerici sint lux* 141
mundi, *nisi summa necessitate
adigantur*, *non debent esse faciles
Vicarii ad eorum famam macu-* 142
*landam statim concessa captura
cum tanta offensione et scandalo,
cum saepe vulgus moveatur magis
falsa opinione quam veritate: unde
summopere cavendum est ne his
capturis et retentionibus sacri
clericorum ordinis aestimatio laedatur*, *cum semel offensa vix
unquam reparari possit* =. 143

Quamobrem contra auctores
carcerationum tam monstruosae et
detestabilis naturae *Joan. Segura
de Avilos in Director. Judic. Ec-
cles. par.* 2. *cap.* 13. *num.* 13. sic
exclamat = ibi = *Heu! quam ini-
que et imprudenter clericorum ca-
ptura a judicibus ecclesiastici fori*
144 *hodie practicatur: qui quidem cu-
piditate, seu jactantia ducti et*
145 *excitati* OB LEVIA *quaecumque de-*
146 *licta et ubi* FUGA *minime timetur,*
147 *et praesertim ubi* POENA CORPORALIS
*non venit irroganda, ad incarce-
randos et affligendos Christos Do-
mini ex quali informatione seu
levissimis praesumptionibus non ve-
rentur* =.

Ubi ponderandae sunt tres il-
148 lae circumstantiae, quarum prima
— *ob levia quaecumque crimina* —
149 secunda — *ubi fuga minime ti-
metur* — et tertia — *ubi poena
corporalis non venit irroganda* —,
150 nam ex his *singularis* concursus
unius monstruosissimam reddit car-
cerationem et ea maxime — *ubi
fuga minime timetur* — ejus qui-
dem efficaciae ut clericus carce-
rari nequeat, quamvis absque du-
bio delictum commiserit, quatenus
de ejus fuga timeri non possit, alias
151 carcerationem mandans ab incursu
censurae in *Can. Siquis suadente*
17. *quaest.* 4. non evadit immunis.

Et quamvis ad evitandam hu-
jusmodi censuram juxta antiquorum
canonum dispositionem non solum
suspicio fugae, verum etiam post
152 monitiones protervia et *incorrigi-
bilitas* requireretur, ut statuit IN-
NOCENTIUS III. *in Cap. Ut famae* 35.
De sentent. excommunicat. iis ver-
bis — *cum sint incorrigibiles* —
ex quibus notat *gloss. verb. Vio-
lenter* quod, ut esset capturae lo-
cus absque incursu censurarum in
mandante, necessaria erat incorri-
gibilitas, sed haec amplius juxta
recentiores sacrorum canonum san-
ctiones necessaria non sit ut colli- 153
gitur ex *Cap. Si clericos* 15. *De sen-
tent. excommunicat. in* 6. = ibi =
*Licet nondum appareat incorrigi-
biles illos esse* =; ponderanda sunt
tamen una simul ea ipsius textus
verba — *ne fugiant* —, ex quibus
manifeste constat quod hodie quo-
que mandans carcerationem clerici
censuram incurrit, quatenus de il-
lius fuga timere non possit. 154

De fuga vero suspectus esse
nequit clericus qui, pendente ac-
cusatione et examine testium, domi
propriae moratur, palamque se of-
fert aut est in civitate vel dioe-
cesis beneficiatus *Corn. cons. ult.
tom.* 4. = ibi = *Ad hoc ut Epi-
scopus clericus capere et incarce-* 155
*rare possit requiritur quod cle-
ricus ille sit fugitivus, text. est etc.,
sed ille non dicitur fugitivus ne-
que de fuga suspectus qui tam
notabiliter, ut habet casus, bene-
ficiatus est in illa dioecesi ut di-
cit Jo. Andr. etc. Unde quia de
fuga suspectus non erat, non fuit
juste captus nec incarceratus et
per consequens capiens vel man-
dans capi in sententiam canonis,* 156
„ *si quis suadente* „ *inciderunt* =;
itaque quoad incursum in censuram
concludunt *Clar., Bimius, Fari-
nacc. loc. cit.* aliique plures relati
a *Jo. Andr. in d. Cap. Si clericos
De sentent. excommunicat. in* 6.

Digitized by Google

At quod pejus est aliqui Ordinarii non solum hoc minime servant, sed etiam quamvis ipsi laici sine praecedentibus inditiis carcerari non possint, nihilominus clericos neque de fuga suspectos, neque per testium depositionem legitime inditiatos, sed a solo accusatore, qui nihil probat, inculpatos carcerare faciunt, licet relaxantes capturae mandatum contra clericum nullis vel levibus non autem gravissimis indiciis concurrentibus, hoc est (ad differentiam laicorum), sufficientibus ad torturam *Genuens. in prax. cap.* 27. *num.* 3. juxta *impress. Roman. ann.* 1630., mor-
157 taliter peccent *Guazzin. ad defens. animar. lib.* 2. *defens.* 2. *cap.* 19. *n.* 9. relat. a *Monacell. in formul. tom.* 2. *titul.* 14. *annot. ad formul.* 3. *n.* 11. et incurrant excom-
158 municationem *Piasec. in prax. Episc. par.* 2. *cap.* 4. *art.* 14. *de poen. corp. num.* 2., *Monacell. loc. cit. Clar. in* § *fin. quaest.* 28. *n.* 5. *vers. Quaero numquid* ac teneantur ad refectionem omnium damno-
159 rum et expensarum, ut pluribus relatis probat *Guazzin. loc. cit.*, et hanc sententiam communem esse testatur *Farinacc. quaest.* 27. *num.* 142. eamque tenuisse *Sac. Congregationem Concilii in Comen.* 9. *Septembr.* 1702. *et* 1. *Martii* 1704. refert *Monacell. loc. cit.*

Mea non interest decidere an
160 similes judices hujusmodi excessus committant ex ignorantia vel ex malitia: id unum certissimum est quod quicumque judices cogitare debent se minus scire quam oportet scire, ideoque quotidie horas praecipue vespertinas atque nocturnas otiosi, nugisque, seu murmurationibus applicati in conversationibus vel in apothecis non insumant studio legum, jurium et causarum sedulo incumbant, jura tamquam inanes fabulas non existiment, dispositioni sacrorum canonum obsequentes pareant, censuras, ut haeretici, non spernant et *Sacrae Congregationis* resolutiones non parvipendant, alias cum peccato sine poenitentia, cum censuris sine absolutione, cum debito damnorum et expensarum sine refectione properabunt ad aeternitatem.

Interea tamen providendum omnino videtur ne clerici tam grave detrimentum in anima propter dedecus characteris, in corpore propter famae laesionem, et in aere propter expensas et damna patiantur, nec minus inhibendum ne ullus Episcopus tanta facilitate expediat praecepta *de non conversando* contra Sacerdotes, nunquam vero contra Parochos, neque in ecclesiasticorum causis se conformare audeat dispositioni *Constitutionis* 161
Barbarinae diei 25. *Maii* 1641. pro tribunalis laicis non autem ecclesiasticis emanatae, itaut lata sententia condemnatoria praecipue pro delictis carnis contra quemlibet contumacem Sacerdotem eam in posterum ad tubae sonitum (prout in aliqua dioecesi servatur) publicare nequeat coram numeroso populo in publica platea civitatis cum nominatione sacerdotis condemnati et socii criminis, expressisque loco, tempore, ac omnibus etiam turpi-

bus circumstantiis, quibus commissum fuit delictum, non cooperiendo ad exemplum Constantini Imperatoria
162 toria delinquentem *Can. In scripturis 8. dist. 96.*, sed apud etiam de tali crimine non informatos atque pusillos deturpando sacrum illum characterem, sine quo nec ipse Episcopus cum potestate ordinis esse posset.

Eadem facilitate expediendi praecepta *de non conversando* Episcopi et judices ecclesiastici uti non debent contra puellas honestae familiae, etiam probato scandalo, siquidem reflectendum venit quod adversus illas pro simplici stupro
163 etiam indubitato *ex officio* procedi nequit ne ipsae earumque familiae infamentur, quodque eamdem irrogat infamiam praeceptum *de non*
164 *conversando*, quia carnale praesupponit commercium inter masculum
165 et foeminam reciprocam habentes consuetudinem, ideo adversus hujusmodi puellas procedi debet cum magna circumspectione, unde ego, quoties habui ad aures certas de scandalo probationes, antequam ordinarem super eodem scandalo confici processum, vocare consuevi puellae patrem, seu fratrem, vel patruum, aut, iis deficientibus, matrem eosque monui ut filiam, seu sororem, aut neptem cogerent ad honeste vivendum, praedictamque deserendam consuetudinem, eam namque infamiam, quae oriri non poterat ex praecepto, si illud non transmisissem (quod tamen durante contumacia transmittere coactus essem) ipsi nihilominus tacendo, vel negligendo, aut dissimulando, seu consentiendo, propter populi murmurationem, sibi componebant, etiamsi nullum in facto scandalum activum intervenisset. Cum qua paterna monitione fere semper intentum obtinui, quia vel ipsi curarunt quod talis consuetudo cessaret, vel quod inter filiam, seu sororem, aut neptem et virum frequentantem matrimonium celerius iniretur, et si aliquando ita procedendo nihil profeci, trina praemissa secreto monitione, probatoque scandalo, injunxi in abscondito praeceptum *de non conversando* soli viro, ut minus quam fieri posset honestas puellae laederetur.

Si vero puella erat plebeja ac infimae conditionis eamdem adhibui cautelam, licet enim probatum 166
sit scandalum, nihilominus non expedit neque his statim praeceptum transmittere, quia hujus generis foeminae cum uno tantum viro familiaritatem habentes, cum se vident tali praecepto pro impudicis coram populo publicatas, omnino penitus verecundiam amittunt et non semel post praeceptum 167
praegnantes evadunt, quibus praecipue convenit exprobratio *Propert. lib. 3. de mulier. incontin. Eleg. 18.*

Vos, ubi contempti rupistis frena pudoris,
Nescitis captae mentis habere modum

— quod si talis cautela inutilis fuit, praemissis, ut supra, monitionibus utique eidem praeceptum transmisi; sed praedictam non adhibui cautelam, sed trinam tantummodo praecedentem monitionem, quoties puella erat filia matris inhonestae, 168

quia malae soboles malorum parentum actionem imitantur *D. Gregor. homil.* 20. *in Evangel. ante med.* juxta illud

Saepe solet filius similis esse patri

unde et ipsa inhonesta praesumitur *Cephal. cons.* 140. *num.* 3., *Boss. in prax. tit. de plurib. violent. n.* 68. *in fin.*, *Farinacc. cons.* 24. *n.* 15. *et quaest.* 136. *n.* 99. ex rationibus per me adductis in *Vot.* 6. *n.* 44. 67. *et seqq. de Sponsal. filiorumfam.* ut enim ait *Horat. Ode* 4. *lib.* 4.

Nec imbellem feroces
Progenerant aquilae columbam

— ideoque illi se stupratam fuisse asserenti, nec etiam concurrentibus adminiculis, aliqua adhibetur fides
169 ut faciat indicium ad inquirendum
Menoch. de arbitr. cas. 474. *n.* 54., *Farinacc. quaest.* 43. *n.* 178. *et cons.* 80. *num.* 23. *lib.* 1., *Eugen. cons.* 76. *n.* 95. *vol.* 1., in puncto *Conciol. resolut. crim. verb. Stuprum resolut.* 2. *num.* 5. *et allegat.* 98. *n.* 18. *et seq.* dummodo tamen inhonestas matris sit inhonestas
170 meretricia *Cap. Si gens anglorum* 9. *dist.* 56. = ibi = *De tali commixtione meretricum aestimandum est degeneres populos et ignobiles et furentes libidine fore procreandos* = non autem inhonestas simplex, veluti si semel vel bis cum uno aut altero viro inhonestatem exercuerit in occulto, hujusmodi namque foeminae, quae meretricio more non vivunt nec publicas inho-
171 nestates committunt, inhonestae non
reputantur *Farinacc. quaest.* 145. *n.* 159. *et seqq. et cons.* 33. *n.* 10., *Boss. in prax. tit. de rapt. mulier. n.* 10., *Decian. tract. crim. lib.* 8. *cap.* 7. *n.* 12.; adeout nec etiam leges privantes dote mulieres luxuriose viventes, illas quoque com- 172
prebendant *Raynald. in supplement. ad observat. crimin. supplet.* 2. *ad cap.* 28. *n.* 1. *et seqq. tom.* 4., *Ursaya Instit. Crimin. lib.* 2. *tit.* 7. *de crimin. vis publicae et privatae n.* 21. quamvis contrarium sentiat *Monacell. in Formular. tom.* 1. *tit.* 10. *annot. ad formul.* 19. *num.* 3. *et* 4. cujus opinioni praevalere videtur *Raynald. et Ursayae* opinio ex ratione quam afferunt nimirum, quia statim ac istae foeminae ab amasio sunt desponsatae omnis praecedens macula sublata censetur, et quia mulier quae affectu maritali passa fuit se cognosci carnaliter ab amasio, inhonesta dici non possit. Secus tamen si puella post occultam deflorationem dotem ex dispositione testatoris solis virginibus debitam obtinuerit, eam namque in praejudicium alterius puellae, quae vere sit virgo, retinere non posse sed restitutioni obligata esse videtur; ne tamen maculam quae est occulta in sui detrimentum publicare cogatur recurrere poterit ad Card. Majorem Poenitentiarum, cui INNOCENTIUS XII. in sua *Constitut. diei* 9. *Septembr.* 1692. super facultatibus ejusdem majoris poenitentiarii emanata ita specialiter indulsit = ibi = *Cum puellis, quae virgines non sunt et dotes petunt, seu obtinuerunt a confraternitatibus, aut aliis locis, vel*

*dispositionibus piis, quibus injun-
ctum est ut alias virginibus tan-
tum dent seu distribuant, in oc-
cultis et in foro conscientiae tan-
tum, quatenus illae in posterum
honeste vivant, facultatem habeat
dispensandi* =.

Quando demum foeminae sunt
conjugatae, major esse debet judicis
173 circumspectio, et quemadmodum
nec pro adulterio, nisi sit publicum
et notorium et conjugi innocenti
cognitum, *ex officio* procedi po-
test ut *supra num.* 34. *et* 36., ita
pro prava consuetudine conjugatae
absque prudenti consilio cautela et
circumspectione ad praecepti tran-
smissionem deveniri non debet, ne
inter maritum et uxorem deterio-
res sequantur exitus et ne prae-
beatur saltem occasio divortii, ma-
xime quando agitur de dicto aut
auditu incerto vel affectato pauco-
rum pravae qualitatis hominum,
quorum procacitate legitima non
174 sunt foedanda connubia *leg. Quam-
vis* 30. *Cod. Ad leg. Jul. de adul-
ter., Caranz. de Syndicat. par.* 2.
num. 49., *Hect. Felic. allegat.* 111.
num. 7. *et allegat.* 114. *num.* 1.,
Farinacc. quaest. 141. *num.* 44.,
Matth. et Sanz. de re crim. lib. 48.
tit. 3. *cap.* 4. *num.* 11., *Sanfelic.
dec.* 350. *n.* 5. *et* 6., et si constet
concludenter de scandalo adhuc
175 servanda erit regula tradita a *Ray-
naldo* de qua *supra n.* 40.

Quod si constito de publica
diffamatione, justificato insubsisten-
tibus sed apparenter concludenti-
bus probationibus, publico scandalo
et praemissis tribus monitionibus
judex cum jurisdictione, aut his
monitionibus neglectis sine jurisdi-
ctione praeceptum *de non conver-
sando* expedierit et praeceptatus se
innocentem et calumniatum esse
probaverit, praeceptum est ab eo-
dem judice revocandum, eoque re-
nuente, ad tramites *Benedictinae
constitutionis* incipien. = *Justitiae
gladium loc. cit.* = ad judicem su- 176
periorem pro obtinenda justitia re-
currere non impeditur = ibi = *Che
se mai alcuno dei precettati giusti-
ficherà d'essere innocente, non solo
debba cancellarsi il precetto o in
tutto gratis, o al più con soli tre
paoli e non più per il decreto di
cancellazione, ma in oltre resti al
medesimo l'arbitrio di convenire i
suoi calunniatori e quando mai dal
giudice, da cui è stato precettato,
se gli negasse*, o *ritardasse la giu-
stizia, possa ricorrere a giudici
superiori, per ottenere la revoca-
zione, servando però intatto il pre-
cetto, che gli è stato fatto* = ubi
notanda est ea expressa conditio
= *servando però intatto il precetto
che gli è stato fatto* = quae pro-
culdubio declarat noluisse legisla-
torem quod, pendente appellatione
seu recursu super praecepti revoca-
tione, praeceptatus in carceribus
retineatur, alias superflua fuisset, 177
quia in carceribus detentus etiam
absque tali conditione, illud perne-
cesse servare deberet, cum carce-
ratus sit ab hominum consortio se-
junctus. Et hoc etiam procedere te-
neo, quando praeceptatus fuit ob
praecepti transgressionem carceri-
bus mancipatus, a quibus per ju-
dicem recursus est illico dimitten-
dus et habilitandus, quatenus ex

Digitized by Google

actis constet praeceptum esse nullum, vel quia fuerit expeditum sine probatione diffamationis et scandali aut sub depositione testium non integrae fidei, qui plures patiantur exceptiones, aut tribus non praemissis monitionibus, in hisce namque casibus, praeceptum, ut probavi, non ligat et impune sperni potest.

Nec etiam ligare sed impune sperni posse arbitror praeceptum de
178 non conversaudo neque loquendo addita clausula = *nec etiam sub specie boni* = maxime si fuerit sic allocutio interdicta inter sacerdotem et mulierem, cui proinde sacerdos in casu necessitatis et repentini accidentis nec sacramentum poenitentiae in defectu aliorum sacerdotum ministrare posset, quod esset iniquum. Si vero mulier publicam alicujus artis apothecam haberet et cum ea praeceptatus publice et palam ab illa merces emere prohiberetur, hoc inhumanum esse
179 ab ipsis Turcis existimatur, ut refert *Jacobus Soranza* orator Venetus in manuscripta relatione suae legationis Costantinopoli expletae *anno* 1570. his praecisis verbis = *Rispetto alle botteghe de' negozj e manifatture sono così sacrosante che è per legge di natura osservato inviolabilmente che a niuno chicchesia possa vietarsi l' ingresso e il trattenersi in esse, perchè nè anche il Prencipe Supremo può con giusto titolo impedire la pubblica negoziazione in tal maniera, che se dal bottegajo si ritenesse in essa bottega per concubina una donna, ed entrasse in essa il fù marito della medesima, che la rifiutò e che perciò restano dalla lor legge precettati di non conversare, con tutto ciò la giustizia non può procedere contro di loro, benchè parlassero insieme, perchè si trovano in luogo publico e in conseguenza in sito dove non è credibile il congiungimento e la frattura del precetto. Ma perchè anche in quei paesi vi sono genti viziose, poco vi mancò che io non mi vedessi nel cimento di sostenere un' impegno per il mio schiavo, che entrato in una bottega, dove stava per concubina una stata prima sua moglie e dal medesimo rifiutata e precettata dal fisco, fù per invidia fatta carcerare la donna ed il bottegajo sotto pretesto di frattura di precetto; avendo però lasciato il mio schiavo; per esser mio; ma dovendo questo difendere il suo onore e quello della sua donna, m' obbligò a far ricorso ad Amurat, quale subito sentenziò a favor loro, condannando l' invidioso insidiatore nella pena di* 100. *pezze e dichiarando che le botteghe son pubbliche a chicchesia e che il Visirre non può obbligare alcuno servirsi più d' una che d' un' altra bottega sotto pretesto di precetto* =.

Statuitur praeterea in eadem pontificia *Constitutione loc. citat.* quod probata contraventione praecepti, vir transgressor condemnetur in poenam exilii aut in aliam in 180
praecepto comminatam = ibi = *Provata che sia la controvenzione, s' eseguisca contro l' uomo la pena dell' esilio o altra pena comminata nel precetto, quale non possa mai commutarsi in pena pecuniaria*

senza nostro special rescritto e de' nostri successori =. Poena autem in praecepto expresse comminata apud aliqua tribunalia solet esse non exilium, ut supponere eadem *Constitutio* videtur, sed gravissima poena triremium ad quinquennium, quam si judex comminetur ad terrorem nullum gravamen inducit — si vero comminetur et deinde probata transgressione judex illam suo decreto seu sententia exequi mandet, talis poena exorbitans esse videtur et consequenter injusta neque commensurata delicto prout esse deberet *Francisc. Cosci* seu *Decan. Senens. in Cap. Cognoscentes num.* 4. 5. *De Constitut.* Siquidem pro adulterio concludenter probato vir adulter etiam in Tribunali E.mi Urbis Vicarii nonnisi in eamdem poenam triremium ad quiuquennium con-
181 demnatur *Raynald. observat. crim. cap.* 23. § 4. 5. *et* 6. *num.* 34; solutus vero, qui solutam defloravit et deflorasse probatur, vel nullam poenam ultra dotem, vel solam
182 pecuniariam aut ad summum exilii pati cogitur *Matth. et Saz. de re crim. contr.* 51. *n.* 7., *Carpzov. pract. crim. par.* 2. *quaest.* 69. *ex num.* 51. *et quaest.* 75. *num.* 65. *et seqq., Gutier. quaest. can. lib.* 1. *quaest.* 37. *num.* 11., *Sabell. in pract. crim.* § *Stupro num.* 18. *et in Summ.* § *Stuprum sub num.* 6. *vers. Florentiae, De Comit. dec. Florent.* 40. § *unic. num.* 10. *et seqq.* Cur ergo eamdem gravissimam et ignominiosam poenam triremium subire debet praeceptatus, si sit uxoratus, pro solis cum particulari foemina sibi interdictis allocutionibus, quae adulterio aequiparari non
possunt nec a longe actuale adul- 183
terium inducunt? Quanam ratione eidem poenae et infamiae obnoxius esse debet praeceptatus liber et solutus pro solis cum soluta habitis verbis, quae non aequivalent stupro (quod ultra dotem tanta poena minime punitur) et puellae florem virginitatis si virgo sit intactum
relinquunt? In tanta profecto deli- 184
ctorum disparitate cum aequalitate tamen poenae quoad praecepti contraventionem; nonnisi ejusdem poenae exorbitantia et injustitia detestanda videtur pro qua judex nul-
lam meretur excusationem; et que- 185
madmodum pro denegata revocatione praecepti datur recursus seu appellatio, ita pro evitanda executione hujus exorbitantis poenae, ob praecepti transgressionem, appella-
tionem esse concedendam firmiter 186
teneo propter gravamen irreparabile.

Nec judex *a quo* segre ferre debet quod appellatio in utroque casu
concedatur, nam potius *bonus judex* 187
gaudet de appellatione quia, si bene judicavit, gaudet de sui judicati confirmatione, et si judex *ad quem* illud ex ignorantia vel malitia non confirmat, cum ad tramites juris confirmari mereretur, nihil de ejus culpa participat; — si vero male judicavit, cum bene judicare putaret, gaudet de ejusdem sui judicati infirmatione, quodque suus error emendetur ut jus suum unicuique tribuatur. Sed, si nititur impedire
per fas et nefas appellationem, 188
ostendit non ignorare se male ju-

dicasse, nec velle ut, examinata iterum causa a judice appellationis, appellans ab eo condemnatus absolvatur, sed cum executione sui judicati sive justi sive injusti poenam, in quam illum ira potius quam ratione ductus condemnavit, omnino subire cogatur.

Ad impediendam tamen appellationem aliquis Ordinarius in actu visitationis abutitur potestate aeconomica seu epicheja, cum ex informata conscientia et ex abrupto clerico vel mulieri sive nuptae sive innuptae verbale praeceptum expedit de non conversando sub poena carcerationis, aliisque arbitrio etc., quod non ligat seu saltem contra illud competit appellatio.; — tum quia nec ipse Supremus Princeps epicheja uti potest nisi prius habuerit extrajudicialiter ad aures eas ipsas probationes, quae in judicium deductae delictum plene concluderent *Cresp. de Valdaur. observat.* 3. *num.* 1. 6. *et* 7. *et seqq.*, *Matthaeu et Sanz de re crimin. contr.* 21. *num.* 53. *et* 54. cum aliis relatis a *Raynald. Observat. crim. in Proaem.* § 6. *num.* 39. *et seqq.*; — tum quia praecedere semper debet cognitio causae et trina monitio *ex juribus desuper allatis*; — tum demum quia hodie ad evitandas oppressiones usu receptum est quod nec etiam in visitatione pro morum quoque correctione Ordinarii visitatores absque ulla figura judicii procedere valent, sed processus cum terminis licet brevioribus conficere tenentur *Raynald. Observat. crimin. in supplem. ad cap.* 32. *supplet.* 3. *sub n.* 152. *vers. Hodie et n.* 155.

Quod autem dixi circa necessitatem trinae monitionis ut judex cum jurisdictione pro adulterii delicto *ex officio* procedere valeat, non extenditur quidem ad casum quo judex procedat ad querelam partis, et signanter ad casum quo agatur de separatione tori. Quoad actionem enim conjugi innocenti competentem pro tori separatione non est necesse, nec quod monitiones aut praecepta praecedant, 189
nec quod praedictae cautelae adhibeantur, sed semper et quandocumque promota fuerit civiliter instantia pro separatione tori propter adulterium, atque de illo constiterit, non solum conjux innocens adultero conjugale debitum 190
reddere non tenetur *S. Matt. cap.* 5. *vers.* 32., *Navarr. in Manual. cap.* 22. *num.* 23.; verum etiam fit inde locus executioni dispositionis sacrorum canonum qui, ad occurrendum scandalis atque peccatis, ex *Evangelio* provide statuerunt ut solum adulterium de per 191
se justam praebeat causam divortio *Cap. Significasti* 4. *De divort. Cap. Ex parte* 9. *vers. Si qua igitur de Sponsal.*, quod et cautum habemus de jure civili ad *Text.* in 192
L. Consensu 8. § *Si qua igitur Cod. de repud.* et tradunt *Paris cons.* 54. *num.* 42. *in princ. vol.* 4., *Farinacc. quaest.* 143. § *Separatio Tori a n.* 9. *ad* 24., *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 13. *n.* 2., *Rot. dec.* 441. *n.* 1. *par.* 1. *et decis.* 202. *n.* 8., *et dec.* 239. *n.* 2. *par.* 6., *et dec.* 337. *n.* 1. *par.* 12., *et decis.* 115. *n.* 4., *et decis.* 818. *n.* 2. *par.* 18. *recen.*, *et coram Pen.*

dec. 1018. *in princ.*, *et cor. Seraphin. dec.* 226. *n.* 1. *et* 2.

Maxime si conjux innocens
193 adversus alterum criminale judi-
cium instituerit, aut etiam in ju-
dicio civili alter alterius adulteria,
delicta, malosque mores detexerit,
aut alter alterum calumniatus fue-
rit *Cyriac. contr.* 173. *n.* 1. *et* 8.
tom. 1., *Trivisan. dec.* 45. *sub*
n. 9. *et n.* 13., *et dec.* 61. *per tot.*
lib. 1., *Rot. dec.* 706. *n.* 1. *par.* 1.
et dec. 328. *n.* 1. *et* 2. *par.* 13.
recen., *et in Posnanien. Separatio-*
nis Tori 14. *Maii* 1728. § *Ratio*
sic decidendi cor. Card. Cinc., *et*
in Romana Separationis Tori 10.
Januar. 1735. § *fin. cor. De Vais*
= ibi = *Potissimum cum in*
longo, *acrique processu hujus li-*
tis nec maritus cessaverit ab inse-
ctando uxorem, *eamque calum-*
niando, *et uxor maxima cum*
laesione boni nominis viri detexerit
ejus malos mores et nequitiam
usque ad objectionem criminis le-
nocinii et falsitatis commissae lite
pendente. Inde enim praesumitur
exarsisse inter ipsos acerbiora odia
et implacabiles inimicitias etc.,
adeoque haec sola causa sufficе-
ret ad tori separationem ne alias
luctuosior sit reditus quam di-
scessus =.

At his etiam non concurrenti-
194 bus pro perpetua separatione tori
sufficit solum adulterium ex juribus
desuper allatis.

Dixi supra *num.* 30. quod in
195 causa separationis tori propter adul-
terium judex privativus est judex
ecclesiasticus, quod et iterum con-
firmo non solum in casu adulterii
sed etiam in quocumque casu in
quo de tori separatione sit agen-
dum. At si infideles, catholicis prin-
cipibus subjecti, prout sunt judaei,
divortium petant ratione adulterii
aut saevitiarum, tunc non judex
ecclesiasticus erit competens, quia
ipsi sacris canonibus in spirituali- 196
bus et sacramentalibus non subji-
ciuntur *Cap Gaudemus* 8. *De di-*
vort. Glos. in Clement. 1. *verb.*
Principum De testib., sed judex
laicus tum quia eorum connubium
est contractus mere temporalis, cu-
jus cognitio ad judicem laicum per-
tinere debet, tum quia divortium
ex praedictis causis statutum est
non tantum de jure canonico sed
et de jure communi Romanorum
ut colligitur ex *Text in Auth. De*
nuptiis § *Mitiores vers. Si igitur*
mulier tale aliquid, *et in L. con-*
sensu 8. *Cod. de repud. et alibi*,
cui regulariter judaei ligantur *L.* 197
Nemo judaeorum 6., *L. judaei com-*
muni Romano 7., *L. Nemo externus* 8.
Cod. de judaeis.

Sed si inter fidelem conversum
ad fidem et conjugem infidelem,
adhuc in infidelitate manentem,
causa divortii si agitanda, ita di-
stinguendum erit — aut infidelis est
actor, qui scilicet agat ad divor-
tium vel ad nullitatem matrimo-
nii, et hic fidelem convenire tene-
tur coram judice ecclesiastico, qui
in causa matrimoniali competens 198
est judex fidelium; — aut fidelis est
actor et ipse infidelem coram judice 199
laico, qui ejus est competens judex,
convenire debet, ex regula juris,
quod in utroque casu est servanda,
quod actor nempe tenetur sequi 200

Digitized by Google

forum rei *Cap. Si clericus* 5., *Cap. Cum sit generale* 8. *de Foro competen.*, *L. Quia etiam* 3. *ff. de aliena judic. mutand.*, *Leg. in criminali* 5. *Cod. de Jurisd. omn. Judic.*, *L. ultim. Cod. Ubi in rem act.*

CAP. XIV.

Quomodo probari possit adulterium ad effectum Separationis Tori, et an ad illud probandum admitti possint testes minus idonei et singulares.

SUMMARIUM.

1 Adulterium non probatur per testes de visu.
2 Testis deponens directe de visu copulae est falsus.
3 Copula non cadit immediate sub sensu testis,
4 Sed mediantibus actibus ad copulae effectum ordinatis.
5 Qui sunt a teste probandi, ut ex illis copulae probatio formata dicatur.
6 Adulterium probatur per indicia, praesumptiones et conjecturas.
7 Maxime quando non agitur criminaliter ad poenam, sed ad effectum separationis tori.
8 Licet materia hujus separationis dicatur gravis et ardua,
9 Adhuc leviores adulterii probationes ad id sufficiunt *et num.* 79.
10 Amicitia et prava consuetudo viri cum muliere copulae praesumptionem inducit;
11 Item nocturnae cum eadem deambulationes per civitatem, ad vineas, seu theatra,
12 In publicis cauponis cum ipsa coenae et convivia,
13 Amor viri erga amasiam, seu uxoris erga amasium, salutationes et alia signa benevolentiae,
14 Odium uxoris erga virum, seu viri erga uxorem,
15 Imprecationes contra auctorem matrimonii.
Amor est praecipua adulterii causa.
Pulchritudo mulieris accendit in viris amorem atque libidinem, *ibid.*
16 Zeleucus Locrensis sancivit ut oculi adulteris eruerentur.
17 Item alimenta per virum amasiae praestita.
18 Impudici sermones inter amasium et amasiam et secreta allocutio in loco et horis ad fornicationem commodis.
19 Pectoris foeminae tactus, amplexus et oscula,
20 Quae nihil detrahunt pudicitiae, si rapta sint ab invita,
21 Secus si fuerint voluntaria, et tactus libenter admissi.
22 Praesumptio adulterii ex his actibus resultans sufficit pro tori separatione.
23 Imo solus tactus mammillarum,
24 Item uxoris pernoctatio extra domum sine venia et consensu viri.

Digitized by Google

Ejus conversatio cum lenis seu lenonibus *ibid.*

25 Frequentes accessus adulteri de nocte et commorationes, clauso ostio, in domo adulterae.
Si juvenis deprehensus ibi fuerit et pulchra sit mulier *ibid.*

26 Traductio adulterae ad domum adulteri et in cubiculo suae dormitionis, clausis januis, retentae.

27 Attestatio mediatoris adulterii, cui est deferendum, et quare.

28 Inventio mulieris in cubiculo, januis clausis, cum viro despectorato, caligisque solutis;
Vel si illa ex eo egrediatur cum rubore faciei, solutoque crine *ibid.*

29 Inventio amasii cum amasia in eodem lecto cubantis, aut in actu copulae.

30 Quod, junctis adminiculis, unicus testis plene probat.

31 Plus valet dictum unius testis de visu, quam dictum plurium testium de auditu.

32 Testis omni exceptione major ad hoc requiritur, si plena adulterii probatio super ejus depositione de visu tantum innitatur.

33 Si cum ejus dicto conjecturae admodum leves concurrant.

34 Si agatur de probando adulterio pro declarando matrimonio nullo aut criminaliter puniendo.

35 Secus quando agitur tantum civiliter ad tori separationem, et dictum testis aliae probationes coadjuvant.

36 Etsi testis sit unicus et vilis probat copulam, dummodo urgentes conjecturae concurrant.

37 Testes viles, impuberes, familiares et inabiles admittuntur ubi personae nobiles et integrae famae haberi non possunt.

38 Viles ac minus honestae personae probant deponentes se vidisse virum cum muliere in loco ad copulam apto, solum cum sola luctantem, nudum cum nuda jacentem, vel in abdita secedentem et per actus inhonestos ad copulam dispositum.

39 Item adulterium probat amasiae confessio etiam extrajudicialis in hac materia, in qua caute loqui solet.

40 Quamvis sit socia criminis praesertim concurrentibus adminiculis *et n.* 42.

41 In criminibus, quae occulte committi solent, socius interrogari potest de socio,

43 Et probat licet sit meretrix,

44 Et infamis et vilis, quia deponens de facto proprio contra alium facit semiplenam probationem, junctisque adminiculis plene probat.

45 Certius si confessio etiam amasii concurrat sive verbalis, sive per alterum ex eis in literis expressa *ibid.*

46 Item probat adulterium confessio conjugis adulteri ad effectum separationis tori neque per suggestionem, neque per collusionem emissa.
Secus ad effectum dissolutionis vinculi matrimonialis *ibid.*

Digitized by Google

47 Item suscepta proles ex damnato coitu cum amasia.

48 Eorum annotatio in libro, in quo publici concubinarii describuntur.

49 Monitiones eisdem factae, quibus spretis, fuerint per sententiam excommunicati et cedulones affixi.

50 Publica vox et fama.

51 Causa separationis tori agitata propter viri adulterium in Urbe.

52 Praegnantia mulieris viduae per ventris tumescentiam probatur *et num.* 57.

53 Maxime si ope adulteri e propria domo fugam arripiat et alibi latitet, ne ad tribunal adducatur, ab obstetricibus visitetur et auctorem praegnantiae fateatur *et num.* 57. 59. 60.

54 Si requirat locum immunem ad pariendum *et n.* 62.

55 Si ventre non amplius tumescente, omni timore deposito, ad proprios lares revertatur *et num.* 57. 63.

56 Si adulter auctor praegnantiae cursum processus criminalis adversum illum ad instantiam uxoris instructi retardet *et num.* 64.

58 Auctor praegnantiae praesumitur qui solus mulieris conversationem frequentavit,

61 Eamque latitantem visitavit.

65 Hae conjecturae sufficiunt ad tori separationem.

66 Potissimum si praesumptus auctor praegnantiae malis artibus extorserit attestationem falsam, ut de subornatione testium propriam calumniaretur uxorem *et num.* 67. 68.

69 Si testem deponentem de ejus prava consuetudine cum muliere praegnante minis et terroribus ad se retractandum induxerit *et n. seqq.*

70 Haec tamen retractatio fidem non adimit priori attestationi aliis attestationibus et adminiculis fulcitae.

71 Attenditur primum dictum testis, non autem secundum priori contrarium, quod ex vi et metu emanasse praesumitur.

73 Si insuper exhibuerit falsas attestationes cum supplantatis subscriptionibus nomine testium, qui nunquam eas subscripserunt *et num.* 74.

75 Quae falsitates cogere debent judicem ad concedendam petitam ab uxore separationem.

76 Auctores harum falsitatum tamquam fures, latrones et raptores gravissima poena sunt puniendi.

77 Singularitas testium fidem eis non minuit, si non sit obstativa,

78 Et agatur de actibus natura sua reiterabilibus.

80 Testes etiam singulares probant adulterium:

81 Etiam quando proceditur criminaliter.

82 Certius quando agitur ad tori separationem.

83 Ad hoc sufficit violenta praesumptio vel ex fama,

84 Vel ex dicto testis deponentis de scientia et fama cum al-

Digitized by Google

tero teste deponente de fama tantum,

85 Aut de actibus proximis ad copulam.

86 Quia concludens probatio non est necessaria.

87 Inutile est in his casibus objicere singularitatem testium.

88 Probant testes de auditu quando major numerus de visu deponit.

89 Depositio testis defuncti, quamvis non jurata, probat.

90 Nulla adest implicantia si omnes testes deponant de publica voce et fama, aliqui vero de actibus etiam qui fuerunt occulti et ad copulam magis proximi.

1 Adulterium probari nequit
per testes de visu, itaut si testis
2 deponeret directe de visu copulae
esset falsus, seu de falso suspectus
Farinacc. quaest. 136. *num.* 56.,
cum enim copula carnalis et venerea maris et foeminae conjunctio
3 sit actus, qui non cadit immediate
sub sensu testis sed mediate, nimirum mediantibus aliquibus actibus ad illum finem, copulaeque effectum ordinatis,
4 fectum ordinatis, hujusmodi proinde
tantum media, sive actus a teste
sunt probandi, ut ex illis copulae
5 probatio formata dicatur *Scacc. de Sent. et Rejudic. gloss.* 14. *quaest.* 2. *num.* 17. *et seq.*, *Card. de Luc. de Matrim. disc.* 13. *n.* 3., *Basilic. dec.* 15. *n.* 37. *et seqq.*, *Chartar. dec.* 49. *n.* 46., *Rot. dec.* 95. *n.* 12. *et seq. par.* 2. *divers.*

Qui actus nil aliud sunt quam indicia, praesumptiones et conjecturae per causas extrinsecas, ex
quibus adulterium in specie satis 6
probari habetur ex *Text.* in *Cap. Praeterea* 27., ubi DD. *De testib. Mascard. de probat. conclus.* 65. *n.* 10., *et conclus.* 452. *n.* 1. *et seqq.*, *Farinacc. quaest.* 143. *n.* 10., *Roland. cons.* 50. *n.* 2. *et seqq. lib.* 1., *Rot. dec.* 239. *n.* 21. *et seqq. par.* 6., *et dec.* 818. *n.* 8. *par.* 18. *tom.* 2. *recen.*, *et decis.* 32. *n.* 2., *et decis.* 35. *n.* 7. post 2. *vol. cons. Farinacc.*

Quod multo magis procedit quando non agitur criminaliter ad
poenam, sed ad effectum separatio- 7
nis tori *Rot. d. dec.* 818. *n.* 3. *par.* 18. *tom.* 2., *recen.* = ibi = *Ubi non agitur de adulteris criminaliter ad effectum infligendi poenam adultero, sed solum civiliter*
ad separationem tori, licet materia 8
dicatur gravis et ardua, nihilominus omnes Doctores conveniunt quod leviores probationes sufficiunt, quodque ad istum effectum 9
lex adulterii probationes admittit per conjecturas, praesumptiones et adminicula ut ponderant Farinacc. etc. =.

Hinc amicitia et prava consuetudo viri cum aliqua muliere adul- 10
terii seu carnalis copulae praesumptionem inducit *Innoc. in d. Cap. Praeterea* 27. *in fin. de testib.*, *Menoch. cons.* 31. *n.* 21., *Bertazzol. cons.* 273. *n.* 12., *Farinacc. cons.* 190. *n.* 6. *lib.* 2. *et quaest.* 136. *n.* 113., *Chartar. dec.* 43. *n.* 8., *Rot. in Colonien. Matrimonii* 1. *Julii* 1697. § *Sed probatio cor. Molines.*

Quam pravam fuisse consuetudinem ostendunt nocturnae cum

Digitized by Google

eadem muliere deambulationes per
11 civitatem et ejusdem associatio ad vineas seu theatra *Mascard. de probat. conclus.* 61. *n.* 1., *Conciol. Resolut. Crim. verb.*, *Stuprum resolut.* 3. *n.* 3., *Andreol. controv.* 336. *sub n.* 21., *Chartar. d. decis.* 43., *sub num.* 9., *Rot. cor. Otthobon. dec.* 262. *num.* 13.

In publicis cauponis cum ipsa
12 coenae et convivia *Gloss. in L. Quod ait lex* 23. *in princ. verb. In ipsis rebus ff. Ad leg. Jul. de adulter.*, *Salycet. in l. Consensu* 8. *Cod. de repud.*, *Blanc. de indic. n.* 69., *Farinacc. quaest.* 136. *n.* 124., *Chartar. dec.* 43. *num.* 12., et confert *Rot. in Majoricen. Sponsalium* 6. *Martii* 1752. § *Plurimum cor. Amadeo et* in ejus confirmatoria *diei* 9. *Aprilis* 1753. § *Maximum vers. Ipsa enim cor. Card. Buss.* relat. post *mea Vot. de Sponsal. Filiorumfam. dec.* 12. *num.* 11. *et dec.* 14. *num.* 9.

Amor et propensio viri erga amasiam seu uxoris erga amasium *Farinacc. quaest.* 136. *num.* 128. *Rot. dec.* 95. *num.* 6. *par.* 2. *divers.* — salutationes et alia signa
13 benevolentiae et amoris — alienatio animi et odium uxoris erga virum,
14 seu viri erga uxorem — imprecationes contra auctorem matrimonii inter eos contracti *Rot. decis.* 337. *num.* 11. *et* 19. *par.* 12. *recen.*, quae sunt omnes consequentiae impudici amoris erga amasium sive amasiam, nam amor est unica
15 hujus criminis causa ut *D. Augustin. in Praefat. in Psalm.* 31. recte considerat = ibi = *Flagitia, adulteria, luxurias omnes nonne operatur amor?* =.

Maxime si concurrat in muliere pulchritudinis praerogativa, quae, ut notavi in *Cap.* 16. *num.* 212. *et seqq. lib.* 1., accendit in viris amorem atque libidinem, eoque magis si gemmis pretiosisque vestibus sit ornata, ac etiam ad incautos descipiendum aut fictitia coma, aut ad faciendos flavos capillos, quos ei tales natura minime dedit, pharmacis utatur, quibus tamen foemina uti non auderet si audire posset *Galen.* qui *lib.* 1. *Catatop. cap.* 3. ita dicit = *Non solum in periculo versatas saepe scio foeminas, sed mortuas ex refrigeratione capitis per hujusmodi pharmaca inducta, idest pro capillorum tinctura inducta. Laesio autem eis maxime accidit, aliquando quidem in stuporem attonitam, aut comitialem, aut veternum, aut soporem profundiorem, aut animi apprehensionem, catalepsim a graecis appellatam, dilabentibus, aliquando vero destillationibus solutu difficillimis capiuntur et antequam solvantur, pulmones male habere incipiant, exindeque tabes consequantur* =.

Sed nec ipsae hujusmodi gravissima pericula praevident, nec viri quandoque similibus artificiis se decipi noscunt, ac parvipendunt monitum *Ecclesiastici cap.* 9. *vers.* 8. *et seq.* = ibi = *Averte faciem tuam a muliere compta etc. propter speciem mulieris multi perierunt et ex hoc concupiscentia quasi ignis exardescit.* = Hinc mulierum pulchritudo fuit funestissima causa diluvii universalis *Genes. cap.* 6. *vers.* 2. *et* 12. = ibi = *Videntes*

Digitized by Google

Filii Dei filias hominum quod essent pulchrae etc. omnis caro corruperat viam suam =; pulchritudo Dinae filiae patriarchae Jacob sola fuit occasio mortis Sichem et Hemor illius patris, necnon totius eorum civitatis destructio *Genes. cap.* 34. *vers.* 25. *et seqq.* = ibi = *Et ecce die tertio etc. arreptis duo filii Jacob, Simeon et Levi fratres Dinae, gladiis ingressi sunt urbem confidenter, interfectis omnibus masculis, Stemor et Sichem pariter necaverunt, tollentes Dinam de domu Sichem sororem suam. Quibus egressis irruerunt super occisos caeteri filii Jacob, et depopulati sunt urbem in ultionem stupri* =; mulierum Moabitarum pulchritudo provocavit iram Dei super populum israeliticum *Num. cap.* 25. *vers.* 1. *et seqq.* = ibi = *Morabatur autem eo tempore Israel in Settim et fornicatus est populus cum filiabus Moab, quae vocaverunt eos ad sacrificia sua. At illi comederunt et adoraverunt Deos earum etc. et iratus Dominus ait ad Moysen — tolle cunctos principes populi et suspende eos contra solem in patibulis* =; quisnam reddidit David adulterum et homicidam, nisi Betsabeae pulchritudo? *Reg. lib.* 2. *cap.* 11.—quis fortissimi Sampsonis vires fregit, nisi pulchritudo infidelis Dalilae? *Judic. cap.* 16.;— quis impulit sapientissimum Salomonem ut templa suarum concubinarum idolis erigeret, nisi earumdem pulchritudo? *lib.* 3. *Reg. cap.* 11.

Et si prophanis historiis fides est adhibenda, quot viri fortes in bello qui subjugarunt regna et imperia a mulieris pulchritudine se tandem victos esse noverunt? — nonne ob Helenae pulchritudinem tot viri occisi fuerunt et Troja consumpta? *Sue. Tranq. Eutop. Diod. Sic. Her. Pomp. Ann. Ait. Herodotus* — nonne Caesar, victo cum laude et fama Pompejo, victus deinde a pulchritudine Cleopatrae remansit? — nonne in hanc eamdem retem Marcum Antonium incidisse narratur? — nonne demum, pluribus aliis omissis, Hercules post tot praeclara ejus facinora, postquam tot monstra domavit, ita servus pulchritudinis Onfalis evasit ut muliebri veste indutus inter mulieres commorari non erubuerit, ibique ejus digiti apprehenderunt fusum, filumque duxerunt ut sexum magis simularet, suumque obtineret intentum?

Verum quia venustas et pulchritudo est objectum, causa vero principalis carnalis concupiscentiae sunt oculi, ideo Zeleucus Locrensis expressa lege sancivit ut oculi, 16
per quos amor se in cor hominis insinuat, adulteris eruerentur.

Adulterii quoque praesumptionem praebet quotidiana seu frequens alimentorum praestatio per 17
virum amasiae continuata *Bertazzol. cons.* 273. *num.* 13. *tom.* 2., *Farinacc. quaest.* 136. *num.* 123., *Rot. dec.* 801. *num.* 11. *vers. Et praestita par.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Impudici, obscenique sermones inter amasium et amasiam, eo- 18
rumque secreta allocutio et confabulatio in loco et horis ad fornicationem commodis *Innoc. in Cap.*

Praeterea in fin. De testib. gloss. in L. Qnod ait lex 23. *verb. In ipsis rebus ff. ad leg. Jul. de adulter., Ferret. cons.* 168. *num.* 4. *et cons.* 389. *num.* 9., *Mascard. de probat. conclus.* 64. *num.* 11. *tom.* 1., *Farinacc. quaest.* 136. *num.* 113. *et seq. et num.* 143. *et seqq., Marc. dec.* 897. *num.* 10. *par.* 1., potissimum si praecesserit trina monitio ne unus cum altera loqueretur *Menoch. de Praesumpt. lib.* 5. *praesumpt.* 41. *num.* 9. *et seq.*, *Farinacc. loc. cit. n.* 115. *et seq.*

Pectoris foeminae tactus et
19 oscula quae, licet nihil pudicitiae
detrahant si rapta sint ab invita
20 *DD. in Can.* 1. *et seq. caus.* 32.
quaest. 5., *et in L. Faedissimam* 20. *Cod. ad Leg. Jul. de adulter., Carpzov. in prax. par.* 2. *quaest.* 75. *num.* 78. *et seq.*, *Farinacc. quaest.* 136. *num.* 131. juxta illud Ovidii carmen

Oscula luctando tantummodo pauca protervus
Abstulit, ulterius nil habet ille mei,

probant tamen inter utrumque carnale commercium ac foeminae corruptionem tam amplexus *Farinacc. d. quaest.* 136. *num.* 136. *et seqq., Bertazzol. cons.* 20. *sub num.* 8., *Mascard. de probat. conclus.* 452. *num.* 15. *tom.* 1. et oscula, si fuerint voluntaria, quam impudici
21 sermones et tactus ejusdem viri per
eam libenter admissi *Can. Nec aliqua* 4. *caus.* 27. *quaest.* 1. ibique *gloss. verb. Concubitus* = ibi = *Hinc enim est unus casus quo per exteriora voluntas dignoscitur, per confabulationem enim et umplexus et hujusmodi deprehenditur fuisse corruptam* = idque prae caeteris notat *Felin. in d. Cap. Praeterea* 27. *n.* 3. *de Testib., Gvat. resp.* 50. *in princ., Soccin. Jun. cons.* 32. *n.* 16., *Marc. dec.* 897. *num.* 10. *par.* 1., *Mascard. de probat. conclus.* 59. *num.* 15. *et conclus.* 64. *num.* 5. *tom.* 1., *Farinacc. d. quaest.* 136. *num.* 129. *et seqq., et num.* 134. 141. *et seqq., Clar. in prax.* § *Adulterium num.* 16. *vers. Scias etiam*, ibique *Bajard. num.* 116., *Gloss. in L. Quod ait lex* 23. *verb. In ipsis rebus ff. Ad Leg. Jul. de adulter.* = ibi = *Sunt enim res veneris antecedentia ipsum scelus, scilicet apparatus, colloquia, basia, tactus; nam ab ipsis argumentum sceleris inducitur* =, ubi eadem *Gloss.* versum illum Poetae opportune refert

Visus et alloquium, tactus, post oscula factum,

cui similis est et alter

Sed ni fugias tactus, vix evitabitur actus

et ponderavit *Rot. d. dec.* 337. *per tot. part.* 12. *rec.*; quam solam adulterii praesumptionem ex praedictis actibus promanantem pro tori separatione satis esse censuit eadem
Rot. in Cracovien. Separationis 22
Tori 30. *Junii* 1749. § *Ex his cor. Elephantutio*, imo sola quoque praesumptio, quae oritur ex solo tactu mammillarum, ad tori sepa-
rationem sufficiens reputatur a *Fe-* 23
lin. in d. Cap. Praeterea 27. *n.* 3. *vers. Ubi autem De testib.*, cum aliis relatis per *Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 140.

Si namque mulier honesta fuisset, similes non admisisset tactus,

sed fugam potius arripuisset atque illius haerbae, quae *pudicae* seu *sensitivae* nomen habet, indolem et naturam imitata fuisset, de qua *Poeta* cecinit

Erba gentil di puritade amica
Fregia la sponda eprica,
Timidetta sue foglie,
Se di contatto teme, ella raccoglie.
Puritade il fuggire è la tua gloria,
Pugna col scampo ed otterrai vittoria.

Nec minus hanc adulterii praesumptionem inducunt furtiva et sine honesta causa uxoris pernoctatio extra domum viri sine ejusdem
24 venia et consensu juxta *Test. in Leg. Consensu* 8. § *Vir quoque Cod. de repud., Felin. in d. Cap. Praeterea* 27. *num.* 3. *vers. Et idem De testib., Cravett. cons.* 205. *n.* 1., *Roman. cons.* 451. *n.* 2. *et* 3., *et per tot. Mascard. de probat. conclus.* 60. *n.* 1. *tom.* 1., *Farinacc. d. quaest.* 136. *num.* 176., *Rot. d. dec.* 337. *n.* 12. *par.* 12. *rec.*

Mulieris conversatio impudenter habita cum lenis seu lenonibus ut prudenter observat *Farinacc. loc. mox cit. n.* 186.

Frequentes accessus adulteri
25 de nocte et commorationes in domo et habitatione adulterae *Bertazzol. d. cons.* 20. *n.* 12. *lib.* 1., *Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 118. praesertim clauso ostio ad *Text.* apertissimum in *Cap. Literis* 12. *De praesumpt.* = ibi = *Viderunt multi secretis locis et latebris ad hoc commodis et horis electis et infra. Consultationis tuae taliter respondemus quod ex hujusmodi violenta et certa suspicione fornicationis, potest sententia divortii promulgari* =, et promiscue docent *Soccin. Jun. cons.* 32. *n.* 17. *lib.* 2., *Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 147., *Menoch. de praesumpt. lib.* 5. *praesumpt.* 41. *n.* 11., *Rot. dec.* 202. *n.* 8. *et* 9. *par.* 6., *et d. dec.* 337. *n.* 5. 6. 7. 11. *par.* 12. *rec.*; — vel juvenis deprehensio in locis occultis et latebris domus adulterae, quae sit pulchra et formosa mulier, non praeter ejus voluntatem sed si illius consensus accesserit *Bartol. in Leg.* 3. *n.* 1. *ff. de furt., Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 158. juncto *n.* 163.

Traductio adulterae ad domum adulteri et in eodem cubiculo, ubi ipse dormiebat, clausis januis retentae *Rot. cor. Crisp. dec.* 292. *sub n.* 8. *tom.* 2. 26

Attestatio mediatoris adulterii licet vilis et infamis, quia cum deponant de facto proprio circa delictum, quod regulariter in occulto patrari solet, illi est deferendum *Spada cons.* 83. *n.* 19. *vers. Non obstat. et seqq. lib.* 1., *Rot. d.* 27
dec. 818. *num.* 30. *par.* 18. *tom.* 2. *recen.*

Depositio testis sive masculi sive foeminae affirmantis (junctis tamen adminiculis) se invenisse in cubiculo, januis clausis, mulierem cum viro despectorato, caligisque solutis *Menoch. de praesumpt. lib.* 5. 28
praesumpt. 41. *sub n.* 11., 12. *et* 13., *Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 165. *et seqq., Card. de Luc. de Matrim. disc.* 13. *n.* 6. = ibi = *Quamvis enim etc. deducerem punctualem auctoritatem Bald. cons.* 445. *n.* 1. *lib.* 2., *quod esse sequendum probat*

Digitized by Google

Bursatt. cons. 445. *n.* 35. *et seq.*, *ut scilicet non concludat probatio adulterii ex eo quod mulier inventa esset in camera, januis clausis, cum viro despectorato et cum caligis solutis, quoniam poterat quidem adesse animus, ad effectum tamen non deductus, ideoque non puniendus affectus absque effectu, nihilominus istae sunt Advocatorum subtilitates in gratiam clientum, cum prorsus impossibile sit ut praecedentibus amoribus, aliisque signis et actibus, in subsecuta mora amasii cum amasia per horas in aula, januis clausis, dici debeat non esse probatum adulterium* =; vel vidisse in cubiculum ingredi virum et mulierem, ex quo deinde cum faciei rubore, solutoque crine mulier exierit *Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 169.

Depositio testis sive masculi sive foeminae referentis se reperisse accidentaliter in lecto virum cum amasia, seu uxorem cum amasio
29 cubantem, aut in actu copulae ut arguitur ex *d. Cap. Ex literis* 12., *De praesumpt.* = ibi = *Solum cum sola, nudum cum nuda in eodem lecto jacentem* = et probant *Dec. cons.* 577. *n.* 10., *Farinacc. loc. cit. n.* 150. 170. 171. *et seqq.* hic enim quoque testis, licet unicus, junctis pariter adminiculis
30 plene probat *Rot. d. dec.* 818. *n.* 20. *par.* 18. *tom.* 2. *rec.*, *Farinacc. d. quaest.* 136. *n.* 44. = ibi = *Amplia etc. ut adulterium et copula carnalis dicatur plene probata ex unico teste de visu hominis supra mulierem junctis adminiculis* =, cum enim deponat de proprio visu plus valet ejus dictum quam plurium testium contrarium de auditu deponentium, ut inquit *Plaut.* 31

Pluris est oculatus testis unus quam auriti decem.

— magis enim oculis quam auribus est credendum § *fin. Instit. tit. de grad. cognat.* facitque vulgatum illud „ *certior aure arbiter est oculus* „.

Quin relevet objectum quod hujusmodi testis plenam fidem non mereatur nisi fuerit omni exceptione major, id enim procedere posset *si plena adulterii probatio unice inniteretur super dicto hujusmodi testis de visu, vel si cum illo concurrerent dumtaxat admi-* 32
nicula et conjecturae admodum le- 33
ves, sive etiam ageretur de adulterio probando ad effectum declarandi matrimonium nullum seu 34
criminaliter ad poenam etc. Unde secus dicendum venit etc. ubi solum agitur civiliter ad separationem tori, atque dictum testis coadjuvant tot aliae probationis species etc., quae animum moraliter 35
certum constituunt de dicti adulterii commissione, in qua, cum ex natura actus intervenire non possint testes omni exceptione majores propter inopiam probationum, testis de visu quamvis unicus et vilis plene probat, concurrentibus tamen adminiculis et conjecturis urgentibus ut ponderant Ferret. cons. 168. 36
n. 20., *Farinacc. quaest.* 69. *n.* 203. *et seq.* cum aliis per *Rot. decis.* 262. *n.* 9. *et* 11. *cor. Otthob. et dec.* 288. *par.* 3. *cor. Verall.*, *et dec.* 2030. *num.* 16. *coram Coccin.*; quibus

Digitized by Google

praecisis verbis et juribus objecto
respondit *Rot. d. dec.* 818. *n.* 18.
et seqq. par. 18. *tom.* 2. *rec.* ubi
n. 21. deinde subjungit quod adul-
terium probant testes viles, impu-
37 beres, familiares et inhabiles qui
admittuntur in iis in quibus per-
sonae nobiles et integrae famae ha-
beri non possunt.

Quapropter viles etiam ac mi-
nus honestae personae in hujusmodi
causis probationem faciunt circa
actus difficillimae probationis *Rot.
decis.* 175. *num.* 20. *par.* 12., *et
dec.* 145. *n.* 13. *et seqq. par.* 17.
rec. veluti si se vidisse deponant
virum cum muliere in loco ad co-
pulam apto, solum cum sola lu-
ctantem, nudum cum nuda in le-
cto jacentem, vel in abdita sece-
38 dentem et per actus inhonestos ad
rem veneream dispositum ut, post
*Text. in d. Cap. Literis De prae-
sumpt.*, exemplificat etiam *Rot. in
Terracinen. Immissionis* 10. *Junii*
1768. § *Nihil hinc proderat coram
Ratta.*

Certius adulterii praesumptio-
nem comprobat amasiae confessio
quae licet sit extrajudicialis adhuc
39 probat in hac materia in qua caute
loqui solet *Rot. d. dec.* 337. *n.* 9.
et seq. par. 12. *rec.*, *et in d. Cra-
covien. Separationis Tori* 30. *Ju-
nii* 1749. § *Ad haec coram Ele-
phantut.*, non obstante quod sit
socia criminis, quia nihilominus,
concurrentibus praesertim admini-
40 culis, est ei deferendum *Bursatt.
cons.* 218. *num.* 7. *vers. Tertio
concludunt*, *Bertazzol. cons.* 20.
num. 14., *Farinacc. d. quaest.* 136.
num. 46. *et seqq.*, *Rot. d. dec.* 818.
num. 9. *par.* 18. *tom.* 2. *recent.*
= ibi = *Quibus non adversatur etc.
objectum quod depositio Marga-
ritae nullum probationis gradum
constituat ex eo quod facit se
sociam criminis etc. quia in his
aliisque similibus criminibus, quae
non palam et publice sed inter
latebras et occulte committi con-
suescunt, socius particeps criminis
bene potest interrogari de socio,* 41
*ejusque depositioni omnimoda fides
per judicem est adhibenda, prae-
sertim quando, prout hic, urgen-
tibus adminiculis et violentis prae-
sumptionibus suffulta remanet, ut
in praecisis terminis de meretrice* 42
*loquuntur Bellet etc. in hoc casu
conclusionem admittunt Hostien-
sis etc.* =, et deinde *n.* 12. = ibi = 43
*Cum enim hodie agatur de facto
proprio mulieris probando contra
alium, mulier ipsa, licet infa-
mis et vilis, idoneus tamen di-
citur testis ad faciendam semi-
plenam probationem et, concur-
rentibus adminiculis, plene pro-* 44
bat =.

Certoque certius si confessio
tam amasii quam amasiae una si-
mul concurrat *Rot. in Terracinen.* 45
Immisionis 10. *Junii* 1768. § *ult.
cor. Ratta*, sive verbalis sit sive per
alterum ex eis in literis expressa
Farinacc. d. quaest. 136. *n.* 127.
— aut sola confessio conjugis adul-
teri ad effectum tamen separationis
tori, non autem dissolutionis vin- 46
culi matrimonialis, dummodo non
constet quod haec confessio sive ad
alterius suggestionem facta fuerit,
sive per collusionem inter conjuges,
ut detur indebitae separationi locus

Farinacc. quaest. 143. *n.* 17. 18. 19.
20. — seu concurrat per virum su-
scepta proles ex damnato coitu cum
47 amasia; eorum annotatio in libro
in quo publici concubinarii descri-
48 buntur; monitiones eisdem factae,
quibus spretis, fuerint per senten-
49 tiam excommunicati et cedulones
affixi *Rot. in Romana Separationis*
Tori 4. *Junii* 1736. § *Hinc autem*
et seqq. cor. Canilliac., et in ejus
Confirmatoria 23. *Novembr. ejusdem*
50 *anni* § *Porro firmum cor. eod.*; et
demum publica vox et fama *Chartar. d. dec.* 43. *num.* 2., *Rot. dec.*
19. *num.* 11. *par.* 10., *et dec.* 337.
num. 10. *par.* 12. *recen.*, *et cor.*
Otthobon. dec. 262. *num.* 11.,
et cor. Buratt. dec. 530. *num.* 9.,
et in d. Colonien. Matrimonii
1. *Julii* 1697. § *Neque cor. Molines.*

Exuberanter autem adulterium,
in quadam causa in Urbe vertente
pro separatione tori inter maritum
et uxorem, probatum fuisse in voto
a me expetito respondi ex iis quae
51 sequuntur. — Introducto ex parte
uxoris civili judicio separationis tori
adversus ejus virum ex causa praesertim adulterii, probataque per
testes diurna et nocturna consuetudine inter maritum et quamdam
mulierem viduam, ac eorum reperitione in eodem lecto per foeminam
de visu deponentem cum aliis conjecturis et praesumptionibus, a
quibus etiam pro nunc praescindere
juvat, maritus sic impudico amore
erga suam amasiam obcoecatus apparuit ut, etiam judicio ut supra
pendente, ex ejus congressu illa
tertio gravida remanserit, prout
mulieres illius vicinae nuptae et
innuptae ex tumescentia ventris
tam sub formali examine *in judicio*
criminali (quod uxor tandem adversus virum, mediante sua querela,
instruere coacta fuit) quam extra
uno ore deposuerunt, inter quas
enumeratur publica obstetrix quae,
ad praecisum effectum explorandi
ejus ventris tumescentiam sub specioso quodam praetextu eam visitavit eamque gravidam esse tamquam in arte perita absque ulla
difficultate cognovisse, cum juramento deposuit, unde non ab alio
quam ab eo uxorato, qui solus mulieris conversationem frequentabat,
adulterium fuisse commissum credi
poterat, neque de ipsius mulieris
praegnantia dubitandum videbatur,
quia praegnantia per ventris tume- 52
scentiam probatur *Rot. d. in Cracovien. Separationis Tori* 30. *Junii*
1749. § *Ex his coram Elephantutio.*

Eoque certius quia propter
hujus tertiae pregnantiae causam,
instructo per uxorem, ut dixi, contra
virum adulterum criminali judicio, 53
ne eadem mulier coram judice criminali sub formali examine constituta, et ab obstetricibus judicialiter
visitata et inspecta de praegnantia
convicta remaneret, neque una simul delictum ejusque auctorem
fateretur, ipsemet vir adulter statimac scivit per satellites ad criminale
tribunal mulierem esse adducendam, illam ad quamdam domum
extra propriam parochiam secreto
asportari curavit, ut deposuerunt
quinque mulieres illius vicinae,
quarum uni socrus etiam mulieris

hujus praegnantiam, fugam et prae-
dictum adulterum tamquam prae-
gnantiae auctorem manifestavit. In
ea vero domo continuo ab adultero
visitata et occulta, ut ambo suppo-
nebant, triduo remansit, sed ibi
quoque ipsius latitatione detecta,
per proprium Parochum ac satel-
lites eam ibidem requirere simu-
lantes monita, alio aufugit ubi
54 delituit donec partum in lucem
edidit, requisito prius honesto sa-
cerdote ad commodandum sibi lo-
cum immunem ubi pareret, quem
ab eo tamen obtinere non potuit,
et deinde post partum ad propriam
parochiam et ad domum ejus an-
tiquae ac solitae habitationis, ven-
tre non amplius tumescente, omni-
que birruariorum timore deposito,
55 laetabunda redivit; adulter autem
56 interea omnem movit lapidem ne
judex processum criminalem prose-
queretur.

Nonne ergo haec sola ventris
57 tumescentia, haec sola fuga, haec
sola latitatio, solusque reditus ad
proprios lares, postquam tumescentia
ventris evanuit, illius praegnantiam
demonstrant nonnisi opera praefati
adulteri ejus conversationem tan-
58 tummodo frequentantis *tertio* secu-
tam? Si enim uterque innocens erat
cur foemina subire timuit examen
suique corporis inspectionem? Cur
59 ad hunc effectum executoribus eam
requirentibus a propria domo tre-
pidans aufugit, et non potius ad
tuendam propriam honestatem et
60 pudicitiam sponte se visitandam
obtulit obstetricibus? Cur in aliena
domo et parochia delituit, illamque
latitantem ibi continuo visitavit
adulter? Cur prae justitiae timore 61
ab hac quoque domo fugam arri-
puit, locum immunem ad parien- 62
dum quaesivit, editoque partu, omni
prorsus satellitum, suique corporis
inspectionis metu deposito, se pro-
dit in publicum et ad propriam 63
domum redire non dubitavit? Cur
tandem adulter conatus omnes adhi-
buit ut in judicio criminali pro-
cessus pro probando adulterio ad-
versus eum incaepti cursum retar-
daret?

Non oculatus tantum judex,
sed nullus profecto sani capitis in 64
hujusmodi circumstantiis illum ab
hoc turpissimo crimine, quovis prae-
textu, excusare potest, cujus causa
jure optimo ejus uxorem tori sepa-
rationem postulasse, eamque omnino 65
obtinere debuisse putavi, alias ju-
stitia evidenter laesa fuisset.

Verum aliae quoque urgentes
conjecturae in praedicto casu con-
currere visae sunt. Ut enim adulter
hoc impudentissimum adulterii sce-
lus cum falsitatibus etiam occultaret
et uxorem de testium subornatione
calumniaretur, unius mulieris fidem
exibuit in qua affirmabat eamdem
uxorem obtulisse cuidam testi cer-
tam pecuniae summam si attesta-
tionem de inhonestate amasiae seu
concubinae sui viri emisisset, quam 66
testis emittere noluit.

Haec autem mulier habita no-
titia de tenore hujus fidei suo no-
mine factae, non solum hanc eam-
dem falsam fidem ab ipsa, quae
legere et scribere nesciebat, per
fraudem et dolum et sub diverso
supposito extortam fuisse juravit,
sed etiam inhonestatem amasiae uti 67

Digitized by Google

publicam et notoriam cum juramento pariter confirmavit.

Praefatus vero testis in eadem
fide nominatus et in contestem vo-
68 catus fassus quidem fuit se negasse
attestationem uxori illam petenti,
ne sive uni sive alteri ex partibus
collitigantibus praejudicium inferret, non autem propter pecuniam quae nunquam sibi fuerat oblata, et una simul in odium hujus falsitatis et in veritatis obsequium attestationem, quam antea ex praedicta tantum causa negaverat, de inhonestate ejusdem amasiae sibi aliisque notissima emittere tunc justum esse putavit.

Insuper duo viri scandalosam
69 mariti consuetudinem cum saepedicta ejus amasia, illiusque praegnantiam in suis respectivis attestationibus comprobarunt, quorum alter deinde se retractavit, quae retractatio non solum dolo praesumitur extorta nec fidem adimere potuit priori assertioni totaliis attestatio-
70 nibus et adminiculis fulcitae *Cap. Sicut nobis* 9., ibique *Gloss. fin. de testib*, *Rot. d. decis.* 818. *num.* 14. *et seqq. par.* 18. *tom.* 2. *recent.*, ubi quod attenditur primum dictum non autem secundum priori contra-
71 rium quod ex vi et metu emanasse praesumitur, et *in Romana Separationis Tori* 10. *Januar.* 1735. § *Quae cum ita cor. De Vais*, sed vere et realiter extorta fuit terro-
72 ribus et repetitis minis etiam poenae triremium per proprium Parochum, qui una cum adultero (a cujus falsis suppositis fuerat ante ipse Parochus forte deceptus) ita illum ad opprimendam veritatem impulit, ut prae timore, nedum attestationem de re undique publica et notoria maxime vicinis, in aedibus ejusdem Parochi ad praesentiam et instigationem etiam adulteri, ipsoque Parocho pariter praesente et retractationem dictante, revocaverit, sed etiam *obul.* 30. in proemium praedictae attestationis ab uxore adulteri sibi fuisse traditos ad eorum placitum falso declaraverit.

Alter vero testis, qui neque mellifluis verbis, neque promissionibus, neque minis ab adultero seduci et subornari potuit, ut ipse quoque suam retractaret fidem confirmantem, ut supra, ejusdem adulteri pravam cum adultera consuetudinem et ipsius adulterae praegnantiam, neque suaderi, ut falso testificaret se fuisse pecunia corruptum, prout alter pejerando affirmaverat, productam nihilominus vidit denegatam ab ipso retractationem cum praedicta calumnia, ejus nomine firmatam signo crucis
quod ipse nunquam facere somniavit, et consequenter huic actui, qui 73
per testem nunquam fuit expletus, nunquam fuere praesentes *quatuor* testes, quorum tres sunt sacerdotes, quos in calce supplantatae retractationis manifesta cum falsitate affirmare non puduit = *Fui presente e testimonio al suddetto segno di croce* = excepto ultimo, qui omnium praesentiam excludit, omnes de mendacio convincit, suaeque conscientiae consuluisse putavit subscribendo non = *fui presente al suddetto segno di croce* =, sed tantummodo = *sentii la deposizione del suddetto N. N.* = quia

Digitized by Google

cum actui utpote falso praesens non
fuerit nec esse potuerit, nonnisi
supplantatam retractationem sibi
perlectam audivit.

Supplantatam quoque fuisse
74 suam subscriptionem, suumque characterem imitatum in alia attestatione uxori contraria et marito favorabili conquestus est alter honestissimus vir et probitate conspicuus, qui nunquam similem attestationem a sua honestate, calamo et charactere subscriptam fuisse jurejurando deposuit.

Quae solae falsitates, quo magis pandunt adulteri animum per dolum et nefas extorquendi favorabilem decisionem ope subornationis testium, supplantationis eorumdem subscriptionis, fraudum et calumniarum, eo magis cogunt judicis animum ad omnino credendum ab eo commissum fuisse adulterium (quod aliis sceleribus tegere cum novo peccato conatur) et ad concedendam propterea absque ulla
75 difficultate petitam ab uxore separationem *Rot. in d. Romana Separationis Tori* 10. *Januarii* 1735. § *final. coram De Vais;* — nec non impellunt judicem criminalem ad haec enormissima flagitia coercenda. Nam si gravissima poena afficiuntur fures et latrones, graviori poena affici debent hujusmodi
76 adulteri, eorumque testes tamquam fures, latrones et raptores non bonorum dumtaxat sed etiam bonae famae, honoris et honestatis mulierum, utpote qui hisce falsis aut supplantatis attestationibus auferre tentant jus uxoribus repetendi a viris adulteris dotem et quidquid ipsi propter adulterium illis solvere debent, et ut id facilius assequantur earum una simul honestatem, bonumque nomen calumniantur. Quia vero non puniuntur, vix agitatur causa in judicio sive civili sive criminali, statim inveniuntur hujusmodi venales, falsique testes qui, maximo et quandoque irreparabili litigantium damno pejerantes, audent quae falsa sunt vera ostendere, quae vera sunt falsa demonstrare.

Non obstat autem si testes de adulterio deponentes sint alii singulares et alii de auditu deponant. Singularitas enim testium fidem eis
non minuit si non sit obstativa 77
et agatur de actibus natura sua
reiterabilibus *Constantin. Vot.* 278. 78
num. 10. *tom.* 2., potissimum in hac materia clandestina et occulta,
in qua leviores admittuntur proba- 79
tiones, ut inquit etiam in puncto *Rot. in d. Cracovièn. Separationis Tori* 30. *Junii* 1749. § *Nec momentum coram Elephantut.;* ideoque testes singulares admittendos
esse doctores omnes unanimiter do- 80
cent et prae caeteris *Bertazzol. consil.* 20. *n.* 18. *et seq. et cons.* 273. *n.* 7., *Farinacc. quaest.* 64. *n.* 229., *Rot. dec.* 202. *n.* 9. *par.* 6. *et dec.* 337. *n.* 15. *et seqq. par.* 12., *et d. dec.* 818. *n.* 23. *et seq. par.* 18. *tom.* 2. *recen.*, *et dec.* 292. *n.* 22.
cor. Crisp., etiam quando proce- 81
ditur criminaliter *Menoch. cons.* 31., *Bajard. ad Clar. in* § *Adulterium num.* 40., *Marc. dec.* 513. *num.* 14. *par.* 1.; — certius ergo, certoque certius quando agitur civiliter ad
tori separationis effectum *Bertaz-* 82

Digitized by Google

zol. d. cons. 20. *num.* 18. *et seq.*, *et cons.* 273. *numer.* 7. *et seqq.*, *Rot. decis.* 202. *num.* 9. *par.* 6.
83 *recentior.*, adeout sufficiat violenta praesumptio vel ex fama *Paris. d. cons.* 54. *sub num.* 61. *lib.* 4., vel ex dicto testis de scientia et fama deponentis una cum altero
84 teste deponente de fama tantum *Rot. cor. Ludovis. dec.* 273. *n.* 1.,
85 aut de actibus proximis ad copu-
86 lam, quia concludens probatio nequaquam est necessaria *Farinacc. quaest.* 143. *n.* 10.; et si objiciatur in hisce casibus singularitas testium,
87 nil aliud operatur objectum quam inanibus verbis impinguare scripturas et defensiones, ut augeatur defensoris emolumentum in hac parte nequaquam debitum, et tamen injuste exigendum.

Nec etiam officit si nonnulli ex testibus deponant *de auditu*
88 quando major eorum numerus *de visu* deponit, ut ponderat *Rot. in d. Cracovien. Separationis Tori* 30. *Junii* 1749. § *Quamquam coram Elephantut.*, etiamsi *de visu* deponentes morte praeventi non fuerint formiter examinati, si enim in sua depositione constantes ex hac vita migrarunt, eorum depositio, quam-
89 vis jurata non sit, plenam nihilominus facit probationem *Rot. cor. Cavaler. dec.* 322. *num.* 7. relat. per *Ridolphin. in prax. par.* 1. *cap.* 2. *n.* 207. = ibi = *Sed praecipue testis post mortem probat, etiamsi ejus depositio non fuerit jurata, quia mors supplet defectum juramenti et auget fidem testis* =.

Nulla demum aderit implicantia, si aliqui vel omnes testes deponant de publica voce et fama, 90
aliqui vero tam de publica fama quam specialiter de actibus etiam particularibus, qui fuerint occulti, super quibus proinde publica vox et fama cadere nequit. Siquidem potest bene stare simul, testiumque dicta veritati inniti, si vel ex praecepto de non conversando, vel ex diurna et nocturna conversatione, aut ex deambulatione viri et mulieris tempore noctis, aliisque actibus publicis orta fuerit publica vox et fama adulterii, de qua testes omnes deponant, de aliis vero actibus magis proximis ad copulam deponant particulariter nonnulli ex iisdem testibus, quibus etiam vilibus et minus honestis credendum est, quia deponunt de actibus difficilis probationis et diversis ab illis a quibus publica vox et fama originem habuit; et cum isti quoque deponant de publica voce et fama, eorum dicta ita intelligi debent ut publica vox et fama cadat super actibus publicis et notoriis non autem super iis occultis, sibique tantummodo notis.

Digitized by Google

CAP. XV.

An in conflictu praeferendi sint testes de adulterio deponentes testibus illud excludentibus vel e contra, et quando proles adulterina non praesumatur.

SUMMARIUM

1 Testes excludentes delictum testibus de delicto deponentibus praeferuntur.

2 Haec regula non ita facile militat si agatur de adulterio ad effectum separationis tori,

3 Ad hoc leviores probationes sufficiunt.

4 Quando agitur ad poenam semper judex inclinare debet in mitiorem partem.

5 Denegatio separationis tori vergere potest in maximum damnum tertii,

6 Ob continuas inter conjuges dissentiones in praejudicium corporis et animae conjugis innocentis.

7 Conjux innocens conjugi adultero conjugale debitum reddere non tenetur.

8 Eadem denegatio separationis vergit etiam in damnum conjugis innocentis ob amissionem lucri super bonis adulteri sibi debiti,

9 Et in damnum legitimae prolis.

10 Judex in dubio an annuere debeat conjugi innocenti ab altero propter adulterium separationem petenti.

11 Testes de adulterio et de actibus proximis ad copulam deponentes praeferuntur contrarium negantibus, nisi negativam coarctent.

12 Pro excludendo adulterio deferendum non est lenonibus et lenis adulteri,

13 Nec illius amicis et quotidianis commensalibus,

14 Aut illis, qui in aliquibus eorum assertivis reperiuntur mendaces.

15 Falsus in uno falsus in omnibus est reputandus.

16 Nec deferendum eis qui non sunt vicini, aut cohabitantes cum adulteri amasia, de cujus honestate generaliter deponant.

17 Quaelibet mulier has attestationes facile obtinere potest, nisi sit publica meretrix et prostituta;

18 Quibus praevalent contrarii testes facta in specie referentes, validam scientiae rationem reddentes et de visu deponentes,

19 Multoque magis vicini in eadem domo mulieris habitantes,

20 Quibus credi debet ad exclusionem testium de bona fama deponentium.

21 Si constat de subornatione aliquorum testium, caeteri subornati praesumuntur *et n. seq.*

23 Excludunt adulterium probi testes et maxime Parochi et Religiosi de honestate conjugis praetensi adulteri deponentes.

Digitized by Google

24 Solis tamen Parochis facile non est credendum,

25 Quia probato adulterio de illorum socordia ab Ordinario redargui verentur *et n.* 37.

26 Attestatio coadjutoris Parochi de honestate cujusdam mulieris ostenditur falsa.

27 Inverisimilitudo est vera imago falsitatis.

28 Parochus testificans quod vir uxorem *nunquam* male tractavit non meretur fidem;

29 Talia siquidem verba sunt universalissima et quemcumque diem, noctem, horam et momentum excludunt, quibus est impossibile quod ipse semper praesens fuerit.

30 Eumque de mendacio et falsitate convincunt.

31 Ostenditur quando Parochus testificavit ad vindictam in favorem viri adulteri contra uxorem,

32 Cujus proinde testimonium attendi non debet.

33 Nec si constet conscium fuisse de adulterio per virum commisso,

34 Seu probationes ad favorem uxoris impedivisse; illius testes increpasse; adulterum et adulteram praegnantem, cum ea ab executoribus quaerebatur, ut caute se gererent monuisse,

35 Seu attestationem infamantem injuste sacerdotem licet falsam ab aliquo teste subscribere fecisse,

36 Sive testem ad retractandam suam veridicam attestationem de inhonestate adulterae minis et terroribus coegisse.

38 Praesumi nequit adultera uxor quae, post copulam habitam cum marito, septimo mense partum edit qui pro legitimo habetur:

39 Quamvis septimus mensis sit inchoatus et non completus.

40 Legitimus item est filius qui nascitur decimo mense,

41 Seu duobus diebus post decimum mensem,

42 Aut post decimum mensem cum dimidio.

43 Potissimum si mulier sit honesta, optimae famae et a virorum consortio aliena.

44 Ultra tale tempus major extensio fieri non potest.
Contrarium *num.* 45. ubi quod extenditur ad undecimum quoque mensem completum accedente probitate mulieris, *et num.* 46. ubi usque ad menses quatuordecim.

47 Si tamen puella ventrem tumefactum deferat per decem aut duodecim seu quatuordecim menses, et postea tumefactio cesset, censeri non debet quod pepererit.

48 Delicta non praesumuntur.

49 Talis tumefactio non praegnantia, sed uteri inflatio, vel hydrops uterinus esse potest.

50 Quae incommoda obstetrices et etiam conjugatas quoad seipsas et alias decipiunt.

51 Nullum est testamentum in quo pater exhaeredavit filium tamquam adulterinum, quando adulterium uxoris non est probatum.

52 Quilibet filius natus ab uxore, cum qua maritus cohabitavit, censetur legitimus quamvis eo tempore uxor adulterasset.
53 In dubio in favorem prolis est judicandum;
54 Secus si eo tempore maritus cum uxore copulam habere non potuerit.
55 Legitimi censentur filii etiamsi mater eos adulterinos esse declaret.
56 Fatuus est filius credens matri id asserenti.
57 Alleganti propriam turpitudinem non est credendum.
58 Posset ita mater haereditate privare filium, quem odit.
59 An foetus extractus ex utero matris defunctae et deinde mortuus sit capax successionis.

Juxta juris nostri regulam
in conflictu testes delictum, prout
1 est adulterium, excludentes testi-
bus de delicto deponentibus prae-
feruntur *Farinacc. quaest.* 65. *n.*
153. *et seqq., Boss. in prax. tit. de
defens. reor. n.* 7. *in fin.* quam ta-
men non ita facile locum habere
posse arbitror, quando agitur de
2 probatione adulterii ad effectum se-
parationis tori, non solum quia ad
hoc leviores quoque probationes suf-
3 ficiunt *Rot. in Cracovien. Separa-
tionis Tori* 30. *Junii* 1749. § *Nec
momentum coram Elephantut.*, sed
etiam quia non agitur ad poenam
pro qua evitanda, si delictum non
sit atrocissimum, semper judex in-
4 clinare debet in mitiorem partem,
sed agitur civiliter pro separatione
obtinenda, quae si non concedatur id
vergere potest in damnum illudque 5
gravissimum tertii — tum ob con-
tinuas inter conjuges dissensiones in
praejudicium animae et corporis
etiam conjugis innocentis, praeser- 6
tim si conjux innocens de alterius
adulterio certus ei debitum conju-
gale reddere nolit, prout reddere non 7
tenetur *S. Matth. cap.* 5. *vers.* 32.,
Navarr. in Manual. cap. 22. *n.* 23.,
— tum ob amissionem lucri, quod
conjux innocens super bonis adul- 8
teri assequi deberet, ut supra *cap.*
6. *num.* 37. *hujus lib.* 2., *et cap.* 8.
num. 1. *et seqq., lib.* 3. — tum ob
damnum legitimae prolis si uxor
sit adultera et adulteria continuet
illegitimosque filios pariat, ut prae- 9
notavi in superiori *cap.* 13. *n.* 8.
hujus lib. 2.

Quae gravissima praejudicia ju-
dex in judicando prae oculis habere
debet et sedulo animadvertere an
in dubio quoque arbitrandum sit
potius in favorem ejus, qui saltem
dubitatur an sit reus ex cujus
absolutione tot praejudicia exoriri
possunt, seu in favorem alterius
cujus satis est perspecta innocentia,
et, si illius annuatur instantiae,
eadem praejudicia nequaquam exo- 10
riuntur.

Illud autem certissimum est
quod affirmativa testium de adul-
terio et de actibus particularibus
tendentibus aut proximis ad copu-
lam deponentium, nullatenus debi-
litari potest a negativa aliorum con-
trariorum, nisi circa eosdem parti-
culares actus negativam coarctave- 11
rint *Rot. dec.* 115. *n.* 11. *par.* 18.
rec. = ibi = *Minus relevant testes*

Digitized by Google

a viro inducti ad probandum
quod etc. ad concubinam non ac-
cesserit, quia isti non coarctant
negativam, nec possunt concurrere
cum testibus ab uxore exami-
natis etc. affirmative deponenti-
bus ═.

Nullam praeterea merentur
fidem testes adulterium excluden-
12 tes, si fuerint lenones et lenae
ipsius adulteri, prout illi sunt per
quos adulter amasiae transmiserit
alimenta, illique pariter in quorum
domo adulter et amasia pro com-
messationibus faciendis, pro confa-
bulando seu etiam pro adulterando
secreto convenerunt.

Necnon qui fuerint amici
13 aut quotidiani commensales adul-
teri, vel alii qui fuerint in aliqui-
bus eorum assertivis reperti men-
daces, nam et in caeteris mendaces
14 esse praesumuntur juxta eam vul-
gatissimam regulam quod falsus
15 in uno falsus in omnibus est repu-
tandus *Bald. in Leg. fin. n.* 18.
Cod. de Edict. D. Adrian. tollend.,
Clar. in § *fin. quaest.* 53. *n.* 8.
vers. Sed quaero, *Boss. in prax.*
tit. de fals. n. 147. *et tit. de op-*
posit. contr. testes n. 22., *Farinacc.*
cons. 192. *n.* 13. *in fin. et cons.* 110.
n. 1. *et quaest.* 67. *n.* 111., *Con-*
ciol. allegat. 12. *n.* 6. *vers. Sicuti*,
Rot. dec. 535. *n.* 2. *par.* 2., *et dec.*
430. *n.* 76. *par.* 5., *et dec.* 99. *n.* 7.
par. 16., *et dec.* 3. *n.* 8., *et dec.* 82.
n. 26., *et dec.* 194. *n.* 16. *par.* 18.
recen.; — vel non fuerint vicini aut
cohabitantes in eadem domo cum
amasia seu adultera et nihilominus
de ipsius honestate deponant, eo-
16 rumque attestationes sint tantum-
modo generales, quas facile cuipiam
mulieri est obtinere nisi sit pu-
blica meretrix et prostituta *Dyn.* 17
respons. 5. *n.* 13. *et dec. crim.* 18.
n. 37. ═ ibi ═ *Nemo est tam in-*
felix in civitate qui non habeat
aliquos de ejus bona fama et hone-
state deponentes, cum in quolibet
perdito homine facile in genere
probetur ═; iis enim praevalere
debent contrarii testes qui facta
in specie referunt, validam scien-
tiae rationem reddunt, ac de visu
deponunt *Rot. in Romana matri-* 18
monii 3. *Julii* 1719. § *Caeterum*
vers. Tum quia validum coram Co-
rio, multoque magis vicini qui
scire vicinorum facta praesumuntur
Cap. Quosdam 7. *Cap. Quanto* 8.
De praesumpt., maxime in eadem
domo mulieris habitationem haben- 19
tes *Gloss. in Cap. Inquisitionis* 21.
§ *Quaesivisti verb. Dicta paucorum*
De accusat. ═ ibi ═ *Credo quod*
major pars viciniae requiratur,
quia fama loci requiritur non
fama aliquorum ═, quibus propte-
rea ad exclusionem testium de bona
fama deponentium omnis fides est
adhibenda *Alex. cons.* 71. *num.* 6. 20
lib. 1., *Tusch. verb. Vicinus con-*
clus. 201. *n.* 5. ═ ibi ═ *Declara*,
quia quod dicitur vicinum prae-
sumi scire facta vicini procedit in
iis, quae vicinum latere non pos-
sunt, veluti quod mulier vicina
sit honesta vel meretrix ═; — vel
tandem si constet de subornatio-
nem aliquorum, nam caeteri quo-
que ab uno vel altera aut ab
utroque adultero subornati prae-
sumuntur *Ruin. cons.* 36. *num.* 4.,
Guidop. cons. 75. *col.* 2. *in fin.*, 21

Digitized by Google

Farinacc. cons. 130. *n.* 43. = ibi =
Non omittendo tamen quod cum
constet Hieronymum et Petrum
Paulum praedictos fuisse suborna-
tos, intrat juris praesumptio quod
sic etiam et Felix et aliis testes etc.
subornati fuerint et falsum dixe-
rint =, idemque respondit *Rot.*
dec. 207. *n.* 5 *par.* 1. *rec., et dec.* 89.
n. 7. *et* 8. *cor. Priol., et dec.* 904.
n. 4. *cor. Molines* adeout a formalis
22 examinis experimento repellendos
esse firmaverit *Rot. cor. Crisp. dec.*
293. *sub n.* 2. = ibi = *Tantoque*
magis quod D. Franciscus remis-
soriam petens testes subornare con-
suevit, prout fecisse constat respe-
ctu Josephi Raude et Andreae Merli
per D. Theodoram in testes addu-
ctorum, unde remissoriae effectus
proficuus nunquam maneret, cum
testes tamquam inducti ab eo, qui
illos seducere solitus convincitur,
etiamsi examinati, tamquam su-
specti rejiciendi postea venirent =.
Excluditur autem adulterium
concurrentibus ad probationem ho-
nestatis, morum et bonae famae
conjugis praetensi adulteri attesta-
tionibus proborum testium et ma-
xime Parochi et Religiosorum, quibus
et ratione personarum et ratione
23 materiae plurimum defertur *Paris.*
cons. 54 *n.* 30. *et seq. lib.* 4., *Ro-*
land. cons. 27. *n.* 30. *lib.* 3., *Ri-*
minald. Jun. cons. 174. *n.* 22. *et*
seq., *Farinacc. cons.* 157. *num.* 8.
lib. 2.

Ego tamen, etiamsi non adsint
probationes contrariae de actibus
particularibus copulae proximis,
quae his generalibus attestationibus,
ut dixi, sunt praeferendae, nihi-
lominus solis Parochis non ita fa-
cile adhibendam esse fidem exi-
stimo; quamvis enim testes inte- 24
grae fidei, non autem mendaces
atque perjurii esse deberent, quia
tamen, probato coram Ordinario
pro separatione tori adulterio, ab
eo de illorum socordia et negligen-
tia redargui verentur, facile in fal-
sitates prolabi possunt. — Contigisse 25
enim testor quod in simili causa
quidam Coadjutor Parochi in sua
attestatione supposuit quod, ante- 26
quam pro separatione tori promota
fuerit instantia, delatis ab uxore
sibi querelis de prava cujusdam
viduae cum suo viro consuetudine,
se personaliter contulerit ad per-
quirendam veritatem a vicinis, plu-
ribusque personis integrae fidei
(quas tamen non nominavit) quae
sibi retulerint id falsum esse atque
calumniam, contra cujus hanc fidem
satis urgere visa fuit acerrima per
ipsummet Coadjutorem tunc facta
praedictae viduae correctio, incre-
patio et expressum verbale praece-
ptum, ut ab admittendo in domum
suam praefato viro in posterum
abstineret, ut retulit mulier in
eadem domo cohabitans, quae il-
lum corrigentem et foeminam obe-
dire promittentem propriis auribus
audivit. Praeterea dicti vicini de
tali prava consuetudine et ejusdem
foeminae praegnantia cum jura-
mento in actis deposuerunt, unde
est penitus inverisimile quod ab
ipso prius occasione praedicta in-
terrogati, simile notorium scanda-
lum celaverint, quae inverosimili-
tudo est vera imago falsitatis *Cap.*
Quia verisimile 10. *De praesumpt.* 27

Digitized by Google

Matthaeu et Sanz de re crimin. controv. 76. *num.* 50., *Farinacc. cons.* 24. *n.* 12., *et cons.* 110. *n.* 5., *et cons.* 121. *n.* 40., *et cons.* 138. *n.* 163., *et cons.* 166. *n.* 14.

Parochorum ergo attestationes in hac materia sunt diligenter examinandae, et si reperiatur forte Parochus deponens quod vir uxorem numquam male tractaverit sive ver-
28 bis, sive minis, sive verberibus, aut alio quocumque modo, cum illa dictio „ *numquam* „ sit universalis negativa comprehendens omnem casum, quemcumque diem et noctem et quamcumque horam, atque momentum et omne tempus *Leg. Providendum* 7. ubi *Gloss. verb. Numquam Cod. de postul.*, nullamque recipiat restrictionem, cum sit indefinita *Cravett. cons.* 294. *n.* 5., *Cephal. cons.* 171. *n.* 15., *Soccin. Jun. cons.* 116. *n.* 52. *vol.* 1. et aequipolleat dictionibus universalibus negativis *Leg. Si pluribus* 45. *ff. de legat.* 2., *Leg. Julianus* 66. *in princ. ff. de legat.* 3., simili animoso testi tamquam inverisimilia, imo impossibilia depo-
29 nenti omnem adimit fidem *Raynald. Vot.* 171. *n.* 9., *Conciol. allegat.* 84. *n.* 29., *Rot. dec.* 259. *n. fin. par.* 6.
30 *rec.* eumque de mendacio et falsitate convincit per ea quae in proposito advertit *Rot. dec.* 293. *n.* 6. *cor. Crisp.* = ibi = *Rursus irrelevans dignoscitur materia articulata super bonis tractamentis et urbanitatibus a viro erga uxorem exercitis; cum prorsus impossibile sit quod reperiri possint testes, qui tempore continuo maritum ita se cum uxore benevolum vel non saevum possint convincere; potest bene stare simul quod vir aliquando uxorem bene tractaverit et quod postea male et rigide cum ea se gesserit, quod testes inducendi non viderint* =.

Si insuper Parochus conquestus fuerit quod uxor ei citatoriales literas praesentare fecerit ad depo- 31
nendam coram judice hac in re veritatem, qua de causa indignatione concepta, attestationem in ejusdem uxoris praejudicium exaraverit, probatumque fuerit quod eam furore correptus suis amicis, aut aliis testibus ostendens exclamaverit quod uxor propter illam in causa succumbere deberet, quia Parochum ad eam exhibendam citare ausa fuisset, proculdubio similis attestatio nonnisi ad vindictam emissa adeo suspecta foret, ut nullatenus in judicio attendi deberet *Leg. Nullus* 10. *ff. de testib.*, *Leg. Omni-* 32
bus 9. *Cod. eod.*, *Rot. cor. Falconer. dec.* 47. *n.* 6. *tit. de Jurepatr. tom.* 2.

Nullam quoque mereretur fidem pro excludendo adulterio, si renuens uxor redire ad cohabitandum cum suo marito propter ejus adulteria, ipse tacite saltem illa confirmans respondisset nullam esse de praeterito rationem habendam — vel 33
si antea alicui testi notificasset quod mulier adultera ex concubitu adulteri filium peperisset, et deinde timens quod ab ipso teste occasione litis inter eumdem adulterum, ejusque uxorem pro tori separatione hoc testificare posset, eidem testi silentium indixerit, vel alteri commiserit illi nomine sui

ipsius injungere ne tale panderet in judicio secretum.

Erit etiam indagandum an ipse ad retardandum uxoris procuratorem, vel solicitatorem, aut alium pro ea probationes quaerentem minis deterruerit; vel testem, qui ad uxoris favorem testificavit, acriter increpaverit; aut adulterum et adulteram praegnantem et ex hac causa latitantem monuerit ut caute se gererent cum ab execu-
34 toribus eadem adultera quaerebatur, seu ad tolleudam testi fidem, qui pro uxore deposuit, attestationem eumdem testem injuste infamantem exaraverit, eamque subscribere fecerit ab aliquo viro, vel muliere, qui, quaeve deinde illam tamquam falsam, doloque extortam
35 retractaverit; sive testem ab uxore inductum minis atque terroribus
36 ad retractandam cum falsitatibus veritatem subornaverit, ut notoriam utriusque adulteri inhonestatem ad decipiendum judicem et injustam sententiam pro exclusione adulterii extorquendam occultaret.

Haec et similia per judicem perscrutanda facinora, ex quibus argumenta, probationes, coujecturae et praesumptiones falsitatis in testibus oriuntur, etsi difficile sit quod a sacerdotibus praesertim Parochis committantur, adhuc non desunt in hisce causis esse suspecti, quia si talia non committant, suspicari tamen licet qnod unus vel alter eorum, cum et ipsi sint homines, ad propriam excusationem adulterii crimen occultare seu dubium reddere tentent, ad hoc faciendum inducti quia constito de adulterio metuunt et metuere 37
debent ne a proprio superiore puniantur ob eorum negligentiam in removendis a parochia notoriis quoque scandalis, seu saltem in illis eidem superiori referendis ut sua auctoritate et sollicitudine ea extirpare valeat.

Excluditur etiam adulterium non obstante tumescentia ventris uxoris, etiamsi post copulam habitam cum marito septimo mense filii nascantur, quia legitimi prae- 38
sumuntur et pro legitimis haberi debent *L. Septimo* 12. *ff. de Stat. homin.* = ibi = *Septimo mense nasci perfectum partum jam receptum est propter authoritatem doctissimi viri Hyppocratis et ideo credendum est eum qui ex justis nuptiis septimo mense natus est justum filium esse* = quamvis non completo sed inchoato tantum septimo mense nascantur *Leg. inte-* 39
stato 3. *circ. fin. ff. de suis et legitim.* = ibi = *De eo vero qui centesimo octogesimo secundo die natus est Hyppocrates scripsit, et divus Pius Pontificibus rescripsit, justo tempore videri natum* = dies enim 182., ut patet, septem menses inchoatos constituunt.

Hinc si per virum initum fuerit matrimonium sub ea conditione ,, *si sponsa sit virgo* ,, hujus qualitatis defectus deduci nequit ex ortu prolis post sextum mensem a die contracti matrimonii, cum legitimus censeatur partus nedum editus post sextum mensem, sed etiam quinto ut late probant *Caranza de partu naturali cap.* 9. *n.* 2. *et* 46. *pag.* 432., *Carpzov. in Jurisprudent.*

Digitized by Google

Eccles. lib. 2. *definit.* 22. *n.* 3., *Armannus in Medica critic. cas.* 1. *pag.* 13., *Rot. in Avenionen. Donationis* 3. *Martii* 1692. § *Sed hodie cor. Card. Caprar., Sac. Congreg. Concil. in Novarien.* 24. *Februar.* 1720.

Itemque pro legitimis habentur
40 filii quos mater parit decimo mense
L. Gallus 29. *in princ.*, ibique
Gloss. verb. In decem ff. de liber.
et posthum; et quamvis in d. *Leg.*
Intestato 3. *circ. fin. ff. de suis*
et legitim. ita statuatur = *Post*
decem menses mortis natus non
admittitur ad legitimam haereditatem =, adhuc si filius nascatur
duobus diebus post decimum mensem, eum esse legitimum advertit
41 *Gloss. in d. L. Gallus* 29. *verb. In*
decem ff. de liber. et posthum., et
usque ad medietatem undecimi men-
42 sis tale tempus ad praedictum effectum extendunt *Engel. lib.* 4.
Decretal. tit. 17. *num.* 7., *Reiffenstuel ibid. n.* 22., *Haunoldus de*
Just. et Jur. tract. 4. *num.* 139.,
potissimum quando mulier est honesta, bonis imbuta moribus et
optimae famae, fugitque virorum
consortium, adversus quam nulla
43 probabilis oriri possit ejus inhonestatis suspicio.

Et licet ultra tale tempus ma-
44 jor extensio fieri non posse videatur, ut cautum habemus in *Novell.* 39. *cap.* 2. = ibi = *Mulier etc.*
undecimo mense perfecto peperit,
ut non esset possibile dicere quia
de defuncto fuisset partus, neque
enim in tantum tempus conceptionis extensum est =, nihilominus,
accedente probitate honestate et
optima fama mulieris, sunt qui
arbitrantur posse aliquando extraordinarie contingere quod ex quadam speciali corporis dispositione
et complexione ejusdem mulieris,
completo quoque undecimo mense,
ipsa partum legitimum edere valeat 45
in lucem, itaque exemplis evenisse
probat *Gottofredus in Not. ad dict.*
Novell. 39. *cap.* 2. *lit. C.*, et ex
judicio Parisiensi legitimum fuisse
declaratum partum quatuordecim
mensium, attentis probis ac hone-
stissimis moribus parturientis, refert 46
Reiffenstuel in Jus Can. lib. 4.
Decretal. tit. 17. *n.* 23.

Haec tamen, quae aliquando
procedere possunt favore matrimonii
et prolis, trahenda non sunt pro
delicti inclusione ad irrogandam
infamiam alicui honestae puellae,
quae si ventrem tumefactum deferat per decem, aut duodecim, seu
quatuordecim menses judicanda sit
gravida, et si post dictum tempus 47
ventris tumefatio cesset, censeri
debeat quod pepererit, praeterquam quod enim delicta non prae-
sumuntur *L. Merito* 51. *ff. Pro Soc*, 48
Cap. Estote 2. *De reg. jur.*, deficiente partu non praegnantia ut,
pluribus adductis exemplis, probat
Horat. Grec. in suo Medic. Fiscal.
sect. 2. *cap.* 3. *num.* 2. *et* 3. apud
Sarn. in prax. crim. pag. 467., sed
vel uteri inflatio, vel hydrops ute-
rinus esse potest, quae incommoda, 49
tam mutato quam non mutato in
muliere naturali vultus colore, saepissime obstetrices, ipsasque mulieres conjugatas quoad seipsas et
quoad alias credentes esse gravidas 50
decipiunt, ut advertit *Ettmuller*

Digitized by Google

in Coll. pract. cap. 1. *de concept. fals. art.* 1. *et* 2. *tom.* 2. *pag.* 1075. *et* 1077., idque accidisse testor in civitate Reatina anno 1760. ubi tunc Vicarii Generalis fungebar officio, cum enim mulier conjugata quadragesimum et ultra annum agens ex maxima tumescentia ventris cum optimo vultus colore et uberum plenitudine praegnans appareret, ad occurrendum exceptioni suppositi partus se duarum obstetricum et trium mulierum conjugatarum visitationi et inspectioni subjecit, quarum aliquae sub juramento gravidam esse retulerunt, sed exitus illas se decepisse probavit.

Puella igitur corpus tumefactum deferens tunc suam prægnantiam sine dubio negare non poterit, quando tumiditas ventris evanuerit eo tempore, de quo *Ovid. fast. lib.* 2.

Luna novum decies impleret cornibus orbem
Quae fuerat virgo credita, mater erat.

Quando autem adulterium uxoris non est probatum, si pater in testamento non instituat haeredem filium, quem ipse tamen supponit ex adulterio natum, testamentum nullitatis vitio laborat, quia illum ex-
51 haeredare non poterat. Deficiente enim probatione quod non ex legitimo patre sed nonnisi ex adulterio nasci potuerit, stante matrimonio et cohabitatione viri cum uxore, quilibet filius ex ea natus censendus est legitimus *Novel.* 74. *cap.* 5. = ibi = *Assidue mulieres audimus ingemiscentes et dicentes, quia quidam earum concupiscentia detenti, ducant eas in domibus suis, sacra tangentes eloquia, aut in orationis domibus jurantes habituros se eas legitimas uxores; taliter eas habentes tempore multo, et forte suscipentes filios etc. sit autem et soboles legitima etiam invito patre* =
Quamvis etiam constet eo tempore 52
uxorem adulterasse ad *text.* apertissimum in *L. Miles* 11. §. *Defuncto ff. ad L. Jul. de adulter.* = ibi = *Nam non utique crimen adulterii, quod mulieri objicitur, infanti praejudicat, cum possit et illa adultera esse, et impubes defunctum patrem habuisse* =, ex ea quoque ratione, quam adducit *Text.* tum in *Cap. Ex tenore* 14. *Qui filii sint legitimi*, ubi quod in dubio in favorem prolis sentiendum ac judi- 53
candum est = ibi = *In favorem prolis potius declinamus* =, tum in *L. Nuper.* 11. *circ. fin. Cod. de natural. liber.* = ibi = *Et hoc favore facimus liberorum.* =

Secus vero si probetur quod maritus tempore conceptionis ob absentiam, vel infirmitatem, vel impotentiam, aut aliud impedimentum 54
cum uxore copulam habere non poterit *L. Filium* 6. *ff. De his qui sunt sui vel alien. jur.* = ibi = *Filium eum definimus, qui ex viro et uxore ejus nascitur, sed si fingamus abfuisse maritum (verbi gratia) per decennium, reversum anniculum invenisse in domo sua, placet nobis Juliani sententia hunc non esse mariti filium etc. sed mihi videtur etc. si constet maritum aliquandiu cum uxore non concubuisse, infirmitate interveniente vel alia causa veluti si ea valetu-*

Digitized by Google

dine paterfamilias fuit ut generare non posset, hunc, qui in domo natus est, licet vicinis scientibus, filium non esse. —

Caeterum his aut similibus impedimentis cessantibus, filii censendi sunt legitimi, quamvis non solum pater pro illegitimis illos denunciet, sed et ipsa mater eos adul-
55 terinos esse fateatur argumento *Text.* in *Cap. Per tuas* 10., ibique *Barbos. n.* 3. *Abb. n.* 4. *De probat. Rot. Florentin. lib. Motivor.* 140. *pag.* 177. *Engel. lib.* 4. *Decretal. tit.* 17. *n.* 3. *Reiffenstuel ibid. n.* 11., ubi, quod fatuus est filius cre-
56 dens matri asserenti se illum ex adulterio concepisse tum quia suam turpitudinem in alterius praejudicium alleganti nulla fides est adhi-
57 benda *Gloss. in Cap. Inter dilectos* 8. *verb. Turpitudinem de donat. L. Mercalem* 5. *Cod. de condit. ob turp. caus.*, *Rot. in Posnanien. seu Varsavien. Matrimonii* 26. *Junii* 1747. §. *Calumniam denique cor. Card. Bus.*, tum quia esset in facultate matris paterna haereditate privare eum le-
58 gitimum filium, quem odio prosequeretur.

Est obiter advertendum quod
59 aliquando accidit quod defuncta muliere gravida, ex illius utero incisionis ope foetus vivus extrahatur et deinde moriatur, unde oriri potest dubium an talis foetus sit capax successionis, et quod capax sit successionis tam activae quam passivae, dummodo ex numero mensium gravidantiae idem foetus potuerit esse vitalis, resolvit. *Card. de Luc. de succes. disc.* 46.

CAP. XVI.

An aliquando propter adulterium Separatio Tori nec peti nec concedi possit, aut concessa, detur reintegratio.

SUMMARIUM.

1 Separatio tori propter adulterium non conceditur si uterque conjux adulterium commiserit.
2 Si maritus prostituat uxorem vel cum ejus consensu adulterium committat.
3 Sive uxor invita sive volens consenserit.
4 Non potest maritus uxoris improbare mores quos ante corrupit aut postea probavit.
5 Non admittitur separatio tori si uxor alteri nupsit credens mortuum esse maritum, ad quem redire tenetur.
6 Si copulam habuerit cum viro clam lectum ingresso putans suum esse maritum.
7 Sine dolo adulterium non committitur.
8 Reus non est adulterii qui ignoranter conjugatam cognoscit.
9 Non est locus separationi tori si uxor vi fuerit oppressa.
10 Lucretia a Tarquinio per vim oppressa nullum commisit adulterium.
11 Si violenter corrumpitur corpus et pudicitia mentis illae-

Digitized by Google

sa servatur, castitas duplicatur.

12 Peti nequit separatio tori si post adulterium conjuges inter se reconciliati fuerint.

13 Si uxor a viro male tractata et ab ejus domo expulsa fuerit, ea intentione, ut ob necessitatem se prostitueret, et de facto adulterium commiserit.

15 Uxor nulla ratione prolabi debet in adulterium;

16 Sed potius quaelibet mala subire debet.

17 Non conceditur separatio tori, quamvis alter ex conjugibus admiserit tactus et oscula cum pollutione proprii vel alieni corporis, et quare *n.* 18.

Limita si ex hac causa odium implacabile inter conjuges oriatur *ut n.* 19.

20 Nec etiam conceditur quando adulterium non est moraliter certum, sed dubium.

21 Et tunc conjux innocens nec alteri debitum conjugale negare potest, et quare.

22 Melior est conditio possidentis.

23 Nec etiam conceditur si maritus adulterium uxoris, cum posset, prohibere noluerit.

24 Sed ipse est lenocinii poenae subjectus.

25 Uxor adultera volens, a marito recipi debet si ipse post separationem adulterium commiserit.

26 Non conceditur propter adulterium separatio, si tempus ad accusandum effluxerit.

Contrarium *ibid.*

Admitti nequit propter adulterium separatio tori

Primo quando uterque conjux adulterium commisit *Cap. penult.* 1
Cap. fin. de adult. Can. Nihil 32. *quaest.* 6.

Secundo si maritus petat tori separationem postquam prostituit uxorem, vel uxor cum ejus consen- 2
su tale scelus commisit *Cap. Discretionem* 6. *De eo qui cognov. consanguin. Uxor. suae*, *D. Thom. in* 4. *dist.* 35. *quaest. unic. art.* 1. *in corp.*, *Farinacc. qu.* 143. *n.* 25. *et*
26. ubi quod procedit sive uxor in- 3
vita sive volens adulterio consenserit *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 17. *n.* 6.; non potest enim
maritus uxoris improbare mores 4
quos ipse aut ante corrupit aut postea probavit *leg. Cum Mulier.* 49. *ff. Solut. Matrim.*

Tertio si uxor alteri nupsit, quia vere credidit suum mortuum
esse maritum, quae proinde ad il- 5
lum redire debet *Can. Cum per bellicam* 1. *caus.* 34. *qu.* 5., *D. Thom. in* 4. *d. dist.* 35. *qu. unic. art.* 1. *in corp.*

Quarto si uxor copulam habuerit cum viro clam lectum ejus
ingresso, quem suum verum mari- 6
tum esse putabat *Can. Si Virgo*, *Can. in lectum* 34. *qu.* 1., *D. Thom. loc. cit.* nam sine dolo minime adul-
terium formale committitur *leg. pe-* 7
nult. ff. Ad leg. Jul. de adulter., nec reus est adulterii qui ignoran-
ter conjugatam cognoscit argumen- 8
to *Text. in Cap. Si aliquis* 4. *De sent. excommunicat.*

Quinto si uxor vi fuerit op-
pressa *Can. Tolerabilius* 1. *caus.* 9

Digitized by Google

32. *qu.* 5. *D. Thom. loc. cit.* et apertissime hoc etiam declarat *Text. in Can. De pudicitia* 6. *caus.* 32. *qu.* 5. = ibi = *Non potest fieri ut nisi quis moechetur prius in corde moechari possit in corpore etc. Corpus mulieris non vis maculat, sed voluntas* =, ubi etiam *in principio* dicitur quod *a violento stupratore nec ipsa eripi potest pudicitia*, unde
Lucretia, ut alibi dixi, a Tarquinio
10 per vim oppressa, nullum commisit adulterium. Quamvis enim violenter corrumpatur corpus, si id nihilominus fiat sine consensu, sed quia violentiae resisti non possit, et
pudicitia mentis illaesa servetur,
11 non solum castitas non amittitur,
sed duplicatur, ut Diva Lucia illibatissima virgo Paschasio respondit, nempe = *Si invitam jusseris violari, castitas mihi duplicabitur ad coronam* =.

Quinimo si aliqua virgo per vim corrumpatur non amittit virginitatem, nisi illi actui aliquo modo consentiat *Bonaccin. Theol. Moral. tom.* 2. *tit. de Concupiscentia disput.* 8. *qu.* 1. *punct.* 1. *n.* 8., *Salmaticens. in Curs. Theol. Moral. tract.* 26. *cap.* 1. *n.* 73.; nec etiam virginitatis meritum perdit, licet taliter oppressa concipiat *Nicol. in Foscul. verb. Virgo n.* 3.; — secus autem si vel externo contactu vel alia ratione pollutionem aut aliam veneream delectationem admiserit, haec enim virginitatis non habet aureolam, quae solum debetur illis qui virginitatis virtute fulgent, non autem illis qui etiam naturalem tantummodo virginitatem possident *Azor. instit. moral. par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 2., virginitas tamen per poenitentiam recuperari potest, sed virginitas mentis non vero corporis *D. Thom. supplem. quaest.* 96. 3. *corp.*, *Azor. Instit. Moral. par.* 3. *lib.* 3. *cap.* 3.

Sexto separatio tori locum non habet si post adulterium conjuges inter se reconciliati sint, et ad invi-
cem petierint et reddiderint debi- 12
tum *Can. Si illic* 29. *caus.* 23. *qu.* 4., *Gloss. in Cap. Plerumque* 4. *verb. Nec reconciliata De donat. int. vir. et uxor.*, *Leg. Crimen* 11. *Cod. ad L. Jul. de adulter.*, *D. Antonin.* 3. *par. tit.* 2. *cap.* 21. § 5., *D. Thom. in* 4. *dist.* 35. *qu.* 1. *artic.* 1. *in corp.*, *Farinacc. qu.* 142. *n.* 68.

Septimo si uxor commiserit adulterium, quia fuerit a viro male et injuste tractata, eidemque conju-
gale debitum et alimenta per ipsum 13
negata, ac ab ejus domo expulsa ea tamen intentione ut ob necessitatem adulterium committeret seu se prostitueret, tunc enim viro hujus peccati imputatur culpa et perinde est ac si ipse in adulterium consenserit *Can. si tu* 20. *caus.* 27. *quaest.* 2., *D. Thom. in* 1. *ad Corinth.* 7. *lect.* 2.; secus autem si talem intentionem maritus non habuerit,
ut distinguunt *Pirhing. in Jus. Can.* 14
lib. 4. *Decretal. tit.* 19. *n.* 12., *La Croix lib.* 6. *par.* 3. *n.* 435. cum *Ferdinand. Krimer*, *et Raphael. Aversa* ab eo citatis *Rosignol. de effect. matrim. contract.* 15. *de matrim. VI. praenot.* 11. *sect.* 9. *n.* 5., *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 5. *n.* 6. *per text. in Cap. significasti* 4. *De divort.* quia uxor nulla ratione prolabi debet in adulterium

Digitized by Google

Glos. ibid. verba Materiam, sed po-
16 tius quaelibet mala subire tenetur,
quam consentire peccato *Can. Ita
ne* 3. *caus.* 32. *qu.* 5., *Cap. sacris* 5.
De his qui vi metusve, *Cap. Ex
literis* 5. ibique *gloss. verb. Com-
pulsa De divort.*, *L. Palam* 43. ibi-
que *glos. verb. Egit. ff. de rit. nupt.*,
ideoque in hoc casu ejus expulsio
eam a patrato crimine non excusat
Sanch. de Matrim. lib. 10. *d. di-
sput.* 5. *n.* 6., *Farinacc. qu.* 143. *n.*
12., *Rot. dec.* 277. *n.* 33. *et seqq.
par.* 6. *rec.*, *et cor. Crisp. dec.* 292.
num. 14.

Octavo si alter ex conjugibus
admiserit tactus, amplexus et oscu-
17 la etiam cum pollutione proprii vel
alieni corporis, quamvis enim ob
hanc causam sponsus a sponsalibus
resilire possit *Bonaccin. Theol. Mo-
ral. tom.* 1. *tit. de Sponsal. quaest.*
1. *punt.* 8. *n.* 2. = ibi = *Sponsum
posse resilire a sponsalibus non so-
lum si foemina fornicetur*, *sed
etiam si permittat*, *se ab alio impu-
dice tangi* =, ob ipsam tamen non
fit locus separationi tori, siqui-
dem per haec etsi gravia peccata
18 sine actuali copula non perfecta et
consummata, neutiquam laeditur
jus matrimonii, cum deficiente con-
cubitu in tertium, alterius conjugis
caro non dividatur *Pirhing. in jus
Canon. lib.* 4. *Decretal. tit.* 19. *n.*
5., *Reiffenstuel ibid*, *n.* 60., *Sanch.
de Matrim. lib.* 10. *disp.* 4. *n.* 9.
10. 11. *et* 12., *Covarruv. de Sponsa-
lib. par.* 2. *cap.* 7. § 6. *n.* 3., *Rot.
in Anconitana obsequiorum ma-
trimonialium* 15. *Junii* 1764. § *per
summam coram Veri* = ibi =
*Verumtamen ad tori separationem
satis esse non possunt intentio cri-
minis liberioresque lusus*, *ad quos
ex humana fragilitate homo labi-
tur*, *sed facto opus omnino est
etc.* =

Verumtamen in hujusmodi ca-
su, quamvis ex praedicta causa non
sit locus separationi tori, hanc ta-
men separationem concedere debe- 19
bit quandoque judex propter odium
implacabile, quod ex eadem causa
oriri solet in animo honesti conju-
gis innocentis, cum odium de per
se ad tori separationem sufficiat, ut
probavi in praecedenti *Cap.* 11. *per
tot. hujus lib.* 2., et aliquando si
ex hujusmodi inhonestis actibus ori-
ri possit etiam commercii carnalis
praesumptio, ut in superiori *Cap.*
14. *n.* 19. *et seqq. hujus lib.* 2.

Nono si adulterium non sit
notorium, nec innocenti conjugi 20
physice vel moraliter certum, sed
solum de illo dubitet aut suspice-
tur, quia tunc in foro nec externo
nec interno conjux innocens ab eo
divertere, aut illi conjugale debi-
tum negare potest, cum enim co-
njux, de cujus fidelitate alter du- 21
bitat, in juris matrimonialis posses-
sione reperiatur, eo proinde ob so-
lum dubium seu suspicionem pri-
vari nequit, nam in dubio melior
est conditio possidentis *Cap. In pa-* 22
ri 65. *De reg. Jur. in* 6., itaque ex
Can. Multi 18. *caus.* 2. *qu.* 1., *Can.
Oves* 9. *caus.* 6. *qu.* 1. tenet com-
munis doctorum cum *Sanch. de
Matrim. lib.* 10. *disput.* 12. *n.* 39.

Decimo si maritus informatus
de adulterio uxoris, cum posset, illud 23

Digitized by Google

prohibere noluerit, sic enim habetur ac si expresse consentiat, et tamquam leno poenae lenocinii est
24 subjectus *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 5. *n.* 5., *Farinacc. qu.* 143. *n.* 27. *et seqq.*

Undecimo si facta separatione tori propter adulterium uxoris, maritus deinde adulterium ipse quoque commiserit, tunc enim matrimonium reintegratur et uxorem
25 ad virum se restitui petentem recipere tenetur *Cap. Ex literis* 5. ibique *gloss. verb. Ad invicem segregati, et gloss. ult. in fin. De divort.*, *Covarruv. in* 4. *Decretal. par.* 2. *cap.* 7. §. 6. *num.* 5. *vers. imo lata sententia*, *Clar. in prax.* §. *adulterium num.* 17. *vers. Facta autem.*

Duodecimo si tempus accusa-
26 tioni praescriptum effluxerit *Perez ad tit. Cod. Ad leg. Jul. de adulter. n.* 46.; jus etenim accusandi de adulterio quinquennio praescribitur — sed quamvis hoc verum sit quoad poenam criminalem et civilem, quoad petendam tamen et obtinendam tori separationem seu divortium nunquam currit praescriptio, itaut quantocumque tempore elapso pro obtinendo eodem divortio per conjugem innocentem promoveri possit instantia, quemadmodum post *Text. in Can. Admonere* 33. *qu.* 2. ibique *gloss. verb. poenitentia* adversus contrarium sentientes cum *Anan. in Cap. Maritis de adulter. Palud.*, *Cravett.*, *Farinacc. qu.* 10. *n.* 20., sustinet *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 3. *n.* 8. *et seq.*

CAP. XVII.

De Separatione Tori ad tempus propter ebrietatem et furorem.

SUMMARIUM.

1 Quisque vino uti valet juxta propriam indigentiam.
2 Vinum est pro morbis medicina, dummodo sit bonae qualitatis.
3 Viris et mulieribus Nazzareis, qui se templo vovere vellent, Deus vini usum inhibuit.
4 Idque praecepit sacerdoti Aron aliisque sacerdotibus, et quare.
5 Antiquitus vini usus vetitus erat mulieribus.
6 Egnatius Mecennius uxorem ori approximantem scyphi vinum trucidavit, nec ullam poenam subivit.
7 Fridericus III. Imperator maluit potius non habere filios quam permittere uxori sterili usum vini, ut fecunda evaderet.
8 Licurgus, ut ebrietatis occasionem removeret, vites omnes incidi mandavit.
9 Seleucus poenam mortis imposuit bibentibus vinum pro medicina sine licentia medici.
10 Apud antiquos Romanos qui trigesimum aetatis annum compleverant, et non antea, vinum bibere poterant,
11 Exceptis mulieribus, quae vinum bibentes ex lege Romuli ut adulterae puniebantur.

Digitized by Google

12 Ebrietas est vitiorum omnium fomes et nutrix.
13 Tollit plenitudinem intellectus et ad insaniam homines protrahit.
14 Vinum Alexandri Magni gloriam obscuravit,
15 Ebrius et phreneticus Clitum suum carissimum amicum occidit, cujus mortem postea deploravit.
16 Henricus VIII. Rex Angliae clandestinas nuptias cum Anna Bolena contraxit,
17 Christi Vicario rebellis evasit,
18 Catharinam ejus legitimam uxorem sprevit,
19 Vasa sacra in prophanos usus convertit,
20 Strenuus antea Ecclesiae defensor, et deinde Evangelii perjurus,
21 In mortis agone inebriari voluit, ne ad poenitentiam revocaretur.
22 Ebrietas ad libidinem provocat.
23 Ebriosi regnum Dei non possidebunt.
24 Immoderantia valetudinem laedit morbos auget et vitam abbreviat.
25 Ab ebrietate scatent lasciviae, adulteria, inhonestates, prophani amores, impudici sermones, morum corruptela, rixae, contentiones, homicidia, aliaque mala.
26 Potissimum nostris temporibus, quibus virorum mulierum et infantium os bacco redundat, et nasus tabacco sordescit.
27 Hinc dissidia inter fratres, lites inter parentes et liberos, jurgia etc. inter conjuges, qui propterea tori separationem quotidie postulant.
28 Ebrietas est causa separationis tori,
29 Quatenus ex viri ebrietate vitae periculum uxori immineat,
30 Multoque magis si uxori et proli immineat periculum animae,
31 Primarius ac principalis matrimonii finis.
32 Parentes docere tenentur liberos, ut sciant et impleant necessaria ad aeternam salutem, utque debito tempore Sacramenta suscipiant.
33 Illorum vitia corripere et castigare,
34 Filiarum honestatem et pudicitiam custodire,
35 Earum nimium ornatum et fuci irritamentum impedire,
36 Ne se viris inspiciendas proponant, sed ut illorum societatem omnino fugiant praecipere,
37 Quamcumque removere occasionem qua virorum seu mulierum impudica verba earum castas aures offendant, moresque corrumpant,
38 Ut cum omnibus liberis ad coelestem patriam ascendant.
39 Ad hunc finem initum fuit matrimonium.
40 Si pater sit deditus ebrietati deficit in recta liberorum educatione, eosque in viam perditionis traducit, et quare.
41 Ideo ab eo separanda est uxor et liberi.
42 Emendatio sperari nequit in eo qui in simili vitio est habituatus, et adducitur exemplum.

Digitized by Google

Illustriss. et Rever. D. Paulus Thomas Marana Episcopus et Princeps Asculi laudatur *ibid.*

43 Separatio tori propter ebrietatem de sui natura est temporanea, sed ut plurimum potest esse perpetua, et quare.

44 Furor est causa separationis tori.

45 Quoties furor intollerabilis fuerit.

46 Et ex eo periculum gravis damni immineat uxori.

47 Facta separatione, furiosus uxori dotem restituere tenetur.

48 Ambo conjuges mentis impotentes effecti sunt separandi.

49 Graviter peccaret qui eos ad copulam incitaret, et quare.

Quisque vino uti valet juxta propriam indigentiam legimus
1 enim in *Ecclesiastic. capit.* 31. *vers.* 36. *et seq.* = ibi = *Exultatio animae et cordis vinum moderate potatum: sanitas est animae et corporis sobrius potus* =, et similiter in *Judic. cap.* 9. *vers.* 13. dicitur = *Vinum laetificat Deum et homines* =: laetificat Deum quia ut ibi *Lyran.* inquit *Levitae in oblationibus hostiarum non cantabant cantica divina donec offerrentur libamina, quae fiebant de vino, et potest etiam hoc exponi de Sacramento Eucharistiae, quod est Deo acceptissimum, in quo convertitur vinum in Sanguinem Christi* — laetificat autem homines *et de laetificatione illorum videmus per experientiam.* Multi quoque vinum laudant tamquam salubre et pro
2 morbis etiam medicina, dummodo sit bonae qualitatis, de qua *Schola Salernitana* inquit:

Si bona vina cupis haec quinque probantur in illis,
Fortia, formosa, fragrantia, frigida, prisca.

Attamen tam viris quam mulieribus Nazzareis, qui se templo vovere vellent, Deus praecepit ut a vino tamquam omnium scelerum
fonte abstinereut; idemque praece- 3
ptum sacerdoti Aron aliisque sacerdotibus confirmavit, ne propter ebrietatem proprium characterem,
propriamque dignitatem ignorarent 4
nec agnoscerent.

Antiquitus autem ita mulieribus usus vini vetitus erat ut, quemadmodum scribit Valerius Maxi- 5
mus, cum Egnatius Mecennius vidisset propriam uxorem scyphi vinum suis labiis approximantem eam
gladio trucidavit, nec ullam poenam 6
subivit, idque narrat etiam *Plin. lib.* 14. *cap.* 13. *in princ.*; — item cum Eleonora filia Odoardi Regis Portugall. Friderico III. Imperatori matrimonio conjuncta sterilis appareret, et ut fecunda evaderet, concordi medicorum consilio, uti vino deberet, quod in domo patris nunquam biberat, Imperator iratus, hujusmodi spreto consilio, statim protestatus fuit se velle potius non habere filios suaeque pati posteritatis
extinctionem quam uxorem vinum 7
tollerare bibentem. — Celeberrimus ille legislator Licurgus ad removendam ebrietatis occasionem vites
omnes incidi mandavit. — Zeleu- 8
cus ad refrenandum virorum luxum opportunum statuere duxit quod annulis aureis, pretiosisque vestibus uterentur qui vel adulterium com-

Digitized by Google

mittere vel lenocinii artem exercere vellent, itaque amittendi honoris et infamiae metu obtinuit, quod formidine poenae pecuniariae obtinere non poterat. — Sic et puellas Milesias infirmitate adeo insana laborantes, ut nec parentum lacrymae nec persuasiones amicorum nec vigilantia custodum eás retardare possent quin aquis sese submergerent, statutum quod post obitum nuda earum cadavera per publicam plateam deferri deberent, ab hujusmodi amentia propter zelum honoris revocavit. — Contra mulieres cum insigni pompa a superfluo famularum numero associatas qualibet hora vagantes idem Zeleucus decrevit, quod nulla honesta mulier nocturno tempore e civitate posset exire, nisi quae amantem quaereret, nec aureo ornamento et vestibus acu phrigia pictis uteretur nisi quae meretricium exercere vellet, nec plusquam unam famulam duceret nisi quae ebria fuisset; sed. quoad. ebriam honoris zelum satis non fuisse censendum, quia legem etiam edidit ut bibentes sine licentia medici vinum, dumtaxat pro
9 medicina, immediate carnifici traderentur. — Apud antiquos Romanos
10 nonnisi illis qui trigesimum aetatis annum compleverant fas erat bibere vinum, exceptis tamen cujuscumque aetatis mulieribus, obsistente Romuli lege ita jubente = *Si*
11 *vinum biberit domi uti adulteram puniunto* =.

Ebrietas enim est vitiorum om-
12 nium fomes et nutrix *Can. Ante omnia 7. dist.* 35. = ibi = *Ante omnia Clericis vetetur ebrietas, quae omnium fomes et nutrix est* =,
tollit enim plenitudinem intellectus 13
et ad insaniam homines protrahit.
— Quis Alexandri Magni gloriam ob- 14
scuravit nisi vinum, qui, post caenam impudenter ebrius atque freneticus, Clitum suum carissimum ac fidelem amicum sibi occurrentem occidit, cujus deinde mortem, digesto vino, lacrymis copiosissimis
deploravit? — Unde orta in M. An- 15
tonio nisi ex ebrietate crudelitas? *Senec. Epist.* 83. = ibi = *M. Antonium magnum virum, et ingenii nobilis, quae alia res perdidit, et in externos mores ac vitia non romana trajecit quam ebrietas? Haec crudelem fecit, cum capita principum civitatis caenanti referrentur: cum inter apparatissimas epulas, luxusque regales, ora, ac manus proscriptorum recognosceret: eum vino gravis sitiret tamen sanguinem* =, Henricus VIII. Rex Angliae contra omne jus divinum et humanum Catharina Ferdinandi Catholici Regis filia sibi matrimonio conjuncta turpiter dimissa, cum clandestinis nuptiis Annae Bolenae meretricis omne genus scelerum et iniquita-
tum conjunxit; — Vaticani infensis- 16
simus hostis, Summoque Pontifici
Jesu Christi Vicario rebellis evasit, 17
contemptisque Petri clavibus, vasa
sacra templorum sibi appropriavit, 18
Christi patrimonium temporali dominio subdidit, ejus redditus in laicos transtulit, et qui fuerat strenuus
Ecclesiae Romanae defensor; et 19
paulo ante a LEONE X. Pont. Max. Rom. Ecclesiae Defensoris titulum promeruerat ob Lutheri haeresim scriptis confutatam, paulo post se

Digitized by Google

Lutheranum cum toto Regno mise-
20 rabiliter professus est, seque Catho-
licae Fidei destructorem et Evan-
gelii perjurum ostendit. Cur nemo
illius resipiscientiam et conversio-
nem, nec etiam in articulo mortis
sperare potuit, nisi quia, ut ipse
in mortis agone a conscientiae sti-
mulis se liberaret, neque catholi-
21 corum monitis et hortationibus il-
lum ad poenitentiam revocantibus
suae paterent aures, vini potu ine-
briari voluit; quo facilius ad locum
pro suis sceleribus sibi debitum in
sua contumacia obstinatus perdu-
ctus fuit, postquam animam in
aeterna supplicia cum his verbis
effudit *omnia perdidimus*; ut testa-
tur *Sander. lib.* 3. *de Schismat.*
Anglican. = ibi = ***Decumbente
Henrico et morbo ingravescente,
cum de instanti mortis articulo
ab amicis admoneretur, patera vini
albi poposcit atque ad unum e
suis conversus: omnia, inquit, per-
didimus*** =.

Causa quoque idololatriae Hae-
breorum fuit ebrietas, ubi Moyses
post jejunium quadraginta dierum
mandata digito Dei conscripta su-
scepit, ut observat ***S. Basilius Ma-
gnus homil.*** 1. ***de Jejun. ante
medium*** = ibi = ***Supra montem
jejunium legis latae conciliator
fuit; inferius vero gula ad idolo-
latriam populum deduxit. Sedit
populus manducare et bibere et
surrexerunt ludere. Quadraginta
dierum laborem et perseverantiam,
Dei servo continuo jejunante ac
orante, una tantum populi*** EBRIETAS
***cassam irritamque reddidit. Quas
enim tabulas Dei digito conscri-
ptas jejunium accepit,*** EBRIETAS
contrivit =.

Ebrietas etiam ad libidinem
provocat *Can. Luxurioso* 3., *Can.* 22
Luxuriam 5. ***dist.*** 35. ***Cap. A cra-
pula*** 14. ***De Vit. et Honest. Cle-
ric.*** = ibi = ***Ebrietas et mentis
inducat exilium et libidinis provo-
cet incentivum*** =; unde ***Apostolus
ad Ephes. cap.*** 5. ***vers.*** 18. inquit
= ***Nolite inebriari vino in quo
est luxuria*** =, Salomon ***in proverb.
cap.*** 20. ***vers.*** 1. ait = ***Luxuriosa
res est vinum*** =, et Salvator ipse
in Evangelio Luc. cap. 21. ***vers.*** 34.
praecipit = ***Attendite vobis ne
forte graventur corda vestra a cra-
pula et ebrietate*** = propter quam
ebriosi regnum Dei non possidebunt 23
Apostolus 1. ***ad Corinth. cap.*** 6.
vers. 10, et contra eamdem tam-
quam ipsi corporis sanitati contra-
riam vehementer declamat ***S. Hie-
ronym.*** in ***Can. Ne tales*** 28., ***et
Can. Legimus*** 29. ***dist.*** 5. ***De Con-
secrat.***, ubi quod immoderantia va- 24
letudinem laedit, morbos auget et
vitam et annos abbreviat, idque
habetur quoque ex ***Ecclesiastic.
cap.*** 37. ***vers.*** 33. ***et seq.*** = ibi =
***In multis escis erit infirmitas et
aviditas appropinquabit usque ad
choleram. Propter crapulam multi
obierunt, qui autem abstinens est,
adjiciet vitam*** = quod et a ***Castor.
Durant. in thesaur. sanitat. verb.
Vino*** his versibus exprimitur

Vina bibant homines, animalia caetera fontes,
Absit ab humano pectore potus aquae.
Pocula, quae caruere modo, mihi crede nocebunt,
Vina tamen modice sumpta juvare solent.
Immodice at sensus perturbat copia Bacchi,
Inde quis enumeret quot mala proveniant,
Corporis exaurit succos, animique vigorem,
Opprimit ingenium, strangulat, atque necat.

Digitized by Google

Ab ebrietate tandem, ut plurimum, oriuntur lasciviae, adulteria, inhonestates, prophani amores, impudici sermones, morum corruptela, rixae, contentiones et homicidia, aliaque mala tradita a
25 *Tiraquell. de leg. Connub. leg.* 9. *a num.* 203., *Petro Placa in tract. de Epitom. delictor. cap.* 30., *Luc. de Penn. in rubr. Cod. de legat. etc. num.* 13. *lib.* 10. *et in L.* 1. *n.* 7. *Cod. de erogan. milit. ann. lib.* 12., *Rutger. Ruland. de Commiss. par.* 1. *lib.* 1. *cap.* 23., *Joann. Stob. serm.* 18., *Phil. Ebreo de plantatione Vineae Noè*, *Clement. Alexandrin. lib.* 2. *Pedag. cap.* 2. *per tot.*, *Boccacc. de casib. vir. illustr. lib.* 7. *cap.* 7., *Isidor. Pelusior. lib.* 1. *epist.* 203., ubi Noè, Loth et Herodis ebrietates commemorat, *Senec. Epistol.* 8. = ibi = *Ubi possedit animum nimia vis vini, quidquid mali latebat, emergit. Non facit ebrietas vitia, sed protrahit. Tunc libidinosus ne cubiculum quidem expectat, sed cupiditatibus suis quantum petierint sine dilatione permittit: tunc impudicus morbum profitetur ac publicat: tunc petulans non linguam non manum continet: crescit insolenti superbia, crudelitas saevo, malignitas livido: omne vitium detegitur et prodit* = Et potissimum hujusmodi scelera ab ebrietate scatent nostris hisce temporibus, quibus non virorum tantum sed et mulierum imo et infantium os Baccho redundat, et nasus tabacco sordescit; ideoque frequenter audimus puellas sine conjugio praegnantes, foeminas nuptas et innuptas, ipsosque pueros imprecationes, blasphemias et obscena verba per domos, vicos et plateas publice proferentes, et, si nascente mundo propter invidiam

Fraterno primae maduerunt sanguinae glebae,

non semel hodie propter vinum nascuntur domestica usque ad mortem
dissidia inter fratres, lites inter 26
parentes et liberos, jurgia, insidias, saevitias et odia inter conjuges,
quorum unus vel alter quotidie pro 27
tori separatione judicum opem implorat.

Nil mirum igitur si ebrietas
pro *nona* causa separationis tori ad 28
tempus merito ponitur juxta sanam doctrinam *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 18., *Farinacc. quaest.* 143. *num.* 138. qui tamen
hoc admittunt, quatenus ex viri 29
ebrietate vitae periculum uxori immineat; — quod et ego cum hac conditione tenendum censeo, sed magis
cum altera, si videlicet uxori et 30
proli immineat periculum animae.

In eum namque primarium ac
principalem finem matrimonium ce- 31
lebratur ut per liberos ex legitima uxore suspiciendos genus humanum conservetur, et per generationem filiorum, eorumque piam educationem una cum illis parentes aeternae felicitatis beatitudinem adipiscantur. Eos proinde docere tenentur ut sciant et impleant necessaria ad aeternam salutem, utque
debito tempore Confessionis et Eu- 32
charistiae Sacramenta suscipiant; curare debent ut divina et ecclesiastica servent praecepta, debentque
illorum vitia corripere et casti- 33
gare, filiarum honestatem ac pu-

Digitized by Google

dicitiam multis periculis expositam
34 custodire, nullatenus permittentes
quod nimio ornatu et fuci irrita-
35 mento utantur, neque se viris in-
spiciendas proponant, nec tabac-
cum etiam juxta modernum abu-
sum omni virginali verecundia de-
posita juvenibus petant, sed eorum
36 societatem omnino fugiant atque
virginalem pudorem constantissime
servent, et quia juxta illud *Menan-
dri*, quod *D. Paul.* inseruit *in Ep.
1. ad Corinth. cap. 15. vers.* 33.,
nempe = *Saepe bonos mores corrum-
punt colloquia prava,* = obligati sunt
quamcumque removere occasionem,
qua ipsa impudica improborum vi-
rorum seu mulierum verba illa-
rum castas aures offendant, illa-
37 rumque mores corrumpant, ut cum
omnibus suis liberis tam masculis,
quam foeminis ad celestem patriam,
pro qua eos procreare tantummodo
debuerunt, communibus inimicis
38 superatis, ascendant, quia ad hunc
finem initum fuit matrimonium et
39 ad hunc finem illud consummarunt.

Quoties ergo maritus, et re-
spective pater, est deditus ebrietati,
40 domumque rediens aut gladio sive
baculo uxori mortem minatur, aut
cum minis verba profert inhone-
sta atque blasphemias, non solum
deficit in recta liberorum educatio-
ne, sed eos suo malo exemplo, et
praesertim innuptas filias suorum
obscenitate verborum in viam per-
ditionis introducere studet. Finis
igitur procreandi sobolem pro beati-
tudine aeterna cessat, et si liberi
apud eum ulterius remaneant una
cum ipso sibi damnationem propter
hanc pessimam educationem acqui-
rent. Hinc nulla urget ratio cur
in hoc casu uxor separari non de-
beat una cum liberis ab eo qui
more belluarum utitur matrimonio 41
ad solam explendam libidinem, et
ad interitum prolis, ejusque animae
ultimum exterminium.

Nec emendatio sperari potest
in eo qui in simili vitio est mi-
serrime habituatus, itaut esse pos- 42
sit locus cautioni de se abstinendo
in posterum ab ebrietate ut innuit
Sanch. de Matrim. lib. 10. *disput.*
18. *n.* 18. *in fin.* cum difficile sit
et fere impossibile quod incorri-
gibilis ad id fidejussorem inveniat.
Dum essem Vicarius Generalis Ill.^mi
et Rev.^mi domini mei Pauli Thomae
Marana patritii Januensis atque
Episcopi, et Principis Asculi, cujus
aspectus hylaris, veneranda cani-
ties, sermo verus, provecta aetas,
simplex animus, quieti mores, reli-
giosa vita, integerrima castitas,
aliaeque ipsius egregiae animi do-
tes a populis illius civitatis et dioe-
cesis ad haec usque tempora inde-
sinenter commemorantur, vir qui-
dam annorum quinquaginta circi-
ter vulgaris conditionis prius ta-
bernam quam ecclesiam adire so-
litus erat. Nulla dies aderat, qua
vel illum vacillantem, vel unum
ante et quatuor retro gressus fa-
cientem vel in terram prolapsum
puerorum turba sibilis, manuum
strepitu et ululatibus non irride-
rent. Domum reversus, totam re-
plebat clamoribus habitationem ver-
ba proferens obscena, horridasque
blasphemias evomens coram suis
innuptis etiam filiabus, contra quas
suamque uxorem sive illum corri-

Digitized by Google

pientes, sive exorantes, sive loquentes, sive tacentes baculo armatus nimioque furore correptus verbera minabatur, minssque exequi proculdubio non omisisset nisi vel arrepta fuga ab ejus manibus se liberassent, vel ad eum retardandum vicini presto fuissent. Uxor et filiae secreto querelas cum lacrymis et gemitibus apud me tandem reiterarunt, meam implorantes opem ad illum ab hujusmodi detestabili vitio revocandum. Meo quidem muneri non defeci, paternam correctionem non omisi, acres deinde monitiones adhibui, demum in formalem carcerem illum detrudi praecepi, cumque nihil unquam profecerim, neque fidejussorem haberet ad praestandam cautionem de se abstinendo in posterum ab ebrietate, quia notorium erat quod esset incorrigibilis, per satellites jussi ad publicam civitatis plateam duci, ibique vestibus oenopherorum onustum, ac libellum supra pectus cum inscriptione = *Per ubbriachezza* = deferentem per horam columnae ligatum detineri, et deinde liberum relaxari. Hoc ridiculo potius quam rigoroso remedio mortificatus, per mensem circiter ab ebrietate abstinuit, suaeque domui pacem restituit, sed quia, ut ait *Ovid.*

Nitimur in vetitum semper, cupimusque negata,
Sic interdictis imminet aeger aquis,

modico praedicto tempore elapso majori impetu vitium reassumpsit, vinoque quotidie plenus novos terraemotus in propria domo cum suae familiae ac vicinorum scandalo excitavit.

Ex quibus optime arguitur quod si ob hanc causam tori separatio concedatur, prout concedendam esse non dubito, ad parendum *Apostolo* 1. *ad Corinth. cap.* 5. *vers.* 11. = ibi = *Si is qui frater nominatur, est fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus,* AUT EBRIOSUS, *aut rapax, cum hujusmodi nec cibum sumemere* = licet de sui natura debeat
esse temporanea, doratura nempe 43
donec conjux ebrietati deditus non resipiscat, ad quem interim conjux innocens una cum filiis apud eum manentibus redire non tenetur, nihilominus ut plurimum accidentaliter potest esse perpetua, quia in hujusmodi vitio habituatus redditur incorrigibilis, ut cecinit *Ariost.*

Natura inclina al male, e viene a farsi
L'abito poi difficile a mutarsi.

Quid si tam vir quam uxor ebrietatis sint servi, et si alter ex eis adversus alterum excandescit, eumque percutere cum furore minatur, alter vero neque verbis neque minis contentus verberibus etiam in alterum insaeviat? Quamobrem eorum habitatio domus est inferorum, ubi nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat, hic imprecationes, hic obscenitates, hic blasphemiae, hic omnis iniquitas ex eorum ore procedit cum scandalo et pessima filiorum et filiarum educatione, adeo ut et parentes et proles non regni coelestis sed ignis aeterni haeredes efficiantur — in hoc utique casu censeo circa hujusmodi conjuges (bruta potius sine ratione quam animalia rationabilia) qui

Digitized by Google

propter ebrietatem facti sunt sicut equus et mulus quibus non est intellectus, id servari debere quod servandum est cum conjugibus, qui ambo incidunt in dementiam atque furorem, quod videlicet, accedente periculo vitae corporalis multoque magis animae, unius vel utriusque separentur, donec si fieri potest ab hoc execrabili vitio se liberaverint, et interim filii alicui ex propinquioribus, honesto tamen et bene morato pro recta educatione commendeutur parentum expensis alendi.

Furor etiam viri esse potest
44 causa separationis conjugum, licet enim contrarium habeatur ex textu in *Can. Ii qui* 32. *qu.* 7. quem in proposito allegat *Alberic. in L. causis in princ. Cod. de repud.*, nihilominus separatio negari non debet quoties furor intollerabilis fuerit,
45 ut observant *Imol.*, *Alex.*, et alii *in L. si cum dotem* §. *si maritus ff. solut. matrim.*, *Covarruv. par.* 2. §. 5. *cap.* 7. *pag. mihi* 218. *num.* 3. *vers. Secunda causa tit. de sponsal.* et ex eo periculum alicujus damni
46 immineat uxori, ut per ea quae notant DD. in *L. Furor.* 8. *ff. de sponsal. et in L. Oratione* 16. *in fin. ff. de rit. nupt. et in leg. patre furioso* 8. *vers. Nam furiosus ff. de his qui sunt sui vel alien. jur. et in Can. neque furiosus* 26. *caus.* 32. *qu.* 7. docet *Farinacc. d. qu.* 143. *n.* 137. et facta ex hac causa per sententiam judicis ecclesiastici conjugum separatione, vir furiosus uxori dotem restituere tene- 47
tur *Franch. decis.* 312. *num.* 7. *in fin.*

Sed si ambo conjuges mentis impotes efficiantur multo magis sunt separandi, nec ad simultaneam 48
cohabitationem interim admittendi donec et quousque ad sanam mentem non revertantur, reusque lethalis culpae esset qui eos ad copulam incitarent; — quamvis enim ipsi propter amentiam non peccarent, 49
gravem attamen culpam committeret qui illos copularet, concurreret enim ad evidens damnum concepturae prolis, vel quia periculum subest quod mulier insaniae furore correpta foetum in utero necet, vel quia, si etiam in tempore illum in lucem edat, parentes non habet, qui eum instruere et educare valeant *Sanch. de Matrim. lib.* 9. *disput.* 23. *n.* 5.; quamvis si hujusmodi daretur casus, proles, ut supra, alicui ex parentum magis conjunctis pro recta educatione commendari deberet.

Digitized by Google

C A P. XVIII.

An et in quibus casibus conjuges propria auctoritate tori separationem facere possint, et an, ad relevandum utrum inter eos impedimentum affinitatis intercedat ob copulam illicitam ante matrimonium assertam habitam a muliere cum viri consanguineo, idem consanguineus, si fuerit negativus, sit torquendus.

SUMMARIUM.

1 Affertur textus prohibens conjugibus propria auctoritate, et sine praecedenti judicio ecclesiae se separari ob impedimentum affinitatis etiam notoriae.

2 Affertur alter textus permittens conjugibus tori separationem propria auctoritate faciendam ob adulterium notorium.

3 Variae sunt Doctorum interpretationes pro utroque textu conciliando.

4 Permissa videtur separatio tori sine judicio ecclesiae ob adulterium notorium, quia salvum remanet vinculum matrimonii.

5 Prohibita vero ob impedimentum affinitatis, quia ob illud vinculum matrimonii dissolvitur.

6 Sponsalia dissolvuntur si ab uno vel altero contrahente objiciatur impedimentum affinitatis, et accedat etiam publica loci fama,

7 Secus si aliunde objiciatur, nec probetur.

8 Impedimentum affinitatis contra matrimonium contractum saepe objicitur ex malitia vel invidia.

9 Sponsalia de futuro sunt dissolubilia.

10 Matrimonium nexum indissolubilem habet et *n.* 274. 288. 290. 294.

11 Conjugibus fatentibus impedimentum affinitatis non creditur ob periculum collusionis et *n.* 269. 271.

12 Et quia confessionem hujusmodi ad proprium commodum emittunt.

13 Nemo potest esse testis in causa propria *et n.* 272.

14 Si conjugum confessio de impedimento affinitatis probaret, multi reperientur poligami.

15 Conjugum separatio alia est debita et necessaria et nulla interposita mora facienda et *numer.* 26.

16 Alia propria auctoritate fieri permissa,

17 Alia sine praecedenti judicio ecclesiae prohibita.

18 Necessaria nulla interposita mora facienda locum habet si contrahentes inierint matrimonium denunciationibus culpabiliter omissis.

19 Si illud sine Parochi aut testium praesentia contraxerint;

20 Si mulier fuerit rapta, quae statim est a raptore separanda,

21 Si alter ex conjugibus ante matrimonium in aliqua religione solemne votum castitatis emiserit;

22 Seu masculus fuerit ad Sacros Ordines promotus, vel alter ex eis sit simplici voto castitatis adstrictus, donec dispensationem obtineat;

23 Si quis eorum sine dubio sit impotens generationem, prout est eunuchus.

24 Si concurrat impedimentum criminis;

25 Si alter eorum aliud antea matrimonium adhuc consistens contraxerit.

27 Separatio propria auctoritate fieri permissa locum habet si alter ex conjugibus sit adulter notorius *et n.* 36.

28 Maritus sub peccati poena tenetur uxorem adulteram dimittere si se emendare noluerit.

29 Excusatur tamen si se continere non possit.

30 Notorium est adulterium si mulier procul a viro sobolem procreaverit,

31 Vel conjux adulter adulterium fassus fuerit, aut ex sententia resultet,

32 Vel si uxor publice cum adultero moretur, aut maritus domi concubina retineat.

33 Si adulterium sit occultum, conjux adulter ab alio debitum petere potest.

34 Cognito per conjugem innocentem adulterio alterius propria auctoritate separationem facere potest quoad torum sed non quoad cohabitationem, si non fuerit notorium;

35 Alias est adultero restituendus, donec adulterium fuerit in actis probatum.

37 Permissa pariter est separatio, propria auctoritate facienda, si alter conjux cum pertinacia inciderit in haeresim.

38 Si tamen se ab errore revocaverit, conjux innocens illum recipere seu ad ipsum redire tenetur,

39 Limita si separatio facta fuerit judicio ecclesiae et conjux innocens religionem ingredi velit,

49 Secus si religionem ingredi noluerit.

41 Item separatio propria auctoritate fieri permittitur, si alter conjux monitus non desistit a sollicitando alterum ad peccatum *et n.* 43. 46.

42 Ne periculum animae patiatur. *et n.* 45.

44 Dictio *omnino* praecisam habet naturam et idem importat ac *ipso jure*.

45 Jure naturali et divino quisque periculum animae et corporis effugere potest.

47 Mulier divertere potest a viro, qui nonnisi usuris et furtis familiam alit, donec emendetur, et quare.

48 Item propria auctoritate alter conjux ab altero divertere potest, qui ei inferat insidias, saevitias et mala tractamenta,

49 Vel si ex justa causa alter alteri pro separatione consensum dederit.
50 Separatio est prohibita ante triennale experimentum quando dubitatur an alter ex conjugibus sit impotens ad copulam,
51 Seu quando alter eorum alleget nullitatem matrimonii propter defectum consensus,
52 Aut propter consanguinitatem vel affinitatem, *et num.* 76. 78. 163. 259.
53 In his casibus expectandum est judicium Ecclesiae, etiamsi impedimentum esset notorium.
54 Refertur casus in quo hoc servatum non fuit, *et num. seqq.*
72 Ambitionis effectus.
73 Quomodo se gerere debeat judex quando uxor allegat impedimentum affinitatis cum viro ex copula illicita ante matrimonium contractum.
74 Reprehenduntur judices qui sacerdotum fragilitates celare non curant.
80 Indicia ad torturam esse non debent levia, perfunctoria, dubia et equivoca, sed certa, probabilia, verisimilia,
81 Legitima, sufficientia et a jure approbata,
82 Gravia, urgentia, concludentia et delictum inferentia,
83 Luce meridiana clariora,
84 Nec solam delicti suspicionem inducentia.
Ex sola suspicione non est judicandum *ibid.*
85 Judex decernere nequit torturam, nisi sit quasi certus de delinquente,
Nec aliud sibi desit quam ipsius delinquentis confessio *ibid.*
86 Alias indebite torquens est puniendus.
87 Sine legitimis indiciis nemo torqueri potest etiam in atrocissimis delictis,
88 Nec in delictis laesae majestatis,
89 Nec in occultis, clandestinis, proditoriis et difficilis probationis,
90 Etiamsi per torturam in populo scandalum sedaretur,
91 Aut Principis mandatum accederet,
92 Seu judex propriis oculis reum delinquere viderit.
93 Tortura est major poena quam amputatio utriusque manus.
94 Stuprum in clericis et in laicis hodie punitur poena pecuniaria seu carceris per aliquod tempus,
95 Aut exilii, pro qua non est locus torturae.
96 Offensus nihil probat contra offensorem etiam in articulo mortis.
97 Ex inculpatione stupratae nullum desumi potest indicium contra inculpatum,
98 Etiamsi nullos patiatur defectus et torturata fuerit ad purgandam maculam;
99 Sed torturata admittitur tantum ad generaliter inquirendum, *et num.* 107.
100 Inculpatio stupratae cum tortura non facit indicium ad torturam contra inculpatum, nisi alia indicia et adminicula accedant,
101 Etiamsi mulier per vim se cognitam asserat.

Digitized by Google

102 Cum sit socia criminis ei credi non debet,
103 Ineptum esset aliter affirmare.
105 Socius criminis inculpans socium non probat etiamsi sit qualificatus et sacerdos.
106 Nec ex ejus inculpatione transmitti potest inquisitio specialis, nec socius inculpatus in contumacia condemnari, *et num.* 108.
109 Inculpatio stupratae etiam torturatae, juncta cum adminiculis non sufficit ad torturam, si ipsa plures patiatur defectus, *et num.* 129.
110 Quamvis duos tantum defectus patiatur, quia tortura nonnisi unum supplet defectum.
111 Defectus est vilitas et paupertas stupratae.
112 Tarditas exponendi de praetenso stupro quaerelam *et numer.* 266.
113 Quae arguit in ipsa dolum et calumniam,
114 Et inculpati innocentiam.
115 Defectus est varietas et contradictio, *et num.* 118. 264. 267.
116 Mendacium minuit per se solum assertae stupratae fidem,
117 Et uti falsaria puniri potest.
119 Defectus est inverisimilitudo.
120 Mendax in uno mendax in reliquis *et num.* 254.
121 Inverisimile est quod mulier violentata et exclamans ab aliis domesticis in contiguo cubiculo existentibus non audiatur, *et num.* 243.
122 Inverisimile est quod mulier in primo viro congressu, licet exclamasset, violentiae resistere non potuerit, et deinde pluries tentata cum silentio resistendi vires habuerit.
123 Defectus est lubrica vita assertae stupratae tempore sui examinis.
124 Mulier inhonesta praesumitur, si in taberna cum juvenibus versetur et bibat, *et n.* 127.
125 Aut in apotheca cum juvenibus procaciter luserit, *et num.* 128.
126 Sive sola nocturno tempore per civitatem vagetur.
130 Accusatio matris stupratae deponens de auditu a filia patiente plures defectus non probat;
131 Nec etiam probat, quia est mater assertae stupratae.
132 Offensa facta filiae censetur facta matri.
133 Non probat etiam mater si sit accusatrix.
134 Nec ullum facit indicium ad inquirendum, minusque ad torturam.
135 Auctor calumniae et instigator in causa nihil probat.
136 Circumstantiae ex quibus resultat an quis fuerit auctor calumniae, *et num. seqq.* usque ad *num.* 144.
145 Testis inimicus, auctor calumniae et accusator nullam fidem meretur.
146 Testis inquisitus, vagabundus, effoeminatus et scandalosus non probat.
147 Testes patientes plures exceptiones nec in civilibus nec in criminalibus fidem merentur.

Digitized by Google

148 Et habentur pro non examinatis in quibuscumque delictis,

149 Et duae tantum exceptiones ad hoc sufficiunt.

154 Nulla certior falsitatis testium probatio, quam ea quae resultat ex negatione eorum quos in contestes vocant.

156 Testis deponens de alieno auditu non probat,

157 Nullumque facit indicium ad torturam,

158 Multo minus si illi non fuerint examinati a quibus audivit.

160 Censentur tamen examinati sed non confirmasse illius dictum *et num.* 172. 234.

161 Constat de falsitate testium deponentium de stupro de auditu ab asserta stuprata, quae affirmet aliis dumtaxat et non illis stuprum manifestasse *et num.* 171.

162 Ex verbis assertae stupratae, quae varias recipiunt interpretationes, non resultat confessio stupri.

164 Testis consanguineus est inhabilis *et num.* 173. 203. 206.

165 Nominatio socii criminis, juncta cum teste patiente plures exceptiones, non facit indicium ad torturam.

166 Si inculpatio judicialis assertae stupratae propter ejus defectus non probat, minus probant ejus conquestiones extrajudiciales.

167 Plus credi non debet copiae quam originali.

168 Recensentur actus, ex quibus non resultant indicia certa copulae carnalis.

169 Judex judicare debet secundum acta et probata, et non secundum propriam conscientiam.

170 Non probat testis deponens de actibus ab inculpato exercitis in persona assertae stupratae, si ipsa examinata de illis mentionem non facit.

174 Testes malis moribus imbutus non probat:

175 Minusque testis criminosus.

176 Testes esse debent omni exceptione majores et integri ut faciant indicium ad torturam.

177 Ad probandum indicium remotum requiruntur duo testes,

178 Contestes de loco et tempore,

179 Nulla laborantes suspicione vel macula.

180 Haec conclusio est communiter canonizata in judiciis et scholis.

181 Et requiruntur ad probanda ipsa adminicula levia licet et minima,

182 In delictis etiam atrocissimis.

183 Nec probant testes singulares,

184 Nisi habeant requisita quae recensentur,

185 Et si non duo tantum, sed plura sint indicia.

186 In occultis et difficilis probationis, et quando veritas aliter haberi non potest, admittuntur testes inhabiles,

187 Et faciunt indicium ad torturam.

188 Declara ut hoc procedat quando testes non sunt singulares,

189 Et quando deponunt de actu immediato delicti, in quo testes omni exceptione majores haberi non possunt;

Digitized by Google

190 Secus si deponant de indiciis remotis et de actibus, qui ab aliis videri potuerint, licet casu alii non interfuerint,

191 Vel etiamsi ipsi testes alios non interfuisse affirmarent.

192 Actus palam gestus non inducit carnalis copulae suspicionem,

193 Nec joca inter virum et puellam publice facta,

194 Sed sunt signa hylaritatis.

195 Ex actu, qui potest esse et non esse delictum, indicium delicti sumi non potest;

196 Maxime si intercedat inter personas arcto vinculo affinitatis proxime conjungendas.

197 Indicium ad torturam cum dicto socii criminis non debet esse leve sed urgens.

198 Copula carnalis probatur ex ea solum praesumptione, quae violenta fuerit et certa.

199 Copula carnalis non probatur per solas praesumptiones quando agitur criminaliter ad poenam.

200 Ad infligendam torturam in quavis carnali copula non sufficit etiam violenta praesumptio.

201 Si nempe visi tantum fuerint solus cum sola, nudus cum nuda.

202 Ridiculum est producere attestationes extrajudiciales ad offensam in criminalibus.

204 Testis non probat, si deponat id vidisse quod alii videre potuerint et non viderint.

205 Testis non probant pro eo, cujus servitio est addictus.

206 Testis minor non probat *et num. seq.*

208 Non creditur testibus deponentibus de violentia, si assertam vim passus examinatus de ea mentionem non fecerit.

209 Attestationes extrajudiciales pro Fisco non probant.

210 Fiscus probationes legitimas et concludentes exhibere tenetur.

211 Testes examinati pro informatione Curiae non citato reo non probant, nec faciunt indicium ad torturam:

212 Nisi eo citato fuerint repetiti aut ipse declaraverit se illos habere pro rite et recte examinatis.

213 Quae declaratio non impedit, quin opponi possint exceptiones contra eorum personas et dicta.

214 Fama extorta post querelam et inquisitionem non afficit querelatum.

215 Quando contumacia remissa fuit absque clausula = *sine praejudicio inditiorum ex contumacia resultantium* = contumacia et bannum non inducit indicium ad torturam.

216 Nec quando constat de aliqua rationabili causa absentiae praetensi delinquentis.

217 Fuga semper fuit indicium remotissimum.

218 Est indicium vitreum et fallax.

219 Fuga metienda est ab intentione, non ab actus materialitate.

220 Fuga non arrepta immediate post praetensum delictum non est signum reitatis,

221 Quandoque est virtuosa.

Digitized by Google

222 Non est fugitivus qui moratur sub oculis supremi principis, numquam latitat et se paratum offert ad suas faciendas defensiones.

223 Non est fuga, sed absentia ejus qui ob aliquam causam, non ob delictum abest.

224 Fuga ad evitandam carcerationem non est indicium reitatis.

225 Adminicula, quae separatim sumpta stuprum non probant, illud tamen probant simul juncta.

226 Jungi tamen non possunt si sint in suo genere imperfecta, et probationes et circumstantiae inter se pugnantes concurrant.

227 Indicia contra clericum graviora esse debent, quam ea quae in tortura laicorum requiruntur.

228 In criminibus incesti, adulterii, stupri et fornicationis juxta Ægidianam procedi nequit ex officio;

229 Sed solum ad querelam patris, matris, avi, aviae, filii et nepotum utriusque sexus usque ad secundum gradum, fratrum et sororum, eorumque filiorum.

230 Querela a querelato revocari potest,

231 Etiam ex pacto cum querelato, et quando.

232 Inquisiti pro incestu etiam nefario a Congregatione E.mi Urbis Vicarii dimissi fuerunt cum praecepto de non conversando, quia processum fuerat ex officio.

233 Pro incestu nefario imposita est poena mortis a Xisto V.

235 Bona fama inquisiti tollit indicia contraria.

236 Magis attenduntur testes de illa deponentes, quam testes qui illam impugant.

237 Etiamsi isti aliquantulum numero excedant.

238 Qualitas sacerdotalis habet pro se praesumptionem exclusivam delicti.

239 Ostenditur non esse possibile quod inquisitus stuprum commiserit *et num. seqq.*

244 Si puella una nocte passa fuerit vim et per aliquem virum compressa, non est verisimile quod subsequentibus noctibus ad commodum ejusdem viri pluries redeuntis januam cubiculi tenuerit apertam.

245 Refertur confessio extrajudicialis de calumnia tam praetensae stupratae *et n.* 265.

246 Quam ejus sororis,

247 Et instigatoris

248 Deficiente corpore delicti ex culpa querelantis, quaecumque indicia, etiam urgentissima et gravia, prorsus evanescunt.

249 Neque corpus delicti suppletur per confessionem sive veram sive fictam inquisiti,

250 Nec ipse carcerari, torqueri, aut condemnari potest *et num. seqq.*

251 Etiamsi mille extarent indicia generalia, specialia, urgentia et indubitata, *et num.* 253.

255 Indicia pro reo tollunt indicia Fisci,

256 Nec ipse torqueri potest.

Digitized by Google

Digitized by Google

330 Si omnia in hoc seculo vindicata essent, locum divina judicia non haberent.
332 Deus non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat.
334 Clerici committentes delicta incestus, sodomiae, homicidii, raptus virginis, maleficii, veneficii, adulterii, simoniae, sacrilegii, perjurii in judicio, crimen laesae majestatis fiunt irregulares:
335 Excepto stupro.
336 Clericus accusatus de homicidio, sive delictum sit certum sive dubium, incurrit irregularitatem;
337 Secus si accusetur de aliquo alio ex praedictis delictis, quod non sit certum, notorium et probatum *et num.* 350.
338 Notoria, certa et non dubia dicuntur delicta quae probata sunt per sententiam, seu per confessionem, aut per evidentiam.
339 Per dimissionem cum praecepto de se repraesentando, non dicitur probatum delictum,
340 Nec per confessionem extrajudicialem, quae non inducit notorietatem,
341 Neque per famam ortam ex accusatione, inquisitione, processu et carceratione.
342 Fama fundata esse debet in crimine vere et concludenter probato, ut inducat notorietatem.
343 Fisco seu accusatore non probante, inquisitus est absolvendus.
344 Dimissus cum praecepto de se repraesentando, causa cognita, haberi debet pro innocente,
345 Sed non pro absoluto.
346 Absolutus ab observatione judicii dicitur absolutus tamquam non repertus culpabilis,
347 Vel ex hacteuus deductis, seu rebus sic stantibus.
348 Aut relaxatus sub fidejussione, seu praecepto de se repraesentando.
349 Quae formulae, subterfugia et cautelae dicantur, et quare.
351 Accusatus de homicidio et absolutus tamquam non repertus culpabilis, non est irregularis.
352 Nemo censendus est irregularis post adhibitam sufficientem diligentiam ad cognoscendam veritatem.
353 Poena imposita pro delicto certo locum non habet pro casu dubio.
354 Si sacerdoti pro delicto incerto retardetur celebrandi facultas, infamatur.
355 Absurdissimum est super delicto incerto velle irrogari infamiam certam.
356 Sacerdos in prima instantia pro delicto ab Ordinario condemnatus, in gradu autem appellationis dimissus cum praecepto de se repraesentando, nulla indiget testimoniali Ordinarii ad effectum celebrandi, et quare.

Duos habemus in jure Canonico textus, qui in hac materia quoad primum dubium inter se

Digitized by Google

pugnare videntur, quorum alter in
Cap. Porro 3. *De divort.* statuit
conjugum separationem *sine judicio*
ecclesiae fieri non posse etiam sub
praetextu notoriae inter eos consan-
guinitatis — in altero vero separa-
tionem per conjuges, ob notorieta-
1 tem adulterii ab uno eorum com-
missi, *propria auctoritate* fieri posse
permittitur; itaut conjugi adultero
2 restitutionem petenti obstet exce-
ptio adulterii notorii, ut videre est in
Cap. Significasti 4. *eod. tit. De divort.*

Pro conciliando uno cum al-
tero textu variae sunt doctorum
3 interpretationes, ut prae caeteris
testantur *Sanch. de Matrim. lib.* 10.
disput. 12. *num.* 38., *Covarruv. de*
Sponsal. par. 2. *cap.* 7. § 5. *n.* 11.
et seq., *Marc. dec.* 513. *num.* 22.
et seqq. par. 1. aliique plures.

Mihi tamen videtur quod *Text.*
in Cap. Significasti eatenus sepa-
rationem conjugum propria aucto-
ritate propter adulterium notorium
fieri permittat, quatenus per hanc
separationem matrimonii vinculum
4 remanet intactum — alter vero *Text.*
in Cap. Porro talem separationem
propria auctoritate fieri prohibet,
quia propter eamdem, attento im-
pedimento dirimente consanguini-
tatis, unus conjux ab altero non
dividitur tantum quoad torum et
cohabitationem quae est causa mi-
nus gravis, sed etiam quoad vin-
culum quae quidem causa longe
gravior est et nisi ea undique co-
gnita, probatisque concludenter pro-
bandis, ut quaecumque fraus remo-
veatur, solo judicio ecclesiae est
absolvenda, prout literaliter prae-
5 scribit praecit. *Text. in d. Cap.*
Porro 3. *De divort.*, ubi quod *si*
etiam parentela esset publica et
notoria, adhuc conjuges absque
judicio ecclesiae separari non pos-
sunt.

Quamvis enim sponsalia per
verba de futuro stipulata, alterutro
ex sponsis affinitatem seu consan-
guinitatem objiciente vel fatente,
famaque loci eadem de re publice
personante dissolvantur *Cap. Super* 6
eo 2. *De Consanguinit.* (secus au-
tem si hoc impedimentum aliunde
objiciatur, quia nisi concludenter
probetur, obstare non debet con-
tractui futuri matrimonii, cujus
jam sponsalia praecesserunt *Sac.*
Congregat. Concil. in Tudertina 7
24. *Januar.* 1632.) — aliter ta-
men se res habet in matrimo-
nio jam contracto, contra quod
si hoc impedimentum fuerit op-
positum, statim matrimonium non
dissolvitur non solum si ab ali-
quo consanguineo, vel extero op-
ponatur, quia saepe contingit quod
haec oppositio affinitatis praeser-
tim ex illicita copula ad irritan-
dum matrimonium ex invidia fiat,
aut ex malitia, unde non est de 8
facili adhibenda fides unico denun-
cianti etiamsi rumor ea de re in-
valuerit in vicinia; verum etiam
cum agatur non de sponsalibus de
futuro, quae dissolubilia sunt, sed
de matrimonio jam contracto, quod
nexum indissolubilem habet, nec
ipsismet conjugibus est credendum 9
si affinitatem ipsis pariter fatean-
tur ob periculum collusionis, quia 10
ipsimet conjuges aliquando huju-
smodi impedimentum falso disse-
minant ut matrimonium quod prius 11

Digitized by Google

sibi placuit et deinde displicet, per nefas etiam dissolvere valeant, ideo illorum confessio nullam meretur fidem etiamsi, ut dixi, aliqua pars vicinae idipsum acclamaret ad *Text. in Cap. Super eo 5. De eo qui cognov. Consanguin.*

Nihili autem ergo facienda est eorumdem conjugum confessio, nisi concludenter assertum impedimentum aliunde probetur, non solum propter suspicionem collusionis, sed etiam quia talis confessio est emissa non contra, sed ad favorem confitentis qui vult separari, cui proinde prodesse non potest sive vir, sive uxor, sive uterque simul il-
12 lam emiserit, ut notat *ibid. Gloss. in verb. Confessionem*, cum nemo testis esse possit in causa propria
13 *L. Nullus* 10. *ff. de testib., Leg. Omnibus* 9. *Cod. eod.*

Potissimum in hac materia, circa quam si admitteretur quod conjugum confessio probaret impedimentum, iisque propter illud propria auctoritate, aut etiam judicio ecclesiae nullis aliis concludentibus probationibus concurrentibus se separare liceret, inter perversos homines non unus tantum reperiretur
14 poligamus, uam unus, vel alter, aut ambo conjuges taedio suae societatis affecti, aliasque diversas nuptias appetentes, ad dirimendum injuste matrimonium, fraudoleuter impedimeutum effingerent.

His praehabitis, asserere me posse arbitror quod conjugum separatio alia est debita et necessaria et nulla interposita mora facienda —
15 alia tantum fieri propria auctori-
16 tate permissa — alia demum sine praecedenti ecclesiae judicio pro- 17
hibita.

Separatio *necessaria*, quae nulla interposita mora fieri debet, est
I. ea quae causam habet a matri- 18
monio clandestino, ab eo scilicet sine praecedentibus denunciationibus culpabiliter omissis contracto, qua stante omissione conjuges, donec eorum status libertas concludenter probetur, sub poena culpae lethalis insimul cohabitare prohibentur, ut probavi in *Vot. x. n.* 121. *et seqq.*, et *in Vot. xxiv. n.* 39. *et seq. De Sponsal. Filiorumfam.* — II. ea est, cujus causa est altera matrimonii clandestiuitas, quando masculus et foemina sine Parochi aut testium praesentia *nulliter* ma-
trimonium contrahunt — III. ea, cu- 19
jus causa est raptus, quia mulier rapta statim est separanda, nec raptori restituenda, nisi in loco tuto et libero constituta illum in
virum habere consenserit *Sac. Con-* 20
cil. Trident. sess. 24. *cap.* 6. *de reformat. Matrim.* — IV. illa, cujus causa sit votum nimirum contracto matrimonio, alter conjux deprehendat alterum in aliqua approbata religione solemne emisisse votum
castitatis, seu ad Sacros Ordines 21
fuisse promotum, cui nulla regulariter esse nequidem potest spes obtinendae dispensationis, seu detegat voto quoque simplici castitatis esse adstrictum, donec apostolicam dispensationem obtineat sive aliud obstet impedimentum impediens copulam, quae inter conjuges
haberi non possit sine peccato — V. il- 22
la, cujus causa fuerit impotentia certa et infallibilis, quando scilicet du-

bitari minime potest, quin alter ex
conjugibus, antequam nuptias iniret,
perpetuo fuisset impotens ad genera-
23 tionem, veluti est eunuchus — VI. ea,
cujus causa est impedimentum cri-
minis quod dirimit matrimonium,
24 ut supra *lib.* 1. *cap.* 6. — VII. tandem
ea, cujus causa est poligamia, quia
alter ex conjugibus legitimum ma-
trimonium prius iniret quod irri-
25 tum reddit secundum; in his ergo
aliisque similibus casibus contra-
hentes una simul non solum coha-
bitare nequeunt, sed etiam propria
auctoritate statim se separare pos-
sunt et debent, vel quia matrimo-
nium est illicitum propter defe-
26 ctum denunciationum et probatio-
nis status liberi aut ob aliud im-
pedimentum impediens, vel quia
illico patet matrimonium esse nul-
lum, quae nullitas cum sit mani-
festa, nec minimam dilationem
admittit, quia nulla indiget proba-
tione *L. Ea quidem* 7. *Cod. de
accusat.*, *Can. Manifesta* 15. *caus.* 2.
quaest. 1.

Separatio *permissa* ea est quae
propria auctoritate in utroque foro
fieri potest ab uno ex conjugibus
27 in casu adulterii *notorii* ab altero
commissi *d. Cap. Significasti* 4. *De
divort.*, *Barbos. in Cap. Ex parte
num.* 6. ibique *Abb. in fin. De
Sponsal.*, *Jo. Andr. in Cap. fin. n.* 5.
ibique *Ancharan. num.* 6., *Clar. in
prax.* § *Adulterium vers. Alia
quoque n.* 117., *Farinacc. quaest.*
143. *n.* 234., *Sanch. de Matrim.
lib.* 10. *disput.* 12. *n.* 12. *et* 25.
itaque decisum fuisse testantur
Marc. dec. 513. *num.* 28. *in fin.
par.* 1., *Ricc. dec.* 200. *par.* 2.

Quinimo maritus innocens te-
netur in conscientia et sub poena
peccati uxorem adulteram dimit-
tere si se nolit ab adulterio emen- 28
dare, sed in illo cum scandalo per-
severet, ne illius malitiae ita con-
sentiens de illius peccato particeps
efficiatur *Cap. Si vir* 3. *De adulter.*
= ibi = *Si vir sciens uxorem
suam deliquisse, quae non egerit
poenitentiam, sed permanet in for-
nicatione et vixerit cum illa, reus
erit et ejus peccati particeps* = con-
cordat *Text.* in *Can. Sicut*, *Can.
Dixit Dominus*, *Can. Conjugio* 32.
quaest. 1., et docet *D. Augustin.
lib.* 2. *retract. cap.* 19. *D. Thom.
in* 4. *dist.* 35. *quaest. unic. art.* 2.,
De Bonavent. in 4. *dist.* 39. *art.
in cap.*, *Bertacchin. in Repertor.
verb. Adulter in princ. vers. Adul-
ter vir*, nec inveniri valeat aliud
remedium sufficiens ad emendatio-
nem *Dian. in Summ. verb. Divor-
tium num.* 3, quem tamen, si sine
uxore facile labi possit contra casti-
tatem, cum *Pont.* ab illius dimis-
sione excusat *Tamburin. de Sa-* 29
cram. lib. 8. *tit. de Matrim. tract.* 7.
cap. 3. § 3. *num.* 21., pariterque
excusatur si ex divortio nullam
speret uxoris emendationem, alii-
sque de causis, quas inter alios
recensit *Bonaccin. theol. moral.
tom.* 1. *tit. de iis quae pertin. ad
usum Matrim. quaest.* 4. *punct.* 5.
sub num. 13., at semper ex illius
adulterio habebitur incertitudo de
prole an sit legitima, quam tamen
in ejusdem prolis favorem legitimam
esse praesumi debet, ut dixi in
praecedenti *Cap.* 15. *num.* 52. *et
seqq.*

Digitized by Google

Verum si adulterium non sit
notorium, prout notorium erit si
30 mulier procul a viro sobolem pro-
creaverit *d. Cap. Significasti* 4. *de*
Divort. = ibi *Verum mulier non*
continuit, sed sobolem de alio viro
suscepit = vel de eo appareat per
confessionem conjugis adulteri, seu
31 per sententiam *Innoc. in d. Cap.*
Significasti post princ., vel si uxor
publice cum adultero moretur, aut
32 maritus domini concubinam reti-
neat *Farinacc. d. quaest.* 143. *n.* 50.
et seq., sed fuerit occultum, po-
test adulter etiam in foro coscien-
tiae a conjuge innocente debitum
petere, donec ab eo, cognito adul-
terio, non repellatur *Sanch. de Ma-*
trim. lib. 1. *disput.* 68. *num.* 4. *et*
seq.— Cognito namque per conjugem
innocentem alterius adulterio, licet
occulto, pendente quoque lite ob
hanc causam super divortio, ipse
divortium quoad torum propria au-
ctoritate facere potest, alterumque
33 conjugem ab obtinendo debito re-
pellere, *Sanch. de Matrim. lib.* 10.
disput. 12. *num.* 7., non tamen ab
illo se separare valet quoad habi-
tationem, nisi post emanatam a
34 judice pro divortio sententiam *Fa-*
rinacc. quaest. 143. *num.* 233. *et*
seq., *Reiffenstuel theol. moral.*
tract. 14. *de Sacram. distinct.* 13.
quaest. 7. *num.* 105., *et alii passim*,
et si nihilominus hoc attentaverit,
alteri conjugi petenti restituendus
erit, donec adulterium fuerit in
35 actis omnino probatum *Cap. Ex tran-*
smissa 8. *De restit. spoliat.*, *d. Cap.*
Significasti 4. *de divort.*

Nec solum propter adulterium
notorium permissa est separatio per
conjugem innocentem propria aucto-
ritate quoad torum et cohabitatio- 36
nem faciendam, verum etiam pro-
pter fornicationem spiritualem, si
alter nempe conjux cum pertinacia 37
inciderit in haeresim *Farinacc.*
quaest. 143. *num.* 102. *et seqq.*, *et*
num. 254., *Raynald. in Supplement.*
ad observat. crim. cap. 32., *sup-*
plet. 3. *num.* 172., *Marc. d. dec.* 513.
num. 22. *par.* 1., qua tamen sepa-
ratione secuta, si conjux lapsus in
haeresim, sese ab errore revocave-
rit, tunc innocens tenetur illum 38
recipere seu ad ipsum redire debet
Cap. De illa 6. *De divort.* = ibi =
De illa, quae a viro suo labente
in haeresim, sine judicio ecclesiae
declinavit, videtur nobis quod
mulier ei, cum conversus fuerit,
est reddenda, quae etiam si re-
verti noluerit compellatur =, et
consonat *Text.* in *Cap. Quanto* 7.
§ *fin. eod. tit.*; sed si judicio ec-
clesiae separatio facta fuerit, co-
njux innocens nec conjugem con-
versum recipere nec ad eum re-
dire cogitur, si religionem ingredi 39
velit, ut prosequitur *Text.* in *d.*
Cap. De illa = ibi = *Si vero*
judicio ecclesiae ab eo recessit, ad
recipiendum eum nullatenus dici-
mus compellendum =, et consonat
Text. in *Cap. Mulier* 21. *De con-*
vers. conjugat. = ibi = *mulier,*
quae in fide remansit, potest, no-
lente viro qui ab infidelitate rever-
titur propter quam ab eo fuerat
judicio ecclesiae separata, ad re-
ligionem libere convolare =; secus
tamen si religionem ingredi no- 40
luerit, quia tunc redire compellitur
Gloss. in d. Cap. Mulier 21. *verb.*

Judicio Ecclesiae De convers. conjugat. = ibi = *Sed si nollet intrare religionem, compelli debet ad ipsum redire utroque casu, sive fuerit judicio ecclesiae absoluta sive non* =, et tradunt *Ancharan. in d. Cap. De illa num.* 5., ibique *Barbos. in fin., Piringh. in Jus Can. lib.* 4. *Decretal. tit.* 19. *num.* 31., *Reiffenstuel* ibid. *num.* 32., sed contrarium rationibus et doctorum auctoritate sustinet *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 15. *num.* 19.

Item separatio propria auctoritate fieri permittitur, quando conjux monitus non desistit a solicitando alterum ad peccandum, tunc enim post monitionem conjux
41 innocens propria auctoritate ab eo
divertere potest pro tempore, quo rationabiliter similis solicitatio timetur *Tamburin. de Sacram. lib.* 8. *tit. de Matrim. tract.* 7. *cap.* 3. § 7. *num.* 10., ne periculum animae
42 patiatur *Farinacc. d. quaest.* 143.
num. 243., juxta illud Redemptoris apud *D. Matth. cap.* 5. *vers.* 29. = ibi = *Si manus tua vel pes tuus scandalizat te, abscinde eum et proijce abs te* =, neque ad id auctoritate judicis indigere videtur
43 per *Text.* in *Can. Idololatria* 5.
caus. 28. *quaest.* 1., ubi dicitur *omnino* posse, quae dictio *omnino* praecisam habet naturam ac idem
44 importat quod *ipso jure*, itaut
aliquid absque alia dispensatione fieri possit *Barbos. dict.* 240. *num.* 10. 12. *et* 19., *Sanch. de Matrim. lib.* 1. *disput.* 32. *num.* 6. Et ratio est, quia unicuique jure naturali et divino periculum animae et cor-
45 poris effugere permittitur, ex quo
recte infertur licitum esse conjugi innocenti ad tuendam animae salutem propria auctoritate et sine
judicis sententia ab alio divertere, 46
quinimo quod uxor divertere teneatur a viro, qui nonnisi usuris et furtis familiam alit, donec emendetur, ne ipsa quoque tamquam iisdem usuris et furtis consentiens
ac eorumdem furtorum receptatrix 47
a judice molestetur, recte advertunt *Farinacc. d. quaest.* 143. *num.* 244. *et seq.*, *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 17. *num.* 9.

Denique separatio propria auctoritate facienda permissa videtur vel si concurrat fere coactio, quando nimirum alter ex conjugibus potius fugit quam divertit propter alterius insidias, saevitias et mala tracta-
menta ad evitandum corporis et 48
animae periculum *Farinacc. d. quaest.* 143. *num.* 132. 189. *et* 255., *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *disput.* 18. *num.* 3., *Franch. decis.* 244. *n.* 3. *et* 4. *par.* 2. — vel si ex justa causa
alter alteri pro separatione consen- 49
sum praestiterit *Raynald. in Supplem. ad observat. crim. supplet.* 3. *ad cap.* 22. *n.* 174. *et seqq. tom.* 4.

Separatio demum est *prohibita* quando adest dubium an alter ex conjugibus sit impotens ad copulam
ante triennale experimentum etc., 50
ut probavi in superiori *Cap.* 13. *Lib.* 1., seu quando alter ex conjugibus, inito matrimonio, illius alleget nullitatem propter assertum
impedimentum consanguinitatis aut 51
affinitatis ex copula sive licita sive illicita contractum ante matrimo-
nium, tunc enim alter ab altero 52
divertere nequit, donec et quousque

Digitized by Google

probato concludenter impedimento, illud adesse judicio ecclesiae declaratum non fuerit *Abb. in Cap. Porro De divort.*, *Surd. de aliment. tit.* 7. *quaest.* 17. *num.* 21., ubi quod hoc procedit, etiamsi ante hujusmodi declarationem hoc praetensum impedimentum dirimens consanguini-
53 tatis vel affinitatis publicum esset atque notorium et habetur expressum in d. *Cap. Porro de divort.* = ibi = *Si etiam parentela esset publica et notoria* = viventes interim tamquam frater et soror *Cap. Consultationi* 4. *de frigid. et malefic.*, *Sanch. de Matrim. lib.* 10. *cap.* 12. *sub n.* 38. *vers. Quoniam exceptio.*

Hoc autem servatum minime fuit in sequenti causa, cujus examen pro resolutione etiam secundi dubii poterit deservire.

— Parocho cujusdam villae infir-
54 mo, senioque confecto deputatus fuerat ab Ordinario in Coadjutorem seu Cappellanum Curatum Sacerdos *Nicolaus* alterius villae nativus, sed aliquo transacto tempore volens idem Ordinarius alium providere Sacerdotem, illum deposuit et hunc in ejus locum subrogavit.

Attenta populi illius villae benevolentia, quam Sacerdos *Nicolaus*
55 sibi conciliaverat, tunc fuit a multis parochianis enixe rogatus ut parochiae resignationem ad sui favorem procuraret et dum per ipsum de hac resignatione cum Parocho aegrotante habebatur tractatus, *Dominicus* ejusdem Sacerdotis *Nicolai* germanus frater capitula matrimonialia celebravit cum *Francisca N.* incola praedictae villae, utriusque partis parentum accedente consensu, rebusque omnibus hinc inde compositis, nil aliud supererat quam in faciem ecclesiae contrahere matrimonium.

Vir quidam exterus nomine *Dionysius* propter gravissima ab eo patrata delicta a suo superiore inquisitus et processatus a propria profugus patria, pecunia carens et 56
quaerens panem in ea villa se refugiaverat, qui habita notitia de tractatu resignationis Parochiae ad favorem Sacerdotis *Nicolai*, quia credebat post Parochi obitum in beneficio alium sacerdotem suum consanguineum posse succedere, vehementer indoluit, seque ejusdem Sacerdotis *Nicolai* emulum et hostem ostendens, quaerere caepit opportunitatem impediendi ne beneficii resignatio ullum haberet effectum, et, quia valde timebat quod dictum matrimonium contrahendum mediante opera et auxilio consanguineorum, affinium et amicorum domus praefatae sponsae illi facilius populi acclamationem ad beneficium pararet, falsam causam idem rescindendi matrimonium excogitare curavit. Quod cum re- 57
scivisset quidam adolescens nomine *Ascensius*, qui ad nuptias praefatae *Franciscae* anhelabat, capta hac occasione, ejusdem *Dionysii* opem imploravit ut hoc matrimonium, ut supra, conclusum alicujus canonici impedimenti oppositione evanesceret, sed quamvis ille ad explendum livorem erga sacerdotem *Nicolaum* et etiam sub spe assequendi sibi promissum ab *Ascensio* proemium statim hanc arduam provin-

Digitized by Google

ciam acceptasset, ac saepe potesta-
tus fuisset se omnem daturum ope-
ram ne matrimonium sequeretur,
adhuc quia jam proximus urgebat
nuptiarum dies, commoditatem ha-
bere non potuit alloquendi *secreto*
Franciscam, ut ei rescissionem
suaderet sponsalium, nec quidquam
ad id proficere potuerunt ab eodem
Ascensio pecunia allecti duo per-
58 versi juvenes *Felix* et *Blasius*, quo-
rum praesertim ultimus ad eamdem
effectum *Franciscam* etiam e pro-
pria domo nocturno tempore edu-
cere et clam alio transportare ten-
tavit.

Verum inito *de mense Apri-*
lis 1765. matrimonio in ecclesia
parochiali praedictae villae juxta
59 ritum S. R. E. inter praefatum
Dominicum fratrem sacerdotis *Ni-*
colai et eamdem *Franciscam* coram
novo Cappellano Curato, duobusque
testibus ad id specialiter adhibitis,
habitoque *libero* utriusque contra-
hentis consenso, licet interim extra
januam ecclesiae praenominatus
Ascensius exclamans alta voce scan-
dalose deprecaretur sponsam ne
consensum matrimonio praestaret,
ut praedicti duo testes aliique de-
posuerunt, cum juxta illius villae
consuetudinem non statim sponsa
ad domum sponsi ducta fuisset, sed
inito matrimonio sponsus illico ad
suam patriam reversus esset, sponsa
vero in domo paterna per mensem
et ultra remansisset, idem *Diony-*
60 *sius* vir pravae indolis et naturae,
pauper, nudus et infans, odio, pe-
cunia, ignorantia et diabolico spi-
ritu ductus, sub eodem ipsissimo
nuptiarum die *Franciscae* jam de-
sponsatae promissis novis nuptiis
cum *Ascensio*, cum quo duxerat
prius amores, ipsi suasit ut pu-
blicaret se in matrimonio contra-
hendo non liberum sed fictum et
affectatum dedisse consensum, cujus
suasionibus incauta juvenis impru-
denter adhaesit, prout Sacerdos
Mauritius commendabilis Parochus
alterius villae *mulieris patruus* ex
ejus ore deposuit; palam interim
vociferantibus tam *Dionysio* quam
Ascensio propter defectum consen-
sus *Franciscae* matrimonium esse
nullum, eique liberum esse cum
alio viro inire conjugium, prout
revera, non obstante consensu, etiam
millies verbis expresso, si in animo
tamen dissensisset, matrimonium
nullitatis vitio laborasset *D. Thom.*
in 4. *et in addit.* 3. *par. quaest.* 45.
art. 4., *Sot.* 4. *dist.* 27. *quaest.* 1.
art. 3. *conclus.* 2.

Factus est propterea rumor
magnus in universa utriusque con-
trahentis villa, locisque vicinis,
qui *Franciscam* impulit non ad
tribunal ecclesiasticum recurrere,
ubi allegans similem consensus de-
fectum impedimentum dirimens in-
ducentem erat audienda ad *Text.*
in Cap. Consultationi 28. *De Spon-*
sal., eoque indiciis et conjecturis
probato, suae pristinae libertati re-
stituenda *Sanch. de Matrim. lib.* 2.
disput. 45. *num.* 2. *et seqq.*, sed
quia hoc erat futile commentum,
eam inquam impulit a propria pa-
rochia ad parochiam et domum
praefati sui *patrui* se transferre,
cui in se reversa ingenue fassa est
a praefato *Dionysio* cum promis- 61
sione alterius matrimonii se fuisse

Digitized by Google

seductam, sed vere et realiter pro matrimonio cum *Dominico* jam contracto liberum dedisse consensum, ad quem etiam solemniter renovandum se paratam obtulit, prout illum coram *Parocho sponsi*,
62 duobusque testibus una cum sponso praesentibus in ecclesia solemniter renovavit, atque ad patriam deinde domumque viri cum eo perrexit, quemadmodum tam praefatus *Curatus* ejus *patruus*, quam *Parochus sponsi* (qui sunt duo Sacerdotes probi, integerrimi, ac integrae fidei) praedictique *duo testes* matrimonio et consensus renovationi praesentes unanimiter pro veritate deposuerunt.

Statimac id ad aures *Dionysii* pervenit, graviter indignatus est,
63 obstrepuit, infremuit et protestatus fuit se omnes velle adhibere conatus ac diurna et nocturna facere itinera ut matrimonium irritaretur, quam protestationem coram
64 *Francisca* ac praefato ejus *patruo* ausu temerario prius emiserat, quando domum parochialem ejusdem *patrui* petere non erubuit ad iterum seducendam illius neptem longe a propria patria ibi cum patruo, ut supra, ante renovationem consensus matrimonialis commorantem, nihil deterritus, quamvis ab eadem in eo actu de seductione ejus opera a se jam passa exprobratus fuisset. Ipse etiam *Ascensius* pecuniam obtulit mulieri *Antoniae*, si una cum *Dionysio* curasset ut matrimonium nullum declaratum fuisset.

Dum itaque *Francisca* in domo sui viri eidem libenter adhaerebat et reciproca maritali benevolentia 65
et affectu cum omni pace, animique tranquillitate vir et uxor se invicem prosequebantur, ad inducendum novum inter utrumque bellum ad pejora diabulus instigavit *Dionysium*, hominem profecto illaudabilis conscientiae, ingenii ac intentionis, quippe qui ab ideali jam inventa matrimonii ob defectum consensus nullitate (quam fuisse ex ejus suggestione falso publicatam, ipsa Francisca prius verbis coram suo *patruo*, eodemque *Dionysio*, tum facto nimirum cum subsequenti illius spontanea consensus renovatione comprobavit) ad aliam enormissam calumniam convertit animum, qua ante cohabitationem uxoris cum viro nullatenus uti potuerat. Iuita namque factione cum *Joanna matre dictae Franciscae* jam desponsatae patre carentis, eamdem induxit ad accusan- 66
dum insontem Sacerdotem *Nicolaum* Dominici sponsi fratrem de stupro in persona *Franciscae* post sponsalia et ante matrimonium commisso, sed quia ex hoc condemnari non poterat tamquam incestuosus, cum (praeter impedimentum publicae honestatis) ex sponsalibus et etiam ex matrimonio tantum rato, nulla oriatur affinitas ad sensum *Covarruv. in Epitom. ad* 4., *Decretal. par.* 2. *cap.* 6. § 7. *num.* 7. *et* § 8. *num.* 4., *D. Thom. in addit.* 3. *par. quaest.* 55. *art.* 4., quos refert *Vivald. in Candelabr. aur. par.* 1. *tit. de affinit. num.* 197. = ibi = *Reprobatur opinio S. Thom.* 4. *dist.* 41. *quaest.* 1. *art.* 1., *S. Antonin. etc., dicentium ex spon-*

Digitized by Google

salibus de praesenti ante copulam,
vel ex matrimonio rato, *non consummato*, *oriri affinitatem*, *quos reprobat Covarruv.* 2. *par. cap.* 6. § 7. *num.* 7., *Quamvis S. Thom. postea in addit.* 3. *par.* 4. *quaest.* 55. *art.* 4., *dicat ex sponsalibus non oriri* =, ausus est quoque ipsam inducere ad illum una simul accusandum de improbo commercio post matrimonii consummationem continuato, hoc enim impedimento satis provisum opinabatur in favorem *Ascensii*, quia poterat optatas cum *Francisca* contrahere nuptias, satisque suo consanguineo consultum, quia sacerdos *Nicolaus* de hoc crimine imputatus ad obtinendam parochiae resignationem inhabilis reddebatur, quemadmodum deinde ex hac causa ejusdem resignationis tractatum deserere debuit.

Ut autem idem *Dionysius* sub
aliquo praetextu et apparenti causa
67 *Franciscae* matrem deciperet, illi
supposuit quod cum ipsa nonnisi
duas filias, nullosque masculos haberet, consistente proinde hoc matrimonio, *Dominicus* sponsus non contentus dote sibi promissa, medietate quoque bonorum exiguae paternae haereditatis ad *Franciscam* spectante illam se velle expoliare jam declaraverat. Causa quidem falsa et si vera prorsus frivola, nec unquam apta ad suadendum tam grave peccatum cum illicita dissolutione matrimonii, cum injusta diffamatione innocentis sacerdotis et cum evidenti detrimento proprii honoris et honestatis, sed apud praedictam foeminam tanti ponderis et efficaciae, ut non solum insimul cum altera ejus filia huic gravissimo sceleri consenserit, sed eidem *Dionysio*, si matrimonium dissolutum fuisset, ambo proeminm promiserint.

Obtento per *Dionysium* optato
matris consensu, publice jactitabat 68
quod si *Franciscam* alloqui potuisset, invenisset utique modum ne amplius ad viri domum rediret, ejusque opera et suis, quatenus opus, expensis, matrimonium dissolutum fuisset. Donec tamen *Francisca* cum viro cohabitavit, querelam contra sacerdotem *Nicolaum* ad episcopale tribunal non est ausus deferre, quia nisi prius illam quoque iterum seduxisset, dubitare poterat quod hanc novam calumniam non confirmasset, sed post 22. *circiter dies*, quibus *Francisca* in domo viri permanserat et cum ipso in eodem lecto semper et quacumque nocte cubaverat, sive sponte sive vocata, e domo mariti ad propriam patriam, paternamque domum ad visitandam matrem, suosque consanguineos se contulit, ubi
Dionysius, plaudentibus *Franciscae* 69
matre et sorore, ac promissis ei
iterum cum suo antiquo amasio *Ascensio* nuptiis melioris conditionis iis quas cum *Dominico* contraxerat, cum omni facilitate mulierem tam propter interesse et pro secundando vehementi desiderio matris atque sororis, quam propter amorem erga *Ascensium*, qui vel nondum penitus erat in ejus pectore extinctus vel tunc revixit, eamdem induxit ad confirmandam hanc detestabilem calumniam et declaran-

Digitized by Google

dum hac de causa se nolle amplius ad domum viri habere regressum.

Harum mulierum extorto similibus artificiis ad calumniandum
70 consensu, ne poenitentiae daretur locus, nulla interposita mora, sub ipsa hora mediae noctis *Dionysius* cito cucurrit ad vocandum cancellarium foraneum, eumque duxit ad praedictam villam, domumque *Franciscae*, ubi querelam ab eo recepit sub nomine parum honestae matris de stupro commisso ante matrimonium, et de commercio post matrimonium continuato per sacerdotem *Nicolaum* in persona mendacis filiae, qua vix impicta calumnia *Dionysius* superabundans gaudio, se illa praefatum sacerdotem praecipitasse, et conjugum separationem obtinuisse gloriabatur, quia, ut *Poeta* cecinit,

agli occhi empj e malvagi
Son teatri di gioja anco le stragi

itemque una cum *Ascensio* matrimonium nullum esse publice enunciavit, et uterque scandalosam illico incaeptam consuetudinem, longosque secretos sermones cum *Francisca* diu continuavit.

Hujusmodi historia partim ex attestationibus extrajudicialibus in *Summario* relatis, partim ex ipso
71 processu judiciali desumpta, sane praebet in ipsamet narrationis superficie quibus artibus haec machina extructa, quo zeli praetextu, quo non semper eodem sed diverso colore asserta nullitas matrimonii cohonestata, quo demum vento ambitionis a *Dionysio* pro suo consanguineo ad parochiale beneficium anhelante fuerit hic ignis accensus et auctus, unde cum *Rub. in annot. ad Rot. dec. 2. num. 75. et seqq. par. 3. recentior.* exclamari potest 72
= *O ambitio futile malum, secretum venenum, pestis occulta, doli artifex, mater hypocrisis, livoris parens, excoecatrix cordium!* =: et in hypothesi addendum quoque videtur *maximi ac perniciosi scandali fons copiosissimus et origo*, cujus progressus impeditus utique remansisset, si usque ab initio multatus fuisset *Ascensius*, quia tempore, quo celebrabatur in ecclesia matrimonium ante fores ecclesiae voce magna mulierem exoraverat ne consensum matrimonio praestaret, non minus quam *Dionysius*, quia, eo contracto, sponsam ad simulandum se fictum dedisse in illo contrahendo consensum induxerat.

Hoc autem salutari remedio neglecto, videbatur saltem quod judex querelam impudentissimae 73
matris rejicere teneretur, et attenta praesertim priori filiae seductione per ipsammet in praedicti sui *patrui* praesentia *Dionysio* tributa, eamdem apud honestam matronam in loco tuto collocari praeciperet, ut, amoto periculo novae seductionis pro parte *Dionysii*, omnisque subornationis pro parte sacerdotis *Nicolai*, examinata solam veritatem pandere posset. Tunc enim aut confirmasset quidquid in querela fuerat expositum, et quia consensus in contrahendo matrimonio non defecerat, opportune suaderi poterat ut ad majus evitandum scandalum, suaeque honestatis jacturam reparandam, obtenta secreto Apostolica

Digitized by Google

dispensatione, consensum renovaret;
aut si se fuisse seductam affirmas-
set, tunc ad cohabitandum cum viro
cogenda erat; — in utroque nam-
que casu neque scandalum incre-
mentum habuisset, neque fuisset
matrimonium foedatum, neque ani-
morum perturbationes et dissidia
inter sponsos adaucta, neque sponsa
ejusque familia dehonestata, et,
quamvis hoc prudenti tempera-
mento judex amisisset lucrum ex
criminali processu proveniens, ma-
ximum tamen meritum apud Deum,
maximamque laudem apud homines
promeruisset.

At quia nonnulli judices no-
74 stris hisce temporibus magis amant
inique pandere quam celare sacer-
dotum fragilitates, non solum prae-
dictus judex satius duxit querelam
admittere, matrem querelantem a
querela recedere omnino volentem
et protestantem non audire, adver-
sus sacerdotem *Nicolaum* processum
instruere, sub formali examine etiam
cum sibilorum tormento sponsam
subjicere et contra sacerdotem sen-
tentiam contumacialem pronun-
ciare, unde singula praedicta prae-
judicia jam promanarunt, unaque
simul ex tentata coercitione delicti
difficilis probationis orta est detur-
patio potissimum characteris sacer-
dotalis, qui, cum sit Episcopis et
ipsi Summo Sacerdoti communis,
summopere est venerandus et quan-
tum fieri potest, ejus dedecus evi-
tandum.

Verum etiam cum antequam
perficeretur processus, et ad hoc
75 novum relevandum impedimentum
inanes ac calumniosae coacervaren-
tur probationes et antequam dicta
sententia emanata fuisset, *Dominicus*
sponsus judicialiter insteterit oppor-
tunis juris remediis cogi uxorem ab eo
temere separatam ad redeundum ad
domum viri, ibique cum ipso coha-
bitandum, Vicarius Generalis, qui
contra eumdem sacerdotem in se-
quelam calumniosae querelae jam
processum criminalem inchoaverat,
post varias ambages, tandem *sub
die* 29. *Augusti* 1765. decrevit ex-
pectandum esse exitum judicii cri-
minalis adversus sacerdotem incae- 76
pti contra expressam *Sacrorum
Canonum* dispositionem, quatenus
servanda sit non vero spernenda,
vi cujus uxor immediate cogi de-
bebat annuere instantiae mariti, a
quo temere et absque judicio Ec-
clesiae se separaverat ad praecita-
tum famigeratum *Text. in d. Cap.
Porro* 3. *De divort.* = ibi = *Porro
de Comite Pontini, qui B. uxorem
suam absque judicio Ecclesiae di-
misit, quia eam cognatam fuisse
uxoris defunctae proponit, pru-
dentia tua cognoscat, quod si etiam
parentela esset publica et notoria,
absque judicio Ecclesiae ab ea se-
parari non potuit: quare ipsum ad
eam recipiendam, quae petit resti-
tutionem ipsius, districte compellas,
quam si recipere noluerit, cum
vinculo excommunicationis adstrin-
gas* =, et notat *Sanch. de Matrim.
lib.* 10. *cap.* 12. *num.* 38. *circ.
fin.* = ibi = *Adde etiam rem hanc
esse gravissimam, quia ratione con-
sanguinitatis declaratur vinculum
ipsum matrimonii fuisse irritum,
ac proinde utrumque conjugem
tamquam solutum posse libere ad*

Digitized by Google

alias nuptias transire. Quare merito reservatur judicia Ecclesiae decidenda, et interim conjux spolians cogitur ad spoliatum redire =.

Provocavit proinde ab hujus-
77 smodi decreto *Dominicus* ad Tribunal A. C., cumque ad praestandam assistentiam huic causae sacerdos *Nicolaus* ejus frater ad almam Urbem se contulisset, habita notitia, quod Curia episcopalis pro praedicto asserto crimine sibi specialem transmiserat inquisitionem domi suae solitae habitationis in patria relictam, per procuratorem instetit ut aliqua dilatio ad suas faciendas defensiones sibi concederetur, donec haec causa sui fratris, quae ad instantiam patris ab A. C. avocata *Sacrae Congregationi Concilii* remissa fuerat, debitum finem habuisset, sed audiri non meruit.

Concordato proinde dubio = *An constet de nullitate matrimonii, seu potius sit locus coactioni in casu etc.* =, propositaque causa sub *die* 4. *Junii* 1768., eadem *Sacra Congregatio* censuit illius resolutionem esse suspendendam, donec, praevia carceratione sacerdotis *Nicolai*, in Congregatione Criminali A C., ad cujus tribunal jam ipse appellaverat et literas inhibitoriales obtinuerat, idem fuisset a praetenso crimine seu criminibus absolutus vel condemnatus; interea, pendente causa, uxor a viro separata meretricium exercuit, praegnans evasit et illegitimum partum edidit. Completo autem processu, factisque defensionibus, post diutinam duorum annorum sacerdotis inquisiti carcerationem, proposita causa coram eadem Congregatione A. C. cum ipse negativus esset nec aliunde convictus, et quamvis delicti corpus deficeret, sub *die* 9. *Julii* 1770. per acta *Monti* prodiit rescriptum = *Esse aliqualiter torquendum* =.

In hoc rerum statu pro parte 78
inquisiti consultus an expediret interponere appellationem, pro affirmativa dedi responsum, quia nulla quoque habita ratione de defectu probationis corporis delicti, talia in hoc casu concurrere non videbantur indicia, quae sufficientia sint ad decernendam torturam, quin
potius censeo quod, etiamsi probatio 79
corporis delicti in genere non deficeret, vix sufficere possint ad inquirendum et sacerdotem inquisitum carcerandum, ut ex infra dicendis ad evidentiam resultare arbitror.

Antequam tamen ad hoc ostendendum aggrediar, expresse primum id facere protestor non quia causae necessitas hoc postulet, nam deficiente probatione corporis delicti, quaelibet indicia et etiam confessio inquisiti nullam penitus, penitusque vim habent, sed ut appareat quod etsi praedictus defectus abesset, adhuc nulla ratio, nullumque indicium concurreret pro decernenda tortura; — secundo praesupponendum est id, quod a nemine impugnatur, videlicet, quod indicia ad torturam nec levia nec perfunctoria esse debent, neque dubia et aequivoca, quaeque plures interpraetationes
recipiant, sed certa, probabilia, 80
verisimilia *L.* 3. *Leg. Milites* 8. § *Oportet Cod. de quaest.*, *Bertazzol.*

cons. 3. *num.* 1. *et cons.* 8. *n* 37.
et cons. 59. *num.* 4. *et cons.* 225.
81 *num.* 11., legitima, sufficientia et
a jure approbata *Farinacc. cons.* 34.
num. 7. *lib.* 1., *Bertazzol. cons.* 95.
82 *num.* 21., gravia, urgentia, conclu-
dentia et delictum inferentia *Bald.*
cons. 259. *num.* 4. *vol.* 1., *Cravett.*
cons. 6. *num.* 12., *Boss. in prax.*
tit. de indic. et considerat. ant.
tortur. num. 17, *Farinacc. quaest.*
83 37. *num.* 6., *et cons.* 37. *num.* 20.
in fin. lib. 1., ac luce meridiana
clariora *Bertazzol. cons.* 3. *num.* 1.,
neque solam delicti suspicionem
84 inducentia, quia ex sola suspicione
non est judicandum *S. Isidor. lib.* 2.
Offic. = ibi = *Nullum judices*
suspicionis arbitrio, periculosum
enim est de suspicionibus quem-
quam judicare = sed talia ut judex
sit quasi certus de delinquente, nec
85 aliud sibi desit quam ipsius delin-
quentis confessio *L.* 1. *in princ. ff.*
de quaest., *Bertazzol. cons.* 8. *n.* 38.,
Natt. cons. 42. *num.* 1. *lib.* 1., *et*
cons. 392. *num.* 6. *lib.* 2., *Honded.*
cons. 102. *num.* 10., *et cons.* 106.
num. 67., *et cons.* 107. *num.* 25.
et seq. lib. 1., *Farinacc. quaest.*
86 37. *num.* 3. alias judex indebite
torquens est puniendus *Bertazzol.*
d. cons. 3. *sub. num.* 1., *Farinacc.*
d. quaest. 37. *num.* 111., nam sine
legitimis indiciis etiam in atrocis-
87 simis delictis nemo torqueri potest
Farinacc. cons 56. *num.* 21., *et*
cons. 99. *num.* 23., *et quaest.* 37.
88 *num.* 1. 71. 72. 74. 79., imo nec
in delictis laesae majestatis *Fari-*
nacc. d. quaest. 37. *num.* 92., nec
in delictis occultis, clandestinis,
89 proditoriis et difficilis probationis
Farinacc. cons. 20. *num.* 8, *et*
cons. 37. *num.* 25., *et cons.* 79.
num. 21., etiamsi per torturam
scandalum sedaretur in populo *Fa-* 90
rinacc. d. quaest. 37. *sub. num.* 1.
in fin., et principis mandatum ac-
cederet *Grammatic. Vot.* 12. *n.* 9., 91
Farinacc. d. quaest. 37. *num.* 74.,
aut judex propriis oculis inquisitum
delinquere viderit *Clar. in* § *fin.* 92
quaest. 8. *num.* 5. *vers. Sed pone,*
quod judex. Farinacc. cons. 83.
num. 3. *lib.* 1.; agitur enim de in-
ferendo vitae hominis gravissimo
detrimento, quia tortura est major
poena quam amputatio utriusque 93
manus *Auth. Ut nulli judicum*
§ *fin.*, *Boss. in prax. tit. de tortur.*
num. 12., *Roland. cons.* 12. *n.* 41.
vol. 3., *Clar. in prax.* § *fin. quaest.*
64. *vers. Praeterea debet num.* 3.,
Farinacc. quaest. 42. *num.* 14.,
Capyc. Latr. dec. 132. *num.* 16.

Hoc praesupposito, si loqua-
mur de stupro quod asseritur ante
matrimonium in persona *Franciscae*
a sacerdote *Nicolao* commissum,
aut pro eo non intrat tortura, quia
tam in clericis quam in laicis hoc
hodie delictum poena arbitraria pu-
nitur, quam judicis arbitrium ex-
tendere solum potest ad pecunia-
riam seu carceris per aliquod tempus
Amen. de delict. et poen. tit. 4. 94
§ 5. *Stuprum num.* 13. sive etiam
exilii, pro qua non est locus torturae 95
Gomez variar. cap. 13. *n.* 2. *tom.* 3.,
Clar. in § *fin. quaest.* 64. *num.* 3.
vers. Praeterea debet, *Farinacc.*
quaest. 42. *numer* 9.; — Aut
si in hoc etiam delicto intraret
tortura, nonnisi praedictis con-
currentibus indiciis decerni posset,

Digitized by Google

quorum nec unum ad torturam sufficiens ex processu resultat. Nullum enim in primis gradum probationis constituit inculpatio *Franciscae*, quae supponit sibi factam fuisse violenter offensam, nulla nam-
96 que fides praetenso offenso etiam in articulo mortis adhibetur, textus est apertissimus in *L. Si quis* 3. § *Si quis moriens ff. Ad Senatuscons. Syllan.*, *Bald. in l.* 2. *Cod. de calumn.*, *Grammatic. cons.* 70. *num.* 2. *et* 3, *Roland. cons.* 24. *num.* 25. *et seqq. lib.* 1., in puncto *Cravett. cons.* 41. *in princ.*, *Bertazzol. cons.* 3. *num.* 2. = ibi = *Non video ubi sint talia inditia ad torturam sufficientia, primo enim dicta Sancta, cui, ut ipsa asserit, fuit facta violentia, nullam facit probationem, ex quo illi fuit facta offensa et offenso non creditur etiam in mortis articulo* =.

Nullam quoque probationem facit, quia est socia criminis, verissima nam est hodie conclusio in omnibus subselliis tam secularibus quam ecclesiasticis religiosissime observata, quod ex inculpatione mulieris corruptae nullum desumi potest indicium delicti per inqui-
97 situm ab ea inculpatum asserti commissi ex firmatis per *Vermigliol. cons.* 113. *num.* 9., *Honded. cons.* 100. *num.* 7., *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 4. *cap.* 6. *num.* 14., *Farinacc. cons.* 80. *num.* 21. *et quaest.* 43. *num.* 99., *Conciol. resolut. crimin. verb. stuprum resolut.* 2. *num.* 1., *Bonfin. ad Bannim. gener. cap.* 6. *append. unic. n.* 11., *Peguer. decis.* 76. *num.* 2. *et* 3., *Boer. decis.* 299. *num.* 1., nec in ea ullum constitui potest fundamentum etiamsi nullos patiatur defectus et quamvis fuerit torturata ad purgandam maculam, id enim tam 98
de jure quam de praxi exposcitur, non ut afficiat inculpatum, sed ut admitti valeat ad generaliter inqui- 99
rendum *Roland. cons.* 73. *num.* 22. *et seqq. lib.* 1., *Guazzin. ad defens. reor. loc. cit.*, *Clar. in* § *fin. quaest.* 21. *num.* 13. *vers. Scias etiam.*

Ut enim inculpatio stupratae afficiat inculpatum et faciat adversus illum indicium ad torturam, non sufficit quod ab ea sub sibilorum tormento confirmetur, sed necesse est ut alia indicia seu adminicula, praeter ejus inculpationem, interveniant *Giurb. cons.* 100
37. *num.* 17., *Caball. resolut. crim. cas.* 84. *num.* 10., *Mattheu et Sanz de re crim. contr.* 52. *num.* 6., *Ciarlin. controv. forens. lib.* 2. *cap.* 174. *num.* 11., *Guazzin. loc. cit.*, *Boss. in prax. tit. de indic. num.* 160. *et seqq.*, *Marc. Antonin. variar. lib.* 3. *resolut.* 7. *per tot.*, *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 5. *gloss.* 5. *par.* 2. *num.* 82., *Carpzov. in pract. crim. par.* 3. *quaest.* 122. *num.* 77., *Menoch. de arbitr. cas.* 474. *num.* 43. *et seqq.*, *Raynald. observat. crim. cap.* 23. § 4. *ad* 6. *num.* 185., *Rot.*, post *Zacch. quaest. Medic. Legal. tom.* 2., *decis.* 31. *n.* 2., *Farinacc. cons.* 216. *in princ. et quaest.* 43. *num.* 99., ubi ampliat, etiamsi per vim mulier se cognitam asserat, quia cum sit so- 101
cia et particeps criminis, ei credi non debet *L. Quoniam liberi* 10. 102
Cod. de testib., *Joann. Zang. de*

Digitized by Google

quaest. et tortur. cap. 3. *num.* 214., *Carpzov. in prax. par.* 3. *quaest.*
103 121. *num.* 38, *Farinacc. d. quaest.* 43. *num.* 149., ubi quod ineptum
104 esset aliter affirmare *Bertazzol. cons.*. 333. *num.* 1., *Grammatic. Vot.* 6. *et cons.* 21., ubi ampliat in quocumque delicto, etiamsi socius inculpans esset persona quali-
105 ficata, aut vir etiam character sacerdotali insignitus.

Quae quidem conclusio non tantum procedit in tortura adversus inculpatum adhibenda, sed etiam in formanda, eique transmittenda inquisitione speciali, ad hoc ut postea idem inquisitus et inculpatus in contumacia condemnari
106 possit; quidquid dicendum sit quoad aperiendam viam judici ad assumendas informationes super prae-
107 tenso delicto, ut, conciliando Doctorum opiniones, firmat *Farinacc. d. quaest.* 43. *num.* 127. *et seqq.*; adeout si, praeter inculpationem praetensae stupratae, in hypothesi indicia quoque et adminicula in processu non habeantur, non solum esse non possit locus torturae, sed
108 inquisitio specialis a Curia ecclesiastica sacerdoti *Nicolao*, ut supra, transmissa, simulque successiva sententia et condemnatio tamquam irregularis, nulla, iniqua et injusta sit improbanda.

Nec etiam sufficit inculpatio stupratae sub sibilorum tormento confirmata licet juncta cum adminiculis et indiciis, quando ipsa stuprata ultra crimen stupri, quod fatetur et in eo committendo se so-
109 ciam facit, alias patitur exceptiones atque defectus, ut probant *Grammat. cons.* 35. *num.* 23. *et seq.*, *et cons.* 61. *num.* 2. *et seqq.*, *et cons.* 66. *num.* 4., *et cons.* 70. *num.* 7. *in fin. et seqq.*, etiam in casu in quo veritas aliter haberi non possit, ut prosequitur *num.* 9., *Foller. in pract. crim.* 1. *par.* 3. *part. principalis verb. Et si confitebuntur num.* 102. *vers. Et licet in casibus exceptis et vers. Et nota ulterius*, *Cravett. cons.* 6. *num.* 55. *et seq.*, *Natt. cons.* 298. *num.* 6. *et seq. lib.* 2., *Roland. cons.* 16. *num.* 20. *et seqq. vol.* 1. *et cons.* 3. *num.* 50. *vol.* 3., *et cons.* 57. *n.* 38. *et seqq. vol.* 4., *Menoch. de arbitr. cas.* 474. *n.* 54., *Bertazzol. cons.* 40. *num.* 12., *et cons.* 61. *num.* 16. *et seqq.*, *et cons.* 234. *num.* 5., *et cons.* 333. *num.* 3., *et cons.* 556. *sub num.* 12., *Mascard. de probat. conclus.* 462. *num.* 25. *tom.* 1., *Honded. cons.* 100. *num.* 22. 23. *et* 37., *Boer. decis.* 319. *sub num.* 3., *Farinacc. quaest.* 43. *num.* 178., *et cons.* 216. *num.* 2. = ibi = *Praemissa conclusio, quod patientis inculpatio junctis adminiculis indicium faciat ad torturam, declaratur, ut non procedat quando idem assertus patiens, ultra crimen quod fatetur, alios patiatur defectus. Vulgaris est declaratio, sed verissima et communiter recepta in practica ex late per me allegatis in quaest.* 43. *num.* 178., *et quaest.* 62. *num.* 381. *ubi non sine ratione reprobavi Bajard. contrarium de consuetudine attestantem praesertim in Urbe, in qua nunquam fuit nec Advocatus nec Judex* =, et ad illi omnem adimendam fidem duo etiam defectus

Digitized by Google

110 sufficiunt, quia tortura nonnisi
unum supplet defectum *Bursatt.*
cons. 69. *num.* 25., *et cons.* 192.
num. 21. *et seqq.*, *et cons.* 201.
num. 57., *et cons.* 239. *num.* 42.
et cons. 275. *num.* 19.

In casu autem, de quo agitur,
non duos tantum sed plures pati-
tur *Francisca* defectus, quorum
primus est illius vilitas et turpis
egestas talis et tanta, ut ad peten-
dam Urbem pro substinendo sibi-
lorum tormento in faciem inquisiti
et ad se deinde propriis laribus
restituendam caritativo pecuniae
subsidio indiguerit, quam pauper-
tatem et inopiam, vilemque con-
111 ditionem illi fidem penitus adimen-
tem exaggerant *Paris. cons.* 152.
n. 17. *lib.* 4., *Grammatic. cons.* 36.
num. 29. *et* 35., *et cons.* 58. *num.* 10.
et seq., *Roland. cons.* 24. *num.* 64.
et seq. lib. 1., *Bertazzol. cons.* 3.
num. 6. = ibi = *Tertio fuit et*
est pauper et vilis foemina et ne-
dum pauper, sed inops =.

Alter est diuturna ejusdem
112 foeminae taciturnitas, longumque
silentium ab ea servatum tam ante
quam post contractum matrimo-
nium nullam proferens de passo
stupro querelam, quae tarditas, si-
cut arguit in ipsa inculpante dolum
113 atque calumniam *Cap.* 1. *De fri-*
gid. et malefic. = ibi = *Si pro-*
clamare voluit, cur tamdiu ta-
cuit? = consonat *Text.* in *L. Si*
quis forte 6. *ff. de poen.* = ibi =
Nec enim debebat tam magnam
rem tamdiu reticere = et consi-
derant *Cravet. cons.* 28. *num.* 6.
vers. Ex qua etiam tarditate, et
cons. 148. *num.* 12., *Capon. discept.*
forens. 29. *num.* 24. *tom.* 1., *Fa-*
rinacc. cons. 37. *n.* 27. *et cons.* 80.
num. 21., *et cons.* 88. *num.* 11.,
Vermigliol. cons. 198. *num.* 7., *et*
cons. 396. *num.* 14., *et cons.* 408.
num. 16., *Muta dec.* 74. *num.* 13.,
Osasc. dec. 117. *num.* 9.; — Ita
inculpati innocentiam ostenditur
prae aliis tradunt *Guazzin. ad* 114
defens. reor. defens. 4. *cap.* 16.
num. 14. *circa fin.*, *Bajard. ad*
Clar. § *Stuprum sub num.* 40.
vers. Et vis videtur = ibi =
Quando mulier diu tacuit et di-
stulit accusare, accusatus praesu-
mitur innocens, quia ex tarditate
praesumitur dolus et calumnia =,
neque dissentiunt *Ciaz. discept.*
25. *num.* 73. *tom.* 1., *Panimoll.*
annot. 2. *ad dec.* 93. *num.* 20.
= ibi = *Cessare etiam debet si*
mulier diu distulerit et tacuerit
accusare stupratorem, quia si po-
stea accusetur, praesumitur inno-
cens, ex quo ex tarditate praesu-
mitur dolus et calumnia =.

Tertius est ipsius dicti varie-
tas et contradictio; — narrat enim
quod post primum cum inquisito 115
congressum ejus mater viderit lin-
teum sanguine foedatum atque si-
luerit, quia credidit esse menstrui
sanguinis expurgationem, et una
simul sibi contradicendo subjungit
quod hoc evenerat extra expurga-
tionis tempus, copiosior fuerat san-
guinis abundantia et color ab illo
omnino diversus. — Si hoc igitur ve-
rum esset, tam propter insolitam
copiam quam propter coloris va-
rietatem, experta mater de causa
hujus tam diversae sanguinis effu-
sionis illam interrogasset, qua in-

Digitized by Google

terrogatione posthabita utique dicendum est quod ideo tacuerit aut quia vere fluxum menstrui sanguinis esse cognoverit, qui solet esse copiosior eo qui causa deflorationis effunditur, aut quia de hoc illam interrogandi occasionem non habuerit, quia sit simplex filiae fabula atque commentum. — Insuper contracto matrimonio se consensum eidem matrimonio non dedisse publicavit, quod esse falsum deinde Parocho *Mauritio* suo patruo asseruit, seque fuisse ad hanc falsitatem propalandam subdole inductam a *Dionysio* etiam in ipsius *Dionysii* conspectu intrepide confirmavit, et ad hoc in facto quoque comprobandum iterum in faciem Ecclesiae coram Parocho, duobusque testibus maritale conjugium cum *Dominico* expresse ratificavit; consummato demum matrimonio, impedimentum dirimens ex controverso stupro proveniens opposuit, ex qua palpabili varietate de mendaciu convincitur, quod per
116 se solum ei fidem minuit, etiamsi aliis defectibus non esset obnoxia *Grammatic. cons.* 21. *num* 25., *Clar. in prax.* § *fin. quaest.* 25. *num.* 7. *vers. Sed pone et quaest.* 53. *num.* 11. *vers. Primus casus*, ubi
117 quod uti falsaria puniri potest *Menoch. de arbitr. cas.* 312. *num.* 1., *Cravett. cons.* 75. *num.* 30., *Bertazzol. d. cons.* 3. *num.* 9. *et* 10. = ibi = *Quo fit ut proculdubio saltem diminueretur de fide, si posset admitti* =.

Ex hac ipsa veritate scatet quartus defectus coadjuvans praesumptionem calumniae et malitiam longi silentii non casualiter nec sine ratione servati. Siquidem ante matrimonium et antequam *Francisca* cum viro cubaret, valde pe- 118
riculosum erat hoc dirimens affinitatis objicere impedimentum, nam ea per obstetricum inspectionem absque jactura virginitatis reperta clarius mendax evasisset, ideoque subdolus consiliarius *Dionysius* tunc illi suasit non hoc allegare impedimeutum, sed alterum videlicet defectus interni consensus. Cum vero hic consensus interni defectus in irritum cessit, eoque solemniter renovato, uxor cum viro in eodem lecto convenit, eadem uxor ab eodem *Dionysio* fraudolenter instructa tutius opposuit impedimentum affinitatis, quia cum fuisset jam a viro corrupta, obstetricum inspectio amplius apta non erat ad detegendam et comprobandam calumniam, prout illam, antequam copulam haberet cum proprio viro, facile comprobare potuisset.

Quintus defectus est inverisimilitudo, cum non sit verisimile quod si *Francisca* iuvita stuprum 119
passa fuisset, suae genetrici, aut sorori nuptae hoc scelus confidenter non manifestasset. Cur ergo illud tacuit ante matrimonium, et, inito matrimonio, non assertum impedimentum affinitatis ex copula illicita, sed defectum veri certique consensus publicavit? Cur saltem suo patruo, dum, contracto matrimonio, apud ipsum et in ejus domo parochiali morabatur, simile canonicum impedimentum adesse non asseruit, et potius plenum libe-

rumque suum consensum in contrahendo matrimonio non defuisse, sed talem defectum simulasse constantissime fassa fuit, quia ad hoc evulgandum mendacium eam *Dionysius* instigaverat, quod et ipsi *Dionysio* praesenti audacter objecit et deinde sponte, eaque petente, consensu solemniter renovato, ad viri domum libenter perrexit, ibique fere per mensem cum eo cohabitavit, nullamque penitus unquam de hoc impedimento et injuria sibi per sacerdotem *Nicolaum* illata querelam emisit? Quomodo illius assertio de defloratione veridica, aut verisimilis esse potest, si se
120 mendacem esse et mendacium evomisse fatetur, cum defectum absoluti consensus simulavit?

Augetur inverosimilitudo ex eo quod si vera fuisset praetensa copula nocte sabathi sancti per inquisitum violenter extorta et ipsa *Francisca* ex improviso per eumdem adorta, statim, ut asserit, acclamasset, ejus soror, quae ut in *processu* deponit, in contiguo cubiculo dormiebat = ibi = *Nella prima stanza corrispondente alle scale vi dormiva Francesca mia sorella; e nell' altra appresso vi dormivo io* = illius clamore a somno excitata eam exclamantem
121 audivisset; ut in proposito arguit *Rot. in Majoricen. sponsalium* 6. *Martii* 1752. § *Maxime cor. Amadeo* alias *dec.* 12. *num.* 11. *et seqq.* post *mea Vota De Sponsal. Filiorumfam.* = ibi = *Itidem supponitur, quoad locum, delictum evenisse in mansione contigua cubiculo, in qua aegrota jacebat dicta Valentina cum persona eidem jugiter assistente et tamen de gemitibus et vocibus adeo innocentis puellae quidquam audiverunt nec Valentina infirma, nec persona eidem assistens, quod sane valde est inverisimile* =.

Mendacem quoque proculdubio se praebuit, dum supposuit quod eadem nocte, licet exclamaverit ac viriliter resistere studuerit, ei
tamen vires ad resistendum defe- 122
cerint et, metu minatae mortis perterrita, violentiae inquisiti succumbere coacta fuerit; subsequentibus vero noctibus non semel, sed *pluries* ab eodem tentata viriliter semper resistere et ab illius violenti congressu sine ullo mortis timore se liberare potuerit, cum prorsus inverisimile sit quod si toties, non obstantibus quibuscumque minis, inquisitus ejus coustantiam sub alto silentio superare non valuit, tanta nihilominus cum facilitate prima nocte perfectam, plenamque copulam ab eadem, dum exclamaret, extorserit.

Ex hac eadem ipsius assertiva, quod non prima tantum et una sed pluribus subsequentibus noctibus ab eodem sacerdote fuerit, dum in lecto jacebat, aggressa, magis, magisque se mendacem ostendit, dum non est verisimile quod si prima nocte ab illo praesertim invita violentata fuisset, ostium proprii cubiculi non secunda tantum, sed tertia, quarta, quinta, caeterisque subsequentibus noctibus ad commodum aggressoris apertum voluisset relinquere, sed ad vim repellendam illud sera seu forti

Digitized by Google

repagulo clausisset ne liberum ag-
gressor habere posset ingressum.

Sextus demum defectus, omis-
123 sis aliis, est lubrica vita, inhone-
stique mores hujus scrupulosae
puellae maximopere castitatem ze-
lantis, circa quam procul a proprio
viro degentem nonnulli testes de-
fensionales deponunt, nullam aliam,
quam cum meretricibus ac per-
ditis, effoeminatis, infamibusque
viris diu noctuque habere consue-
tudinem; alii ipsam in publicis
tabernis cum libertinis juvenibus
conversari; omnes denique conclu-
dunt ejus lubricitates adeo grave
scandalum apud totum villae popu-
lum peperisse, ut Parochus *Mau-
ritius* ipsius patruus e propria domo
illam expulerit et moerens et affli-
ctus protestatus fuerit quod, si
sibi liceret, ejus carnifex esset ne
amplius hoc impudicitiae monstrum
totius familiae dedecus videre pos-
set. Cum igitur his omnibus ornata
monilibus ad examen accesserit,
tormentum in faciem inquisiti sub-
stinuerit, pluribusque mendaciis ca-
lumniam confirmaverit, nullam ei
adhibendam esse fidem concorditer
docent *Menoch. de arbitr. cas.* 474.
num. 54., *Grammatic. cons.* 35.
num. 23. *et seq.*, *et cons.* 70. *n.* 7.
et seqq., *Farinacc. cons.* 80. *num.* 23.
= ibi = *Est etiam vilis, infamis*
ET MERETRIX TEMPORE EXAMINIS *et, sic
cum patiatur tot defectus, admitti
non debet et ejus fides omnino pro-
sternitur etiam in delictis atro-
cissimis et difficilis probationis*
= etiamsi nil aliud concurret
quam ad tabernam cum praedictis
juvenibus accessus, ex quo honesta
mulier minime reputatur, ut, post 124
Text. in Can. Proposito 4., *et Can.
Nec solo* 12. *caus.* 32. *quaest.* 5.,
Paris. cons. 160. *num.* 22. *lib.* 4.,
Gratian. discept. forens. cap. 5.
numer. 44. *in fin.*, *Mantic. de
Conject. ultim. volunt. lib.* 11.
tit. 19. *num.* 34., dixit *Rot. in
d. Majoricen. Sponsalium* 6. *Mar-
tii* 1752. § *Plurimum cor. Amadeo*
= ibi = *Plurimum dubitari posse
de honestate Margaritae suadent
juratae depositiones testium asse-
rentium eamdem nocturno tempore
egredi consuevisse e domo Franci-
sci, ipsamque accedentem ad pu-
blicam cauponam cyatum vini ad
bibendum a milite Britannico ac-
cepisse, et quandoque in apotheca
cujusdam sutoris cum illius juve- 125
nibus procaciter lusisse, ipsamque
esse indolis valde vivacis et jocis
amicam, itaut his stantibus pa-
rum honesta reputaretur; pro hu-
jusmodi enim effectu licet foemina
corpore non sit vitiata, si ta-
men ex depravatis moribus mentem
corruptam habeat, non immerito
de inhonestate redarguitur* =;
et in ejus confirmatoria *diei* 9.
Aprilis 1753. § *Maximum circa
fin. cor. Card. Buss.* relata pa-
riter post *d. Vota De Sponsal.
Filiorumfam. dec.* 14. *num.* 8. *et
seqq.* = ibi = *Ipsa enim sola per
civitatem vagari et etiam nocturno 126
tempore et etiam invitis dominis
quandoque consuevit; ipsa in pu-
blica caupona cyatum vini a milite 127
oblatum non respuit et in sutoris
apotheca se jocis non inimicam
ostendit etc.* — *quae quidem omnia 128
incorruptae pudicitiae rationi minus*

Digitized by Google

uccomodatu probat Decisio etc. =; quam praesumptionem tamquam veritatis imaginem deinde subsequens comprobavit eventus, cum ante expeditionem causae in gradu appellationis et gravida apparuit et procul a proprio viro fere post triennium prolem peperit adulterinam.

Quibus stantibus, ad quid adminicula sufficere possunt? Si enim *Francisca* propter non unum sed tot defectus nec etiam acce-
129 dentibus, junctisque adminiculis ullum facit indicium ad torturam, frustra Fiscus ea coacervare studuit pro coadjuvanda praetensae stupratae inculpatione, quae ab ipsis adminiculis quoque fulcita, nullius tamen remanet ponderis atque valoris, et quod magis est etiamsi versaremur in casu, quo *Francisca*, praeter criminis societatem, nullum alium pateretur defectum, itaut ejus inculpatio sub tormento confirmata indicium faceret ad torturam, dummodo una simul accederent adminicula seu alia indicia, nihilominus nec unum ex illis, quae Fiscus ab examine suorum testium extorsit, sive propter ineptitudinem eorumdem indiciorum sive propter inhabilitatem testium sive propter exceptiones, quibus subjacent eorum dicta, pro eadem inculpatione verificanda prodesse noscitur.

Nihil enim prodest accusatio matris — tum quia deponit de auditu
130 a filia, cui, ut supra, non creditur, ideoque nec ei pariter credi potest *Jas. cons.* 22. *num.* 3. *vol.* 1., *Grammatic. cons.* 47. *num.* 6., *Cravett. cons.* 41. *num.* 2., *Roland. cons.* 24. *num.* 87. *lib.* 1. — tum quia est mater ipsius impudentissimae filiae *Vulpell. cons.* 94. *num.* 3. 131
cum offensio, quae praetenditur facta filiae ipsi matri facta censeatur *Grammatic. cons.* 45. *num.* 2. *et seq.* 132
et num. 14. *et seq.*, *Bertazzol. cons.* 3. *num.* 18. — tum demum quia una cum *Dionysio* est accusatrix 133
ac inimica et ut offensa ab initio processum criminalem contra sacerdotem *Nicolaum* confici curavit *Can. Accusatores* 3. *quaest.* 5., *Leg. Nullus* 10. *ff. de testib.*, *Leg. Omnibus.* 9. *Cod. eod.*, *Farinacc. quaest.* 46. *num.* 95., *et quaest.* 53. *n.* 3. *et seq.*, *et quaest.* 60. *n.* 64., *Honded. cons.* 100. *num.* 7. *tom.* 1.; imo nec ullum facit indicium nedum ad torturam sed nec ad in- 134
quirendum *Bertazzol. cons.* 8. *n.* 43., *Vulpell. cons.* 30. *num.* 2., *Farinacc. d. quaest.* 46. *num.* 96., *et quaest.* 60. *num.* 65., *Vermigl. cons.* 159. *num.* 3., quamvis agatur de crimine difficilis probationis *Vermigl. cons.* 370. *num.* 5, aliisque omissis, *Farinacc. d. quaest.* 53. *num.* 7.

Ejusdem irrelevantiae est depositio *Dionysii* omnium testium fiscalium antesignanus et primus examinatus, qui sane nullum probationis gradum constituit, non solum quia est auctor calumniae et instigator in causa, verum etiam 135
quia tam in persona quam in dicto relevantes ipse quoque patitur exceptiones atque defectus.

Quod sit auctor calumniae et matrem et filiam instigaverit ad querelandum sacerdotem *Nicolaum*,

Digitized by Google

satis ostendunt ejus emulatio, in-
136 vidia et odium adversus eumdem
sacerdotem procurantem parochiae
renunciationem, quam ipse ad ejus
exclusionem pro suo consanguineo
exoptabat, necnon munera ad ef-
fectum rescindendi matrimonium
sibi promissa ab *Ascensio* ob ipsius
ardens desiderium assequendi *Fran-*
137 *ciscae* nuptias; utriusque conspira-
tio, eorumque protestationes omnes
adhibendi conatus ne matrimonium
inter *Franciscam* et *Dominicum*
contraheretur et contractum annul-
138 laretur; confessio ipsius *Dionysii*,
qua declaravit se dedisse causam
processui qui contra sacerdotem
139 *Nicolaum* instruebatur; ejus jactan-
tiae, quibus venditabat se velle
ostendere quam suus calamus esset
acutus et curare ut idem sacer-
dos in triremium poenam condem-
naretur, in quam, suae domus et
familiae opera, jam septem homines
fuerant condemnati et in eamdem
sacerdos erat omnino condemnan-
dus pro stupro in persona cognatae
commisso, de quo ipse illum accu-
140 saverat; ejusdem *Dionysii* subor-
natio, qua *Franciscam* induxit ad
publicandum se fictum dedisse prae-
dicto matrimonio consensum, prout
ipsa ei praesenti in domo parochiali
141 sui patrui irata objecit; illius de-
clamationes, quibus, post ultroneam
renovationem matrimonialis con-
sensus a *Francisca* expletam in
faciem ecclesiae et subsequentem
ejus cum proprio viro cohabitatio-
nem, se id facturum promittebat
ut si *Franciscam* alloqui potuisset,
matrimonium adhuc irritum red-
deretur, saepiusque repetebat quod
= *a tutto suo costo averebbe operato*
tanto e fatto tanto, finchè col suo
operare avesse potuto render nullo
il detto matrimonio, essendo ciò suo
impegno = etiamsi ad hujusmodi ef-
fectum summam scutorum quinqua-
ginta expendere debuisset; ipsius
artificia ac illusiones, quibus usus
est ut *Francisca* a domo viri ad 142
paternam domum reversa, ejusque
mater et soror, pro inducenda nul-
litate matrimonii, praenominatum
sacerdotem calumniarentur, habi-
toque earum pro hac instruenda
calumnia consensu, non sequenti
die sed statim circa mediam noctis
horam, nulla interposita mora, ne
poenitere potuissent, pedester per
loca aspera, invia et montuosa se
contulit ad excitandum a somno
et e lecto extrahendum Cancella-
rium Foraneum curiae ecclesiasticae,
eumque a proprio oppido ad vil-
lam domumque *Franciscae* secum
traduxit pro recipienda adversus
eumdem sacerdotem querela, ut in
suo examine ipsemet *Dionysius*
etiam fatetur; illius jactantiae, qui-
bus, post impietam ita calumniam, 143
se praefatum sacerdotem praecipi-
tasse et conjugii separationem obti-
nuisse gloriabatur; summa ejus cal-
liditas atque malitia in suadendo 144
Franciscam ut defectus consensus
allegaret ante cohabitationem cum
viro, quia, si tunc allegasset impe-
dimentum affinitatis, visitata ab
obstetricibus et virgo reperta, men-
dax evasisset, impedimentum vero
affinitatis opponeret quando a viro
jam cognita per obstetricum visita-
tionem amplius de mendacio con-
vinci non poterat —; quae omnia per

Digitized by Google

testes tam judiciales quam extrajudiciales luculenter probata sine dubio sufficiunt imo superabundant ad canonizandum hunc testem infensum inquisiti inimicum, auctorem calumniae et accusatorem
145 in causa, qui proinde nullam fidem meretur, ut, praeter jam adductos, probant *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 29. *cap.* 2. *num.* 28., *Raynald. observat. crim. cap.* 1. § 1. *num.* 45., *Bertazzol. cons.* 251. *num.* 103. *tom.* 2., *Conciol. resolut. crim. verb. accusatio resolut.* 10. *num.* 1., *Andreol. controv.* 345. *num.* 1., *Rot. cor. Ludovis. decis.* 517. *num.* 11. *et seq.*

Multoque magis a testificando non in hac solum sed in quacumque causa est repellendus propter alios defectus, quos patitur circa
146 personam, cum testes affirment quod sit in tribunali ecclesiastico sui Ordinarii inquisitus, otio deditus, vagabundus *Rota in Compostellana* 2. *Maii* 1755. § *Parique coram Canilliac*, pravam habeat consuetudinem cum mulieribus suspectis, eorumque alter de visu in processu deponit quod pro famula retinuerit = *una donna ec. colla quale aveva amicizia, e quando mangiava gli ho veduti mangiare tutti due in un piatto, imboccandosi la carne insieme, dicendosi reciprocamente pigliate questo boccone per amor mio* =, ejusque tandem scandalosa vita eo pervenit, ut quamvis Ordinarius loci, sub cujus jurisdictione tunc ipse reperiebatur, eumdem non modica benevolentia prosequeretur, adhuc adversus illum capturae mandatum, sero tamen, relaxare, et a sua dioecesi hanc pestem expellere coactus fuerit. — Satis autem notissimum est in jure quod testes plures patientes exceptiones nec in civili- 147
bus nec in criminalibus probant *Bonden. colluct. legal.* 3. *num.* 59. *vol.* 2., *Mars. cons.* 102. *num.* 12, *Hect. Felic. allegat.* 10. *num.* 12. *par.* 1., *Card. Tusch. lit. T conclus.* 218. *n.* 2., *Vermigliol. cons.* 32. *num.* 2., *Grammatic. cons.* 35. *num.* 34. *et cons.* 45. *num.* 23., *Farinacc. quaest.* 62. *n.* 80. *et* 381,
et habentur pro non examinatis 148
in quibuscumque delictis *Andreol. contr.* 172. *n.* 9. = ibi = *Testes patientes plures exceptiones et defectus nihil prorsus probant, et habentur pro non examinatis in quibuscumque delictis etiam atrocissimis et difficilis probationis* =, etiamsi agatur de delicto laesae majestatis *Farinacc. cons.* 16. *n.* 23., *Tusch. litt. T d. concl.* 218. *n.* 5., *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 29. *cap.* 3. *num.* 9. *vers. Si vero isti*, *Conciol. resolut. crim. verb. Testes quoad personas resolut.* 25. *n.* 6.,
et duae tantum exceptiones suffi- 149
ciunt *Suarez in thesaur. recept. sentent. verb. Testes n.* 216., *Conciol. loc. cit. n.* 7., *Farinacc. cons.* 216. *num.* 8. *lib.* 3.

His exceptionibus quoad personam, accedunt etiam exceptiones in dicto; deponit enim de praetenso
incestu dumtaxat de auditu ab ali- 150
quibus testibus nec a matre querelante nec a filia inculpante nominatis, et praecipue supponit quod *Paulus N.* referre poterat se audivisse quasdam *Franciscae* lamentationes propter verba obscena, quae

Digitized by Google

proferebantur, et violentiam, quae suae honestati inferebatur ab inquisito, dum ambo e quadam proxima villa revertebantur, qui tamen
151 deinde examinatus nil aliud asserere potuit quam in itinere sibi occurrisse inquisitum, quem divinum recitantem officium *Francisca* sequebatur a longe, eosque e praedicta villa tunc redeuntes interrogasse de salute Parochi *Mauritii* ejusdem *Franciscae* patrui, quem infirmum visitaverant, sibique respondisse quod mediocriter se haberet. Supposuit etiam quod cum quaedam
152 mulier visitasset *Franciscam* propter emissionem sanguinis in lecto jacentem, ipsa pariter illam conqueri audivisset de violentiis sibi ab inquisito illatis, sed deinde pro hac muliere aegrotante ejus vir coram judice ad examinis locum accessit,
153 et ex ore uxoris constanter affirmavit eam numquam visitasse *Franciscam* infirmam et nil aliud scire nec deponere posse, quam vidisse *Franciscam* et inquisitum = *andar soli in campagna.* = Nulla autem certior falsitatis testium probatio dari potest ea, quae ex negatione illorum, quos ad suum confirmandum dictum
154 vocant, exoritur *Giurb. cons.* 37. *num.* 28., *et cons.* 70. *num.* 36., *Vermigliol. cons.* 159. *num.* 45., *et cons.* 290. *num.* 22., *et cons.* 291. *num.* 10., *Farinacc. quaest.* 65. *num.* 274., *et cons.* 39. *num.* 14., *et cons.* 179. *num.* 4. *in fin.*, *Ciarlin. contr.* 116. *n.* 36., *Cyriac. contr.* 27. *num.* 8., *Conciol. allegat.* 95. *n.* 5, *Magon. dec. Lucens.* 17. *num.* 8., *Rot. dec.* 3. *num.* 3. *par.* 18. *rec.*, *et dec.* 317. *num.* 8. *cor. Mantic.* = ibi = *Item quia testes etiam ab eo nominati aliud testificantur, ergo ejus testimonium prosternitur* =.

Quatenus igitur recensitos, ut supra, defectus *Francisca* non pateretur (quos proculdubio omnino pati satis est demonstratum) et propterea ejus inculpatio, junctis tamen adminiculis facere posset in- 155
dicium ad torturam, nihilominus pro ipsius inculpatione coadjuvanda ne minimum quidem emergeret adminiculum nec a querela matris nec a depositione *Dionysii* tam propter hujus mendacia quam propter respectivam utriusque inhabilitatem, ob quam a ferendo testimonio omnino repelluntur.

Æquali falsitatis vitio laborat depositio *Felicis N.*, *Blasii N. et* 156
Josephi N., quorum duo primi asserunt quod *Francisca* sibi praetensum sacerdotis *Nicolai* manifestaverit stupri attentatum; *Joseph* autem, referens dictum de dicto, *Mariam Antoniam N.* sibi narrasse supponit quod *Francisca* ejus consobrina tempore, quo sacerdos *Nicolaus* in ipsius domo morabatur, quadam die de mane *Emygdio*, ejusdem *Mariae Antoniae* marito, e fenestra dixerit = *Oh poveretta me, che mi è successo questa notte!* = et ab eo interrogata quid illi acciderit, libere responderit = *D. Niccola questa notte mi è venuto a trovare al letto* =.

Quod enim attinet ad hanc *Josephi* assertivam, cum ipse deponat de alieno auditu, nihil probat *Cap. Licet ex quadam* 47. *De testib.*, *Roland. cons.* 24. *num.* 86. *lib.* 1.,

Digitized by Google

Farinacc. quaest. 69. *num.* 9., nul-
157 lumque propterea facit indicium ad
torturam *Caren. de Offic. S. Inquis.*
par. 3. *tit.* 6. *num.* 11., *Bertazzol.*
cons. 225. *num.* 1. *lib.* 1., *Farinacc.*
d. quaest. 69. *num.* 14. *et seqq.*,
multoque minus quia nec *Maria*
Antonia, nec *Emygdius* fuerunt
158 examinati *Menoch. de arbitr. cas.*
475. *num.* 6., *Vermigl. cons.* 61.
num. 16., *et cons.* 179. *num.* 7.,
Honded. cons. 17. *num.* 46., *Con-*
ciol. allegat. 85. *n.* 43., *et allegat.*
92. *num.* 29., *Farinacc. d. quaest.*
69. *num.* 92. = ibi = *Sublimita etc.*
ut in omni casu, in quo testes de
auditu probant, id utique intelli-
gendum sit, si illi, a quibus testes
dicunt se audivisse, fuerint mortui,
secus si vivi sint, tunc enim cum
illi, qui possunt examinari, non
examinentur, non modica oritur
contra producentem suspicio, ex
qua fides testibus de auditu non
solum diminuitur sed etiam omnino
tollitur, quia non solum non pro-
bant sed nec etiam faciunt indi-
cium et praesumptionem =.

Praedictus vero *Felix* alter te-
stis fiscalis deponit quod *Francisca*
praesente *Petro* ejus consobrino sibi
narraverit = *Che essendo andata,*
dopo di avere sposato in chiesa,
a vedere il suo zio prete chiamato
D. Maurizio, dicesse al medesimo
qualche cosa sopra D. Niccola, cioè,
che non voleva andare dallo sposo,
perchè il detto D. Niccola gli aveva
fatto un non sò che =, et deinde
subjungit quod alio tempore *Fran-*
cisca ei aperte patefecerat quod
= *prima di sposarsi in chiesa con*
Domenico fratello del detto Niccola,
questo una volta andasse a trovarla
in camicia al letto =, sed pariter
neque praefatus *Petrus*, neque sa- 159
cerdos *Mauritius* apparent exami-
nati.

Ego tamen puto quod tam
Petrus et sacerdos *Mauritius* quam
praenominatus *Emygdius* et *Maria*
Antonia examen subierint, sed eo-
rum responsiones in scriptis redactae
non fuerint, quia horum testium
falsitates confirmare noluerint juxta 160
praesumptionem, de qua *Vulpell.*
cons. 40. *n.* 1. *vers. Rursus*, *Guazzin.*
ad defens. reor. defens. 22. *cap.* 1.
num. 6.; et in rei veritate illas con-
firmare nequaquam poterant, eos
enim omnes ipsamet *Francisca* de
mendacio et falsitate redarguisset,
cum constantissime affirmet prae-
tensum sacerdotis *Nicolai* attenta-
tum nemini prorsus manifestasse,
praeter quam, post omnes assertas 161
copulas matrimonium antecedentes
et subsequentes, non praenominato
sed alteri *Emygdio*, et quidem in
genere, cui tantum dixit = *che*
non poteva tornar col marito =
necnon *Thomae* suo, ut asserit,
consobrino, dum eam ad subeundum
examen associavit, et una simul
Dionysio, quibus tamen tribus te-
stibus, *vel* nulla est adhibenda fides,
quia primus referens dicta *Franci-*
scae verba nihil concludit, cum
multae ac diversae esse potuissent 162
causae, ex quibus ad viri domum
redire non poterat, praeter eam
assertae affinitatis, ex qua potius 163
redire tenebatur ad *Text.* in sae-
pe cit. *Cap. Porro de divort*; alter,
videlicet *Thomas*, praeterquamquod
se quoque facit inquisiti accusato-

Digitized by Google

rem, ut *inferius* dicam, est etiam mulieris consanguineus, ideoque ad
164 testificandum pro consanguinea in hujusmodi causa prorsus inhabilis *L. Testes* 24. *ff. de testib.*, *Can. Si testes* 2. *caus.* 4. *quaest.* 3., *Bartol. in L. Lex Cornelia* § 1. *ff. de injur.*, *Felin. in Cap. Cum oporteat* 19. *num.* 3. *vers. Fallit tertio De accusat.*, *Natt. cons.* 537. *num.* 57. *in fin. et num.* 60. *lib.* 3., *Mascard. de probat. conclus.* 68. *n.* 3. *et* 4., *et conclus.* 408. *num.* 10. *et seq. tom.* 1., *Farinacc. quaest.* 54. *n.* 9. = ibi = *Si vero causa est talis, ut contineat agentis injuriam et tunc cum injuria uni facta censeatur etiam facta omnibus de agnatione et parentela, tali casu tamquam testis in propria causa admitti non debet* =; tertius demum, scilicet *Dionysius*, est totaliter fide indignus propter relatas ejus exceptiones
165 atque defectus *Farinacc. quaest.* 43. *num.* 166. = *ibi* = *Si autem testis non sit fide dignus, sed plures patiutur exceptiones et defectus, tunc nominatio socii criminis etiam juncta cum illo teste non facit indiciam ad torturam* = ; *vel* si verae etiam essent similes extrajudiciales *Franciscae* conquestiones, ultraquamquod maxima non carerent suspicione de collusione inter ipsam et eosdem testes pro sustinenda illius calumniosa inculpatione in causa unanimiter interessatos, majorem praeterea fi-
166 dem non exigerent quam ipsius mulieris conquestiones judiciales, quae ex juribus et rationibus jam allatis, propter ejusdem foeminae defectus, nullam probationem constituunt *Rot. dec.* 465. *num.* 20., *et dec.* 647. *num.* 51. *par.* 19. *rec.* = ibi = *Unde quemadmodum ex depositione solius Gabrielis interesse habentis non resultaret sufficiens probatio, ita nec etiam ex depositionibus testium de auditu ab ipso* = ne minus valeat assertio juramento fulcita quam assertio juramento destituta, neve plus credatur copiae, ut dici solet, quam origi- 167
nali *Cap. Fraternitatis* 4. *De haeretic.*, *Farinacc. quaest.* 69. *n.* 85. *et seqq.*, *Conciol. resolut. crim. verb. Testis quoad dicta resolut.* 4. *num.* 5., *Rot. penes Zacch. quaest. Medic. Legal. decis.* 87. *num.* 17. *tom.* 2., *Cravett. cons.* 41. *num.* 2. = ibi = *Multi testes dicunt se audivisse a quibusdam mulieribus quod reus accusatus voluit eas cognoscere aut cognovit, quibus mulieribus in causa propria deponentibus sicut non crederetur L. Omnibus etc., ita credi non debet testibus dicentibus se ab eis audivisse, quia testibus non creditur quorum repelluntur auctores Cap. Licet etc.; esset enim quam absurdissimum quod, si non creditur originali, idest auctori, credatur ejus copiae, idest his qui ab auctore dici audiverunt* =.

Minus vera est alia eorumdem
Josephi, *Felicis* et *Blasii* deposi- 168
tio, quorum *primus* asserit vidisse inquisitum tam intra quam extra domum continuo *Francisca* comitem se praebere et quodam die *imposita illi super humerum manu, praesente ejus sorore*, dixisse = *andiamo dentro casa* =; *alter* vero hanc assiduam inquisiti moram cum

Francisca confirmat, atque subjungit altero die vidisse inquisitum *super humerum Franciscae manum in fenestra* tenentem; *tertius* tandem supponit quod, dum esset altero die in domo *Franciscae*, eidem ab inquisito = *Si facevano delle carezze e vezzi, e strisciargli le mani avanti il petto, con fare in tal' istante delle risate* = ex quibus actibus indicium seu adminiculum carnalis copulae desumi posse objiciebatur.

At in sensu veritatis existimo
quod si etiam judex propriis oculis
inquisitum stupri scelus perpetran-
tem vidisset, quia tamen judicare
debet secundum acta et probata et
169 non secundum propriam conscien-
tiam, nempe secundum privatam
notitiam, *Clar. in § fin. quaest.* 8.
vers. Sed pone num. 5., *Farinacc.
quaest.* 21. *num.* 162. *et seqq.*,
junctis etiam his actibus numquam
decernere posset inquisiti torturam,
quia non sunt legitime probati et
etiam probati non relevarent *Conciol. resolut. crimin. verb. Judex
resolut.* 8. *num.* 1. *et* 2. = ibi =
*Judex, qui vidit propriis oculis
aliquem delinquere, non potest ex
suo solo visu et testimonio delinquentem torquere nec condemnare,
nisi aliter probetur, ut tradunt etc.
Judex enim judicare debet non
secundum suam conscientiam sed
secundum acta et probata* =.

Non sunt probati quia, non
omisso quod *Francisca*, quae de
illis informata plusquam quilibet
alius esse debebat cum in ejus
persona dicantur exerciti, quamvis
parata fuerit ad calumniandum et
graviter onerandum inquisitum,
adhuc de illis (quod est valde notandum) in suis examinibus nequi-
dem a longe mentionem facit; et 170
quamvis JOSEPH *Franciscae* sororem
in contestem vocaverit, adhuc ipsa
examinata ejus dictum non confir-
mavit, nec super eo apparet inter- 171
rogata, quia forsan, ut praesumitur,
interrogata fuit sed, cum menda-
cium *Josephi* confirmare non potue-
rit, ejus responsionem non scribere 172
notarius opportunum putavit.

Accedit insuper quod isti tres
testes ad perhibendum de recensitis
actibus testimonium non sunt ido-
nei: eorum enim Conterranei te-
stantur quod JOSEPH = *sia mezzo
scemo di cervello* (qui adhuc in sua 173
fatuitate vivit) *e parente alla su-
detta Francesca* =; FELIX (qui, hac
pendente causa, vitam cum morte
commutavit) = *sia figlio di un ban-
dito, uomo di costumi poco o niente* 174
*onesti, capace a commettere qua-
lunque bricconeria* =; BLASIUS (qui,
dum pro novis criminibus ab eo
patratis birruarii pro illo carcerando
eumdem insequerentur, in flumen
se projecit, ibique demersus occu-
buit) = *sia un giovine di pessimi
costumi, ladro e pubblica spia del
Tribunale, riuscito ora dalle car-* 175
ceri per le sue pessime qualità =,
quorum proinde nugis atque ca-
lumniis nulla fides adhibenda venit.

Explorati siquidem juris est
quod ut testes indicium faciant ad
torturam esse debent non mente-
capti aut criminosi *Cap. Super
eo* 13. *De testib.*, *L. fin. Cod. de
probat.* sed integri ac omni exce-
ptione majores *Foller. cons.* 138. 176

Digitized by Google

num. 11. *vol.* 1., *Bertazzol. cons.* 556. *num.* 6. *tom.* 2., cumque agatur in casu de testibus non de visu super ipso stupri delicto deponentibus quia tunc proprie deponerent super indicio proximo, sed deponentibus super circumstantiis et conjecturis, et consequenter super indiciis remotis ut recte distinguit *Farinacc. quaest.* 37. *num.* 11. — ad probandum propterea indicium remotum requi-
177 runtur duo testes contestes *Gloss. in leg. fin. verb. Vel indiciis Cod. famil. erciscund., Clar. in § fin. quaest.* 22. *in princ., Guazzin. ad defens. reor. defens.* 30. *cap.* 31., *Conciol. resolut. crimin. verb. inditium resolut.* 5. fere per *tot., Farinacc. quaest.* 37. *num.* 13. *et* 18., *et cons.* 34. *num.* 3. ubi quod esse de-
178 bent contestes de loco et tempore *Boss. in prax. tit. de indic. num.* 5.
179 nulla laborantes suspicione vel macula *Farinacc. cons.* 37. *num.* 22. *in fin., Guazzin. loc. cit., Alciat. cons.* 455. relat. a *Farinacc. loc. mox cit.* ubi, quod *haec conclusio est communiter canonizata in ju-*
180 *diciis et scholis*, prout requiruntur quoque ad probanda ipsa admini-
181 cula levia licet et minima *Conciol. resolut. crim. verb. adminicula resolut.* 1. *per tot. et verb. inditium d. resolut.* 5. *num.* 2. *et seq.* = ibi = *Amplia primo dictam conclusionem ut habeat locum in quolibet indicio remoto, levi conjectura, praesumptione et adminiculo, quae debent esse probata per duos testes, alias non afficiunt etc.*, et *non solum debeant esse probata per duos testes, ut supra, sed etiam testes illa probantes debeant esse omni exceptione majores, itaut exceptionem in eorum personis non patiantur* = in delictis etiam atrocissimis *Farinacc. d. quaest.* 37. *num.* 15. 182
et 32.

Quare praefati tres testes omnino sunt repellendi non solum tamquam relevantibus exceptionibus onerati, sed etiam tamquam singulares *Alex.* 183
cons. 180. *num.* 6. *lib.* 2. = ibi = *Ubicumque, ad probandum unum indicium ad cujus probationem requirebantur duo testes, contingat fieri probationem per unum testem et similiter de alio indicio fiat probatio per unum alium, ubi requirebantur duo, tunc tales testes singulares non junguntur ad faciendum unum indicium perfectum, quia unumquodque de per se imperfectum* =, et licet aliquando singulares etiam admittantur, adhuc admitti nequeunt praedicti, in quibus, ad hoc ut probent non obstante singularitate, non concurrunt requisita tradita per *Farinacc. d.* 184
quaest. 37. *num.* 38. = ibi = *Testes singulares probant inditia remota etiam ad effectum torquendi reum, tribus tamen concurrentibus: primo quod sint omni exceptione majores et idonei, et multo magis si erunt notabilis et probatae vitae; secundo, quod deponant super inditiis proximis delicto, non autem super valde remotis, prout sunt adminicula; tertio, quod inditia, super quibus isti singulares testes deponunt, sint plura et talia quae reddant animum judicis quasi certum quod reus delinquerit* =, et si duo tantum sint indicia et non plura, etiamsi duobus primis requi-

Digitized by Google

sitis non carerent, quibus praefati
185 testes omnino carent, adhuc indicia
remota non probarent, ut ipse subdit
= ibi = *Fingamus modo quod*
unus testis singularis deponat de
uno inditio remoto, alius de altero,
vel duo singulares testes deponant
de uno inditio, erit ne ex istis depo-
sitionibus singularium testium de-
veniendum ad torturam? Certe non,
prout videtur de mente Boss. in
tit. de indic. num. 23., ubi am-
pliat etiam quod alii duo testes
deponerent de indiciis multum pro-
pinquis =.

Nec sufficit eam allegare re-
gulam quod in occultis et difficilis
probationis et quando veritas aliter
186 haberi non potest admittantur etiam
testes inhabiles, qui alias non
admitterentur, ut statuit *Text. in*
Leg. Divus 9. *vers. Sed aliter ve-*
ritas ff. de quaest., et docent *Ga-*
briel. commun. conclus. lib. 1., *tit.*
de testib. conclus. 7., *Alex. cons.* 64.
num. 1. *vol.* 1. et alii passim, qua-
propter testes etiam inhabiles fa-
187 cere possunt in casu indicium ad
torturam, cum agatur de crimine
occulto, prout est stuprum.

Hoc enim procedit quando non
sunt singulares (nam etiam in oc-
cultis et difficilis probationis testes
188 contestes requiruntur *Conciol. re-*
solut. crim. verb. Adminicula n. 1.
et 5.) seu in casu quo deponant
de actu immediato stupri, in quo
regulariter alii testes omni exce-
ptione majores haberi non possunt
189 *Alex. d. cons.* 64. *num.* 5. *vers. Et*
hoc esse verum lib. 1., *Gabriel. loc.*
cit. limit. 1. *n.* 8., *Roland. cons.* 24.
num. 67. *et* 68., *lib.* 1. — at in pro-
posito cum testes nedum sint sin- 190
gulares, sed etiam deponant de in-
diciis ab actu stupri remotissimis
et de actibus, qui per inquisitum
facti dicuntur de die et ante domus
januam vel in fenestra ejusdem
domus secus quam vicini transire
et etiam reperiri solent, aut in ipsa
domo ubi *Francisca* non sola sed
cum suis domesticis cohabitabat,
qui omnes videre poterant, quae
praedicti tres testes vidisse suppo-
nunt, dici proinde nequit quod
aliter veritas haberi non potuisset,
nam praeter ipsos alii testes potue-
runt occurrere, licet casu non in-
terfuerint, nec ipsis tribus testibus
credendum esset etiamsi alios non
interfuisse affirmarent *Roland. d.* 191
cons. 24. *num.* 68. *lib.* 1., *Bertaz-*
zol. cons. 3. *num.* 29.

Si vero *Francisca* supra recen-
sitos plures defectus non pateretur,
et hujusmodi testes essent habiles
et idonei, ac supradicta indicia
actusque probarent, adhuc ad tor-
turam non sufficerent; actus enim
palam gestus omnem removet car-
nalis copulae suspicionem ad *Text.* 192
in L. fin. ff. de rit. nupt., *L. Non*
existimo 55. *ff. de administr. tut.*,
Farinacc. cons. 53. *num.* 14. *in fin.*
et quaest. 136. *num.* 213. — nec joca
inter virum et puellam sunt indi-
cium ejusdem puellae deflorationis,
quando non sunt facta in secreto
sed publice et palam *L. Obligatio-* 193
num 3. *in fin. vers. Nec enim per*
jocum ff. de act. et obligat., et esse
signa tantum hylaritatis, nec in-
ducere copulae carnalis indicium 194
in durioribus terminis de clerico et
foemina, qui noctis tempore simul

Digitized by Google

in eadem domo in tripudio seu
baldorio versati fuerant, quo casu
manus et tactus intra limites hone-
statis saepe contineri non solent,
declaravit *Congregatio Criminalis*
A. C. anno 1763. *in Terracinen.*, et
deinde *Rot. in eadem Terracinen.*
Immissionis 10. *Junii* 1768. § *Quod*
vero coram Ratta = ibi = *Quod*
vero simul in eadem domo nocturno
tempore adstiterint Thomas Ale-
xius et Catharina in tripudio
seu baldorio versari, ubi verifica-
retur nil ultra concluderet quam
hos fuisse ad hylaritatem et ad
gaudium proclives =; aut saltem
sunt actus aequivoci, et ex actu, qui
potest esse et non esse delictum,
sumi non potest delicti indicium
195 *Farinacc. cons.* 37. *num.* 20., ma-
xime cum intercesserint inter per-
196 sonas arcto vinculo affinitatis pro-
xime conjugendas, ut advertit *Cru-*
sius de indic. par. 2. *cap.* 13. *tit.*
de indic. incestus num. 2. = ibi =
Actus, unde suspicio quaedam possit
generari, palam et publice gestus
quoque excludit inditia fornica-
tionis, vel incestus potius, ut cum
consanguineus palam et in conspe-
ctu hominum, vel ubi scit non pro-
cul abesse homines jocatur cum
consanguinea, eamve exoscula-
tur =.

At dato etiam quod similes
actus essent veri, ac legitime et
concludenter non per inhabiles sed
per idoneos testes probati, quodque
aliquod leve indicium et subspicio-
nem seu praesumptionem inducere
possent, neminem tamen latet quod
indicium ad torturam cum dicto
197 socii criminis non debet esse leve sed
urgens *Mascard. de probat. con-*
clus. 1311. *num.* 14., *Farinacc.*
quaest. 43. *num.* 161. = ibi =
Licet ad inquirendum sufficiat di-
ctum socii criminis juncto aliquo
alio inditio etiam levi etc., non
tamen sic est ad torquendum, quia
ad torturam inditium concurrens
cum depositione socii criminis debet
esse non leve sed urgens =, nec
ex omni praesumptione copula car-
nalis probata dicitur, sed ex ea
tantum quae violenta fuerit et
certa *Cap. Literis* 12. *in fin. De* 198
praesumpt., *Felyn. in Cap. Prae-*
terea 27. *num.* 3. *vers. Et istis*
adde De testib., *Farinacc. quaest.*
136. *num.* 13. *et* 14. = ibi = *Certa*
et violenta in proposito non videtur
esse, nisi ea quae oritur ex plu-
ribus conjecturis et videtur de
mente Text. in Cap. Literis De
praesumpt. ubi violentam et certam
fornicationis suspicionem Pontifex
credit eam quae orta fuit non
solum ex solitudine et conversa-
tione viri et mulieris in locis se-
cretis et latebris, sed etiam quod
in eodem lecto solus cum sola et
nudus cum nuda jacentes visi fue-
rint =; et meminisse demum opor-
tet quod in praesenti causa non
agitur civiliter pro dotatione vel
matrimonio sed criminaliter ad
poenam, quo casu copula per prae-
sumptiones tantum non probatur 199
Farinacc. cons. 33. *num.* 6. = ibi =
Et licet in probando copulam car-
nalem, quae directe probari non
potest, admittatur probatio indire-
cta per praesumptiones et per actus
praeparatorios ad dictam copulam,
nihilominus haec conclusio procedit

Digitized by Google

solum ubi agitur civiliter, secus
ubi criminaliter =.

Imo quod ad infligendam tor-
turam in quavis carnali copula non
sufficiant nedum indicia remota
sed nec etiam violenta praesumptio
200 cum *Adden. ad Bartol. in L. Ca-*
pite quinto num. 2. vers. Mota ergo
ff. Ad leg. Jul. de adulter. Matth.
singul. num. 119., *Corn. cons.* 19.
in fin. lib. 4., *Cravet. cons.* 205.
num. 20. *et seq.*, *Mascard. de pro-*
bat. conclus. 59. *num.* 10. *lib.* 1.,
Farinacc. cons. 80. *num.* 10. susti-
net *Ciaz. ad defens. reor. discept.* 2.
num. 153. = ibi = *Et nemini*
mirum esse debet si dicatur quod
ad torturam infligendam non suf-
ficiunt indicia remota etc. Nec ab
re videri debet, quia etiam in quavis
copula carnali, nempe fornicatione,
adulterio, stupro, incestu etc., etiam
illa tam violenta praesumptio; so-
lus cum sola, nudus cum nuda,
201 *ac etiam omnes actus obsceni con-*
stare debent non per dicta indi-
tia, praesumptiones etc., sed per
duos testes contestes de loco et
tempore idoneos ac omni exce-
ptione majores, qui deponant super
actu consummato, ac perfecte
praefinito dictae copulae carna-
lis =.

Ridicula tandem est et con-
sulto omittenda videbatur productio
202 extrajudicialis attestationis trium
foeminarum, quae ad coadjuvan-
dam calumniam blacterant, quod
non obstante validissima *Franciscae*
resistentia, tamen ipsius frater
alapa, inquisitus vero armata ma-
nu, itaque per vim et metum prae-
stituta die ad contrahendum in ec-
clesia parochiali cum *Dominico* ma-
trimonium eam compulerint; nul-
lam siquidem faciunt probationem —
tum quia duae ex illis sunt consan-
guineae *Franciscae*, quibus pro con-
sanguinea deponentibus nulla fides
adhibenda venit ex notis juribus, 203
eoque minus quia si illarum attesta-
tio consona veritati foret, non ipsae
dumtaxat, sed alii multi, qui tam ex
parte sponsi, quam ex parta sponsae
in ejus domum in die solemni nuptia-
rum convenire solent, hujus praeten- 204
sae violentiae testes fuissent, quorum
tamen testimonium desideratur;
tertia vero, hoc est *Veronica*, est
addicta servitio matris *Franciscae* 205
omni fide prorsus indigna *L. penult.*
ff. de testib. § *In testibus Instit.*
tit. de testam., utque sui conterra-
nei testantur est = *ragazza di dieci* 206
o undici anni in circa =, et de *Maria*
Antonia, quae est secunda testis,
ultra praedictam consanguinitatem
deponunt quod sit = *ragazza di mi-*
nor età = quod aetatis praejudicium
quamcumque pariter illis adimit 207
fidem *Roland. cons.* 24. *num.* 66.
lib. 1., *Bertazzol. d. cons.* 3. *n.* 12.
= ibi = *Catharina altera testis,*
quae videtur deponere de visu et
veritate facti, nullam etiam facit
probationem quia est pupilla anno-
rum decem, ut deponit ejus mater
et ex aspectu etiam dignosci po-
test =; tum quia ultra inverisimi-
litudinem, quod alii, praeter illas
assertos violentiae actus et *Fran-*
ciscae resistentiam non viderint,
accedit et altera aequalis seu ma-
joris relevantiae inverisimilitudo,
quae scatet ex ipsius *Franciscae* 208
geminato examine, in quo numquam

Digitized by Google

ne verbum quidem fecit de hujusmodi gravissima violentia, quam si vera esset, nullo modo deducere praetermisisset, cum enim criminaliter agat contra inquisitum non alio fine, quam pro dissolvendo matrimonio, ad quem effectum jam a viro recessit, haec una vis et metus ad id sufficere potuisset, ut probant jura supra relata *in cap.* 8. *lib.* 1. —; tum demum quia certissimum est quod attestationes extrajudiciales ad favorem fisci nullum gradum pro-
209 bationis constituunt; fiscus etenim probationes legitimas et con-
210 cludentes exhibere tenetur *Ambrosin. de proc. informat. lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 5. *et seqq.*, *Zuff. de legitimat. proc. quaest.* 100., *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 5. *cap.* 2. *n.* 4., quales utique non sunt attestationes praedictae, imo depositio testium etiam examinatorum cum juramento et interrogatoriis pro informatione Curiae non citato inquisito ei nullum inferunt praejudicium, nullumque faciunt indicium
211 ad torturam *Bartol. in Leg. Maritus* 20. *n.* 3. *ff. de quaest.*, *Bald. in L. Jubemus n.* 9. *Cod. de probat.*, *Farinacc. cons.* 213. *n.* 1. nisi fuerint eo citato repetiti, aut accedat ipsius declaratio de habendo illos pro rite et recte examinatis,
212 ex ea ratione, quia secreto et sine citatione partis examinantur *Bald. in L.* 3. § *Si tibi vers. Sed numquid isti testes ff. de condit. ob turp.*, *Ambrosin. de proc. informat. lib.* 1. *cap.* 2. *num.* 3., *Farinacc. quaest.* 72. *n.* 136., *Vermigl. cons.* 90. *num.* 5., *Zuff. de legitimat.* *proc. quaest.* 130. *num.* 1. *et seq.* — quae declaratio tamen supplet defectum citationis, sed, ea non obstante, inquisitus deinde contra eorumdem testium personas et dicta exceptiones opponere non impeditur *Zuff.* 213
loc. cit. quaest. 183. *n.* 1.

Indicium vero desumptum a fama nihil detrahit innocentiae inquisiti, cum exorta fuerit post que- 214
relam et inquisitionem *Giurb. cons.* 91. *n.* 44., *Bonfin. ad bannim. gener. cap.* 9. *n.* 101., *Farinacc. quaest.* 47. *n.* 14.

Nullius quoque ponderis est ad torturandum indicium desumptum a contumacia et banno, quando non solum constat quod inquisito contumacia remissa fuit *sub die* 28. *Julii* 1769. simpliciter et absque clausula = *sine praejudicio indiciorum ex contumacia resultantium* =, verum etiam quod idem 215
inquisitus fuerit absens ad exhibendam pro suo fratre assistentiam causae contra ipsius uxorem in *Sac.* 216
Congregatione Concilii introductae *Eugen. cons.* 31. *n.* 60. *lib.* 1., *Foller. in prax. crim. in parte* 3. *partis* 3. *verb. Et si confitebuntur num.* 29., *Menoch. de praesumpt. lib.* 1. *praesumpt.* 89. *n.* 41., *Farinacc. cons.* 22. *n.* 3. *et* 4.

Ejusdem furfuris est aliud indicium quod desumitur ab asserta fuga, praeterquam quod enim fuga semper reputatum fuit indicium 217
remotissimum *Farinacc. quaest.* 48. *n.* 7., *Conciol. resolut. crim. verb. fuga resolut.* 1. *n.* 2. *et resolut.* 2. *n.* 2., *Bonfin. ad banniment. gener. cap.* 22. *n.* 27., ubi illud esse dicit *indicium vitreum et fallax* per 218

Digitized by Google

Text. in Leg. Quid sit fugitivus 17.
ff. de Ædilit. Edict, ubi Ulpianus
ait quod fuga metienda est ab in-
tentione non ab actus materiali-
219 tate = ibi = *Fugitivum ab effe-
ctu animi intelligendum esse, non
autem a fuga* =; et si fuga arre-
pta non fuerit immediate post prae-
tensum delictum, non est signum
220 reitatis *Bonfin. loc. cit. num.* 26.,
Conciol. loc. cit. resolut. 1. *n.* 6.
et quandoque etiam virtuosa existi-
221 matur, ut prosequitur *Bonfin. ibid.
n.* 27. = ibi = *Quemadmodum
enim appetitio commodi naturalis
non est mala, ita nec fuga incom-
modi naturalis, cum nullam ma-
litiam involvat etc., et quod fuga
non semper indicium criminis sit
sed aliquando virtutis, et ideo
laude dignam demonstrant Atha-
nasius etc., Tertullianus etc., Au-
gustinus etc.* =

Animadvertendum insuper est
quod inquisitus se contulit ad al-
mam Urbem sub oculis Supremi
Principis, numquam latitavit, se
Curiae Episcopali paratum obtulit
ad comparendum et faciendas suas
222 defensiones, statimac causa praedi-
cta sui fratris expedita fuisset, pro
qua Romae morabatur, et quia ni-
hilominus Vicarius Generalis senten-
tiam contumacialem emanavit, ipse
coram A. C. interposuit appellatio-
nem et literas inhibitoriales obti-
nuit. Haec igitur fuit absentia, pro
ultimanda praedicta lite inter suum
fratrem ejusque uxorem, non au-
tem fuga propter delictum num-
quam ab illo commissum, cum ejus
absentia ad hanc aliam causam tri-
223 bui possit *Cyriac. controvers.* 150.
num. 37. *vers. Istud* = ibi =
*Istud assertum indicium nequa-
quam aggravat, quia ejus discessus
non fuit fuga, sed absentia pro
subveniendo Alexandro carcerato
ejus consobrino, prout ipse hanc
suae absentiae causam allegat* =.
Nec etiam indicium reitatis esset
si ad evitandam injustam carcera-
tionem aufugisset, ut subdit *Cy- 224
riac. loc. cit. num.* 41. = ibi =
*Et ita, quod hoc casu, quando
imminet captura, fuga non faciat in-
dicium, docuere Grammatic. etc.* =,
idemque tradit *Bonfin. loc. cit.
d. cap.* 22. *n.* 5. *vers. Haec autem*
= ibi = *Haec autem sola fuga
contra praetensum delinquentem,
aliis non fulcita adminiculis, non
est ullo in tempore indicium ad
torturam et maxime cum a fu-
giente vel latitante possit aliquo
sub praetextu colorari, ut post ac-
cusationem datam ac processum
formatum, vel quia non ignorat
contra eum judicem jam incaepisse
formare processum et subinde justo
timore carcerationis ductus aufu-
git, utique in his casibus fuga
nil mali gignit indicii* =.

Haud relevante quod si huju-
smodi indicia seu adminicula se-
paratim sumpta praetensum stu-
prum non probent, attamen simul
juncta ad illud probandum suf-
ficiant. Hoc enim in praesenti casu 225
admitti nequit, in quo, cum tam
asserta indicia quam testes enu-
meratas patiantur exceptiones et in
persona et in dicto, necnon circum-
stantiae et conjecturae per eos ad-
ductae vel non verificentur vel 226
assumptum non probent, et quae-

cumque adminicula vel sunt re-
motissima , vel aequivoca , vel non
227 perfecte per idoneos testes probata ,
ideo numquam jungenda sunt ad
constituendam praetensi criminis
probationem , ut notat *Alex. cons.*
180. *n.* 6. *lib.* 2., utque respondit *Rot.*
dec. 136. *n.* 14. *cor. Carill.*, *et*
dec. 31. *n.* 15. *par.* 18. *recen.*, *et in*
d. Terracinen. Immissionis 10. *Ju-*
nii 1768. § *Frustraque coram Ratta*
= ibi = *Frustraque reponebatur*
quod etsi haec singula seorsim con-
siderata, sequutam Thomae Alexii
cum Catharina carnalem copulam
non concludant, simul tamen sum-
pta sufficere videantur. Cum enim
hactenus expensae probationes et
circumstantiae sint in suo genere
imperfectae atque etiam inter se
pugnantes, ideoque inhabiles ad pro-
bandum assumptum, jungi proinde
non valent ad inducendam proba-
tionem rei, quae nonnisi ex certis
et convincentibus probationibus est
eruenda =.

Hactenus de indiciis et admini-
culis adversus inquisitum objectis,
quae si non sufficiunt ad torquen-
dum etiam laicum, minus sufficere
possunt pro infligenda tortura cle-
rico et sacerdoti, contra quem in-
dicia etiam probata esse debent
228 graviora , quam ea quae in tortura
laicorum requiruntur *Farinacc.*
quaest. 41. *sub num.* 9. = ibi =
Antequam clericus , seu sacerdos
torqueatur etc., debent praecedere
inditia graviora et urgentiora ,
quam ea quae a jure requiruntur
in tortura laicorum etc., et ita ser-
vari communiter vidi apud nos in
Urbe et Statu Ecclesiastico etc., et
propterea possunt torqueri , si con-
tra eos militent MAGNA *inditia, quae*
tamen MAGNA *inditia non requirun-*
tur in tortura laicorum =.

Superest modo videndum an
adsint in hac causa nullitates, et an
contrariae probationes, indicia et
praesumptiones concurrant, ex qui-
bus magis innocentia inquisiti elu-
cescat.

Et profecto circa nullitates, ea
praecipue adesse videtur quae ori-
tur ex nimia Curiae Episcopalis
facilitate procedendi *ex officio* pro
stupro et incestu non nefario con-
tra expressam *Ægidianae constitu-*
tionis prohibitionem *lib.* 4. *cap.* 69. 229
alias *cap.* 41. = ibi = *Statuimus*
et ordinamus quod in criminibus
incesti et adulterii , stupri , forni-
cationis nullus accusando vel de-
fendendo privatim vel publice
admittatur, nisi esset pater, ma-
ter, avus, vel avia, filii, et ne-
potes utriusque sexus usque ad
secundum gradum , fratres et so-
rores et filii fratrum et sororum =.
Quamvis enim a *Franciscae* ma-
tre, ut dixi, querela delata fue-
rit, subsequenti die tamen eam re-
vocavit , suasa quidem tam ab ejus
ex fratre nepote, quam ab inquisito ,
prout ipsamet in sua judiciali com-
paritione ita narrat = *M' incontrai*
con il chierico Matteo figlio di Gio.
Domenico mio nipote, e sopraggiunse
poco dopo anche il suddetto sacer-
dote querelato, quali unitamente
mi fecero intendere il gran male
che avevo fatto in aver esposta la
detta querela, sù di cui già essi
prima mi ricercarono, ed io riferii
tutto ciò che avevo quì per pura

verità rappresentato, mettendomi particolarmente in vista il suddetto mio nipote il disonore che recavo alla casa con pregiudizio ancora di lui medesimo che, stante la suddetta querela, non averebbe più potuto dir messa; che però, attese le cose suddette, son quì comparsa acciò il Tribunale sù tal causa, non operi cosa alcuna =; quam revocationem de jure facere poterat ad *Text.* in *l.* 2. *Cod. de abolit.* = ibi = *Hi autem, qui suam*
230 *suorumque injuriam defendunt, et qui cognatos suos in accusationem deducunt, omnimodo abolitionem petere non prohibentur* =, consonat *Text.* in *L. Quamvis* 30. *Cod. Ad Leg. Jul. de adulter.* = ibi = *Sed etiam his personis legem imponimus, ut crimen abolitione, si voluerint, compescant* = etiamsi fuisset a solo querelato suasa, ut declar *Cujac. ad tit.* 42. *lib.* 9. *Cod.*
231 *tom.* 9. *pag. mihi* 1473. *litt. E.* = ibi = *Nam et pactione habita cum reo, qui abolitionem petit, recte petit, si cognatum accusaverit, vel si privatam causam egerit suam injuriam defendens, vel suorum* = etiam per pecuniam, ut notat *Gloss. in praecit. l.* 2. *verb. Omnimodo Cod. de abolit.*

Verum hoc non obstante fiscus, nulla habita consideratione infamiae totius familiae, nihilque cogitans de necessitate occultandi, non publicandi sacerdotum delicta, adversus insontem sacerdotem processum continuavit, sed postmodum dubitans de actorum nullitate, pro tuenda eorum validitate, admisit novam querelam praedicti *Thomae*, qui supposuit se esse *Franciscae* cognatum, sed inutiliter, quia non est de illis quibus *Ægidiana* querelandi facultatem, ut supra, concedit *Caball. cas.* 114. *num.* 12. *et* 14. *cent.* 2., et quatenus etiam de illis fuisset, adhuc non ad eum sed ad proximiorem sanguinis jus querelandi spectabat *Ciaz. discept. crimin.* 23. *num.* 13. = ibi = *Illud pariter debet advertere judex quod in causa adulterii, stupri et incestus nemo querelare potest privatim, vel publice nisi sit pater, mater, avus, avia, filii et nepotes utriusque sexus usque ad secundum gradum, fratres et sorores et filii fratrum et sororum etc. Et illud accusandi jus ad proximiorem sanguinis pertinet, qui nimirum proximior omnibus aliis est praeferendus L. Si vero etc.* =. Unde semper verum est quod fiscus sine legitima querela processum nullitatis vitio laborantem compilavit, et propterea ex eo inquisitus nec torqueri, nec condemnari potest, quod etiam subsequentibus comprobatur exemplis, quae praebent Tribunalis E.mi Urbis Vicarii resolutiones.

Etenim *anno* 1764. *Joannes Baptista Baroncini* inquisitus et carceratus pro incestu non sine concubinatu commisso in persona uxoris sui fratris defuncti cum sobolis procreatione, et *anno* 1769. *Carolus* 232
Franchi uxoratus inquisitus pariter et carceratus pro incestu nefario commisso in persona *Geltrudis Mengucci* et *Antoniae ipsius filiae*, ex quarum coitu filium ab unaquaque susceperat, pro quo delicto tamquam nefario imposita est poena

ultimi supplicii in *Costitutione*
Sisti v. edita sub *die* 8. *Maij* 1585.
sub § 1., quia tamen processum
fuerat *ex officio*, plena E.mã Urbis Vi-
carii Congregatio, patrocinante reos
233 doctissimo domino Advocato Phi-
lippo Barberi viro honestissimo,
summaque cum laude pauperum
in Urbe procuratore diligentissimo,
utrumque dimisit cum rigoroso poe-
nali praecepto de non conversando
mulieribus quoque reciprocato. Ne-
que in alio casu diversimode reso-
lutum fuit, ut refert *Clar. in* § *fin.*
quaest. 5. *sub num.* 4. == ibi ==
Et memini ego, quod fuit graviter
reprehensus Praetor Vallis Sicidae,
qui processerat contra quemdam
de incestu quod propriam filiam
carnaliter cognovisset, nulla prae-
cedente querela vel denunciatione,
et ambo fuerunt absoluti 9. *No-*
vembr. 1560. ==.

Subsistente ergo nullitate inqui-
sitionis atque processus, superva-
caneum esset alias adducere ratio-
nes et argumenta ad probaudum
in hoc casu locum non esse tortu-
rae, sed ex abundanti probatum
quoque fuit inquisiti innocentiam
resultare ex praesumpto examine
decem testium vocatorum in conte-
234 stes ab ipso inquisito et respective
ab aliis testibus, quorum deposi-
tiones in processu non relatae non-
nisi fisco contrariae et praetensi
criminis exclusivae praesumuntur
ex vulgatis.

235 Item ex praesumptione quae
oritur tum ex inquisiti optima fama,
quam homines Communitatis singu-
lari prosequuntur elogio; ea siqui-
dem contraria tollit indicia *Paris.*
cons. 151. *num.* 13. *lib.* 4., *Clar.*
in § *fin. quaest.* 60. *num.* 23. *vers.*
Frequens, *Grammatic. cons.* 35.
num. 46. *et cons.* 61. *in princ.*,
Bertazzol. d. cons. 3. *num.* 24.
vers. Alterum et cons. 286. *n.* 4. 236
et cons. 309. *num.* 6. *et cons.* 462.
num. 18. *et cons.* 528. *num.* 9. *et*
cons. 553. *n.* 7., et testes de illa de-
ponentes magis attenduntur quam
testes, qui contrarium quoad eam-
dem famam affirmassent *Rot. de-*
cis. 71. *sub num.* 5. *par.* 3., *et de-*
cis. 430. *num.* 103. *par.* 5. *tom.* 2.
recen., ubi quod mala fama habenda
non est in consideratione, quia in 237
concursu magis creditur testibus
deponentibus de bona fama quam
de mala, etiam quod testes de mala 238
aliquantulum numero excederent, *et*
decis. 420. *num.* 11. *par.* 12. *re-*
cen.: — tum ex qualitate sacerdotali
Farinacc. d. quaest. 41. *num.* 1.
== ibi == *Bene verum est quod*
cum clericatus ordo et sacerdotis
dignitas non mediocrem de se fa-
ciat praesumptionem delicti exclu-
sivam in clerico et sacerdote, et ex
quo habens pro se juris praesum-
ptionem, habet etiam privilegium,
ut volens probare contrarium cla-
riores et lucidiores debet deducere
probationes ==.

Sed quid dintius immorandum
in repulsanda solis contrariis indiciis
hac enormissima calumnia, si non
difficultas sed impossibilitas ipsa
praetensum committendi stuprum 239
ab omni macula sibi impicta inqui-
situm expurgat? Ad *Franciscae* do-
mum, ut inquisitus exponit, patet
accessus per jannam, quae intro-
ducit in quoddam parvum atrium

Digitized by Google

seu, ut vulgo dicitur, *cortile*, ubi
sita est eadem domus in duas di-
visa partes, nullam habentes inter
se communicationem, itaque sepa-
ratas atque distinctas, ut duae
potius domunculae quam una dici
possint;—earum altera surgit ab una
ipsius atrii parte, quae constat ex
duabus mansionibus, ubi continuo
habitant, et in superiori ad usum
coquinae nocte dormiunt *Francisca*,
ejus *mater*, et *Veronica* earumdem
famula, clausa prius a parte inte-
riori janua hujus domunculae;—pro-
cul ab hac elevatur altera, compe-
tenti distantia ab ea remota, ubi
quatuor mansiones sunt extructae,
ad quas post coenam se conferunt
et in iis dormiunt exteri, qui apud
Franciscae familiam hospitantur,
clausa tamen post eorum ingressum
per ejusdem *Franciscae* matrem a
parte exteriori janua cum pessulo
et clavi, ut duo probant testes,
ibique dormiebat inquisitus, ut ipse
in suis constitutis deposuit, et prae-
dictam domus descriptionem con-
firmavit judicialis accessus.

Hanc tamen domus separationem
240 in suo examine nec *Francisca*, nec
ejus soror admisit, quae sic illam
descripsit = *Cinque sono le stanze
della casa abitata da mia madre
e da me e dalla detta Francesca:
due stanze stanno al pian terreno,
una delle quali comunica anche
colle scale per andare alle stanze
di sopra, e l'altra è una stanza
annessa ove mia madre ci teneva
il grano etc. In questa seconda
stanza dormì detto D. Niccola* =,
et deinde subdidit = *Nelle stanze
superiori poi, che erano nel numero
di tre, in una vi dormiva mia ma-
dre colle mie creature, nell'altre
due poi*, CHE RESTANO UNA APPRESSO
ALL' ALTRA, *nella prima vi dormiva
Francesca mia sorella, e* NELL' AL-
TRA APPRESSO *vi dormivo io, come
vi dormo anco adesso* =.

His praemissis, si vera est de-
scriptio domus facta per inquisitum,
prout veram esse impugnari non
potest quia cum descriptione facta
in judiciali accessu concordat, nec
minus vera pernoctatio ejusdem in-
quisiti in ea parte domus seu do-
muncula, in qua exteri pernoctare
solebant, quilibet sanae mentis agno-
scit quam prorsus impossibile sit
quod in ea clausus, ne dicam car-
ceratus exire, et ad aliam domun-
culam, ubi *Francisca* dormiebat, 241
accedere potuisset; et quamvis ad
hanc impossibilitatem removendam
Francisca, ejusque *soror* sibi con-
tradicentes, ut inferius ostendam,
cum mendacio supponant quod
inquisitus ibi clausus non reperire-
tur, quia earum mater post coenam
hora dormiendi illi clavem januae
ipsius domunculae tradebat, nihi-
lominus hoc probaret quod illi
exinde ad sui libitum exire fas erat,
sed hoc non obstante altera semper
remansisset impossibilitas habendi
ingressum seque introducendi in
domunculam, ubi cum matre habi- 242
tabat *Francisca*, cujus janua a
parte interiori claudebatur.

Sed fingamus etiam quod haec
domus separatio non subsisteret, et
non *sex*, ut supra separatae et di-
stinctae, sed *quinque* essent man-
siones, omnesque in una eademque
domo simul junctae, ut contra evi-

Digitized by Google

dentiam facti per accessum comprobati *Francisca*, ejusque *soror* deponunt, sibi tamen contradicentes quia asserunt suam matrem non clausisse januam alterius domunculae, ubi inquisitus dormiebat ut ipse deposuit, sed ei tradidisse clavem (quae traditio ad effectum claudendi est prorsus inverisimilis, fuisset enim inutilis, quia non a parte interiori sed exteriori claudebatnr); nihilominus ex hoc ipso earum mendacio indubia emergit exclusiva praetensi delicti probatio.- Quis enim credere potest esse possibile, ut jam praenotavimus, quod si *Francisca* prima vice ex improviso ab inqnisito adorta, ut dicit, exclamasset, ejus soror non audivisset, si juxta ipsius dictum in
243 proximo cubiculo dormiebat? = *Nell' altre due poi, che restano* UNA APPRESSO ALL'ALTRA, *nella prima vi dormiva Francesca mia sorella*, E NELL'ALTRA APPRESSO *vi dormivo io* = Quis possibile credet quod post primum inquisiti attentatum, *Francisca*, quae solummodo tamen adversus insultus sacerdotis *Nicolai* tantopere horret peccatum, castitatem amat et honestatem satagit custodire, sequenti nocte, aut saltem aliis subsequentibus, sui cubiculi ostium ad commodum inquisiti apertum relinquere voluerit et non potius clauserit, ne qualibet nocte exposita remaneret iis violentiis,
244 quibus deinde non semel sed pluries, ut ipsa mentitur, ejus constantiam labefactare tentavit? Nonne similes inverisimilitudines, impossibilitas, atque mendacia magis ostendunt nullo praetextu seu colore velari posse calumniam?

Nil mirum igitur si *Francisca*, post querelae expositionem, *a Bartholomaeo N.* interrogata fassa fuerit = *Che tutto quello che essa* 245
aveva asserito ed opposto contro il detto sacerdote non era la verità, non avendo ricevuto dal medesimo alcuna ingiuria nè affronto, come aveva asserito, nel suo onore e riputazione, e solamente l'aveva asserito ad istanza di sua madre, e di Anna Antonia sua sorella, col motivo, come le dicevano, che sposandola e prendendola per moglie Domenico fratello carnale del detto sacerdote, ad essa le sarebbe spettata la metà de' beni tanto paterni che materni, e per detta causa l'avevano indotta a deporre che esso sacerdote l'aveva conosciuta carnalmente per distogliere detto matrimonio = ;

Nil mirum si praefata *Anna Antonia* Franciscae soror alteri *Ascensio* a praenominato diverso = *Confessò che questa apposizione era stata causa di farla assieme con sua madre* 246
essa da Francesca sua sorella, non che fosse la verità, ma per tema che quella maritandosi con il detto Domenico non avesse avuto a prender la parte o metà de' loro beni etc. e che questa apposizione era stata fatta col consiglio di Dionisio etc. che ad intuito loro aveva trovata la predetta invenzione per distogliere detto matrimonio etc. al quale per regalo avevano promesso una camicia che poi gli avevano data =;

Digitized by Google

Nil mirum si *Dionysius* auctor calumniae, cum deinde ab ea dioecesi aufugerit, quia propter ejus lubricitates sibi executio mandati de capiendo imminebat, instructoque per ipsum adversus Curiam Episcopalem judicio, scribens sub *die* 13. *Januarii* 1769. cuidam viro Romae degenti, ejusque opem implorans, una simul fateri inquisiti innocentiam non erubuit his verbis = *Mi raccomando alla beni-*
247 *gnità di VS. Illustriss. perchè con qualche buon officio possa coadjuvare al mio intento etc. M'auguro tal sorte per non sperimentare quella disgrazia a cui ha dovuto soggiacere* INDEBITAMENTE *il sacerdote D. Niccola N.* =;

Nil mirum denique si *Francisca*, cui satis perspecta erat sacerdotis *Nicolai* innocentia, licet ante et per mensem et ultra post initum matrimonium seorsum a viro in domo paterna continuo permanserit, nihilominus semper tacuerit ne, visitata ab obstetricibus et non vitiata reperta, manifesta redderetur calumnia; distulit autem ad Tribunal deferre de stupro querelam post matrimonii consummationem, quando corpus delicti amplius haberi non poterat, quae malitia tamen non inquisito sed ei tantummodo nocet, nam, deficiente ex culpa querelantis corpore delicti, deficit inquirendi facultas *L.* 1. § *Si quis vers. Divus Severus ff. de quaest.*, *L. Certum* 6. *ff. de confess.*, *L.* 1. *ff. ad S. C. Syllan.*, et quaecumque indicia etiam urgentissima et gravia
248 prorsus evanescunt *d. L.* 1. § *Item illud ff. Ad Syllan.*, *Caball. resolut. crim. cas.* 255. *n.* 1. *et seq.*, *Farinacc. cons.* 37. *num.* 12. quod delicti corpus etiam per confessionem sive veram sive fictam inquisiti non suppletur *Farinacc. quae-* 249
st. 2. *num.* 7., *Bertazzol. cons.* 8. *num.* 42., *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 4. *cap.* 3. *n.* 3. *et seq.* = ibi = *Confessio non affert praejudicium confitenti delictum, nisi verificetur corpus delicti, ut debeat confitens absolvi, et ego etiam saepe pluries et in facto obtinui liberari istos inquisitos et confessos delicta* =, nec ipse carcerari, minusque torqueri aut condemnari potest ut notat *Bajard. ad Clar.* §. *fin.* 250
quaest. 28. *num.* 16. etiamsi concurrerent praesumptiones et fama delicti, ac mille etiam indicia indubitata *Scannarol. de Visit. Carcerat. lib.* 2. §. 5. *num.* 5. *et seq.*, *Pellegrin. in prax. Vicar. tit. de carcer. par.* 4. *sect.* 8. *num.* 13., *Guazzin. ad defens. reor. defens.* 4. 251
cap. 1. *num.* 15. *et cap.* 3. *n.* 15., *Vermigliol. cons.* 113. *n.* 6., *Giurb. cons.* 37. *num.* 21. *et* 46. *et cons.* 43. *num.* 6. = ibi = *Quinto, delicti corpus probandum est in primis ut nec alias procedi contra aliquem possit nedum ad condemnationem, sed nec ad capturam, torturam, seu alium actum etc. alioquin pro-* 252
cessus est nullus =, et quoad torturam advertit etiam *Morell. in manuduct. ad prax. crimin. cap.* 1. § 10. *n.* 23. *et seq. pag. mihi* 121. = ibi = *Tortura datur deficientibus probationibus, qua sufficiant ad condemnandum etc. Indifficul-*

Digitized by Google

253 *tabiliter tamen et veluti conditio sine quae non requiritur ut praecedat probatio corporis delicti, alias processus et quidquid agitur nullum est* =, et pro aliis omnibus sufficit allegare saepius allegatum et infra quoque allegandum *Farinacc. d. quaest.* 2. *num.* 1. 2. *et* 3., *et quaest.* 38. *num.* 2. *et cons.* 19. *n.* 4. *et d. cons.* 37. *n.* 12. = ibi = *Non constat de corpore delicti etc. quo casu non potest deveniri ad torturam etiam quod mille extarent indicia nedum generalia etc. sed etiam specialia, urgentia et indubitata* = cujus auctoritas et opinio *magni facienda est, quia est Doctor insignissimus nec ab eo de facili recedendum*, ut eum ita laudando tenet *Raynald. Observat. crimin. cap.* 3. § 2. *num.* 31. *in fin. et cap.* 25. § 4. *num.* 26. *et seq. tom.* 3.; item *virum doctissimum* esse dicit *Matth. et Sanz de regim. Regn. Valent. cap.* 7. § 1. *sect.* 3. *num.* 61., necnon *eximium, doctissimum et incomparabilem* esse celebrat *Grassett. de nec. prodit.* § 8. *sub n.* 16. *et* § 16. *sub n.* 3., et quod *ejus in criminalibus diligentia numquam satis secuturae aetates laudabunt* recte considerat *Basilic. dec.* 1. *num.* 11. *in fin.*, a quo etiam *omnium in re criminali peritorum princeps* merito nuncupatur in *dec.* 6. *num.* 5.; demum tamquam apud nationes omnes admirabilis promerito extollitur elogio a *Fontanell. de pact. nupt. claus.* 4. *gloss.* 14. *num.* 116. *pag. mihi* 368.

Conclusa insubsistentia et falsitate stupri, conclusa remanet insubsistentia et falsitas incestus, si enim *Francisca* mendax est quoad stuprum, veridica esse nequit quoad 254
incestum *L. Si ex falsis* 41. *Cod. de transact*, *Boss. in prax. tit. de fals. num.* 147., *Gratian. discept. forens. cap.* 736. *num.* 50. *tom.* 4., *Conciol. allegat.* 92. *n.* 16. praeter cujus inculpationem nil aliud accedit quam depositio *Dionysii* non minus, quam *Francisca*, imo majoribus etiam defectibus obnoxii, et ab ipsis duobus testibus ab eo nominatis de mendacio convicti, ut probavi supra *num.* 150.

Quae cum ita sint imperceptibile mihi redditur, quod decerni potuerit tortura. Quoties enim nedum deficit corpus delicti, et indicia Fisci vel sunt falsa vel non legitime per testes habiles et idoneos probata, verum etiam pro reo existunt indicia per quae indicia Fisci etiamsi forent verosimilia, 255
neque per inhabiles testes falso supposita tolluntur *Bertazzol. cons.* 3. *n.* 23. *et seq. et cons.* 60. *n.* 16. *tom.* 1., numquam deveniri potest ad torturam *Honded. cons.* 102. 256
num. 17., *Bertazzol. cons.* 225. *n.* 6., *Anton Matth. L.* 48. *ff. tit.* 16. *de quaest. cons.* 3. *num.* 20. = ibi = *Quid autem si indicia quidem verisimilia reum onerent, sed sint alia non minus verisimilia quae eumdem exonerare videantur? Recte ab interpretibus responsum, ne hoc quidem casu reum torquendum esse, cum enim indicia indiciis repugnant, argumenta argumentis, perinde id habendum ac si nullis reus premeretur* =; et quatenus corpus delicti defectus, indicia pro

Digitized by Google

inquisito, inverisimilitudines, impossibilitas, contradictiones, varietates, mendacia, tantique defectus tam testium fiscalium quam *Franciscae* inculpantis, propter quos etiam junctis adminiculis nullum ipsa facit indicium, necnon confessio ejusdem *Franciscae*, *Annae Antoniae* suae sororis, et etiam *Dionysii* de impicta calumnia non excluderent, prout excludunt sane delictum, sed illud redderent tantummodo dubium, certissimum est quod locum non esse torturae in
257 dubio est judicandum *Angel. in L. 2. num. 4. Cod. de quaest.*, *Boss. in prax. tit. de indic. num.* 72., *Honded. cons.* 102. *n.* 54., *et cons.* 106. *n.* 83. *et cons.* 107. *num.* 58. *tom.* 1., *Clar. in § fin. quaest.* 64. *circ. fin.*, potissimum cum agatur de clerico, et ultra praemissa ejus innocentiam et calumniam probantia, corpus delicti deficiat, quo deficiente, si carceretur et multo magis
258 si torqueatur, incurri possunt censurae *Farinacc. quaest.* 2. *sub n.* 2. = ibi = *Et in clerico praesertim quod non possit capi nisi prius judici constet de corpore delicti, et aliter capiendo sit excommunicatus* =, et deinde *n.* 3. = ibi = *Amplia* 2., *ut non constito de corpore delicti, multo minus possit deveniri ad torturam* =.

Inspecta ulterius natura causae, quae non restringitur intra limites accusationis simplicis stupri ad effectum assequendi conjugium aut dotem, nec ad effectum puniendi tantummodo reum, sed vere, realiter et in substantia est causa matrimonialis, quia *Francisca* agit pro obtinenda separatione a viro (a quo
jam propria auctoritate, sed inde- 259
bite se separavit) non quoad torum et cohabitationem, sed quoad solutionem vinculi matrimonialis, quo casu multo magis nullam probationem facere possunt testes, ut supra, per eam inducti, sed requiruntur
testes, contra quos nulla macula 260
possit opponi, ut declarando *Gloss. in Cap. in literis* 24. *verb. Probatae essent vitae De testib.* et alteram *Gloss. in Cap.* 1. *verb. Majores De Consanguinit. et Affinit.* et distinguendo unum casum ab altero constanter firmavit *Rot. dec.* 155. *num.* 54. *et seqq. par.* 6. *recent.*

Frustra igitur examinati fuerunt praedicti testes tot defectus in persona, et in dicto patientes; — frustra consanguinei et affines, quia pro dissolvendo, aut nullo declarando matrimonio admittendi sunt tantum testes probi, optimae opinionis et famae, nullum cum conjugibus cognationem nec attinentiam habentes, ac omni exceptione
majores ad *Text.* expressum in *d.* 261
Cap. 1. *De Consanguin. et Affinit.* = ibi = *Si per testes circumspectos omni exceptione majores* =, et consonat alter clarissimus textus in *d. Cap. In literis* 24. *De testib.* = ibi = *Quidam Nobilis tui episcopatus quamdam sibi legitime copulans cum eo in domo fore per septemnium tenuisset, consobrinam patris ejus antequam eam duceret, se asseruit cognovisse: ad quod probandum, testes de familia sua tres produxit. Respondemus igitur ut (si res ita se habet) pro illorum testimonio, ipsum ab uxore*

Digitized by Google

nulla ratione dividi patiaris, nec contra ipsos aliquos audias, nisi probatae essent vitae et opinionis, de quibus verisimile non esset quod deberent pro aliquo dejerare =, et
262 advertunt *Felin. in rubr. de Sponsal. sub n.* 4., *Grat. cons.* 2. *num.* 34. *vol.* 2., *Gabriel. comm. conclus. tit. de testib. conclus.* 8. *n.* 1. et probari debet quod tales sint ut nulla exceptione repelli possint *Gloss. in d. Cap.* 1. *verb. Majores De Consanguin. et Affinit.*

Frustra *Franciscae* mater tot falsitates cumulavit quot a filia audivit, quamvis enim non de auditu deposuisset de impedimento dirimente praecedente matrimonium non contrahendum, sed jam
263 contractum, nulla esset ei adhibenda fides ad apertissimum *Text. in Cap. Super eo* 22. *De testib.* = ibi = *Respondemus quod si non est firmatum matrimonium inter eos, matre asseverante ipsos esse consanguineos, non debent conjungi etc. Si vero matrimonium est firmatum, non debet sine plurium juramento dissolvi* =.

Frustra demum *Francisca* tot falsitates evomit et sibilorum tormento supposita fuit, nedum quia adversus illius examen urget ejusdem confessio emissa coram suo
264 patruo de seductione passa opera *Dionysii;* confessio, qua asseruit se calumniatam fuisse sacerdotem *Nicolaum*, licet ille sibi, suaeque honestati nullam intulerit injuriam;
265 ultronea renovatio consensus facta in faciem Ecclesiae, et subsequens cohabitatio cum viro; nimia cunctatio in exponenda praetensi stupri querela, donec per cohabitationem
cum viro signa virginitatis amiserit; 266
ejus dicti variatio a defectu consensus ad impedimentum affinitatis;
longi sermones et scandalosa con- 267
suetudo, ante et post expositionem
querelae cum *Dionysio* et *Ascensio* 268
antiquo amasio, per eam habita, omnesque aliae inhonestates inverisimilitudines, contradictiones, defectus, atque mendacia, quibus tandem accessit illius praegnantia, et ex illicita copula partus adulterinus — sed etiam quia his omnibus quoque cessantibus, etiamsi nullam pateretur exceptionem et millies si fieri posset torturata fuisset, nullam mereretur fidem, cum non solum nihil probet confessio uxoris de impedimento canonico ante matrimonium contracto, sed nihil etiam probaret confessio uniformis et concors tam uxoris quam viri, et quamvis aliqua pars vicinae una simul idipsum acclamaret, ut sta-
tuit *Text.* magistralis *in d. Cap.* 269
Super eo 5. *De eo qui cognov. consanguin.* = ibi = *Super eo quod postulasti edoceri utrum conjugatus, qui ante contractum matrimonium uxoris suae consanguineam carnali commixtione cognovit, cum id fateatur uterque et aliqua pars viciniae hoc acclamare dicatur, sit ab uxore sua judicio ecclesiae separandus, Tuae Fr. respondemus, quod propter eorum confessionem tantum, vel rumorem viciniae separari non debent* =, ejusque dispositioni, ut par est, se conformavit *Rot.* et signanter *dec.* 211. *cor. Pen., et in Compostellana matrimonii* 10. *Januar.* 1757. § *Prae-*

Digitized by Google

terea coram Canilliac. et 27. *Novembris* 1758. § *Hanc autem et* § *Idque coram Card. Buss.*

Quod si juxta jus canonicum hoc servandum est etiam in casu, quo talis confessio emissa fuerit antequam contractum sit matrimo-
270 nium *Barbos. in d. Cap. Super eo num.* 3. *De eo qui cognov. consanguin., Wagnereck in Commentar. exeget. Sac. Can. lib.* 4. *tit.* 13. *d. Cap. Super* eo *not.* 1., *Pirhing. in Jus Can. lib.* 4. *tit.* 13. § 3. *n.* 17., *Schmalzgrueb. Jur. Eccles. Univers. l.* 4. *par.* 3. *tit.* 12. *num.* 33., *Molin. de rit. nupt. lib.* 1. *comparat.* 15. *num.* 41. *in fin., Rot. in Compostellana* 10. *Januar.* 1757. § 12. *cor. Canilliac. et* 27. *Novembr.* 1758. § 13. *et* 15. *cor. Card. Buss.*; — absque ulla prorsus haesitatione servari debet constante matrimonio et postquam matrimonium ratum et consummatum fuit, tum
271 ob periculum collusionis *Schmalzagrueb. Jur. Eccles. Univers. lib.* 4. *par.* 3. *tit.* 13. *num.* 30. *et seq., Picler. Jur. Can. lib.* 3. *tit.* 13. *num.* 7., *Sanch. de Matrim. lib.* 2. *disput.* 45. *num.* 2. *et* 3., *Molin. de rit. nupt. lib.* 1. *comparat.* 15. *num.* 32. *et seqq., Panimoll. annot.* 3. *ad dec.* 19. *num.* 52. 55. *et seq.*, tum quia confessio est emissa non contra sed ad favorem confitentis, qui praetendit separationem et nullitatem matrimonii, cui proinde prodesse nequit sive vir sive uxor illam emiserit, cum
272 nemo testis esse possit in causa propria, ut in proposito notat *Gloss. in d. Cap. Super eo verb. Confessionem De eo qui cognov. consanguin.*

Reprobata per jus canonicum confessione conjugum ad effectum annullandi seu declarandi nullum matrimonium, omnem quoque rejicit probationem testium, qui sint inhabiles, eorumque solum fidem attendendam esse praescribit, qui sine omni exceptione majores et concludenter probent impedimen- 273
tum, sed ad illorum coadjuvandas depositiones nec a longe in praecit. *Cap. In literis* 24. *De testib.* statuit quod in subsidium torqueretur consobrina patris uxoris, quam ante matrimonium se carnaliter cognovisse vir affirmaverat, nec torqueri praecepit uxoris consanguineam, cum qua vir pariter ante matrimonium se concubuisse supposuerat, in *d. Cap. Super eo* 5. *De eo qui cognov. consang.*

Et optimo quidem jure, nam ad declarandam nullitatem matrimonii, quod de sui natura est indissolubile vinculum, non sufficiunt 274
probationes dubiae et incertae, minusque conjecturae et praesumptiones, sed requiruntur probationes 275
univocae, concludentes et in suo genere perfectae *Sanch. de Matrim. lib.* 3. *disput.* 41. *num.* 4. *in princip., Rot. in Posnanien. seu Varsavien. Matrimonii* 26. *Junii* 1747. § *Ordiendo cor. Buss.*, adeout judex sit non quasi sed omnino certus quod res aliter esse non possit, ne quod 276
Deus conjunxit homo deceptus separet per errorem, quem evitare omnino tenetur per ea quae tradit 277
Rub. in annot. ad dec. 392. *n.* 27. *par.* 4. *tom.* 2. *rec.* = ibi = *Quando enim agitur de dissolutione matrimonii, quod est magnum*

Digitized by Google

Sacramentum, *omnis diligentia et*
cautela adhibenda est ut, *quantum*
humana fragilitas patitur, *omnis*
fraus et error excludatur =.

In errorem vero facile judex
prolabi potest, si ex coacta prae-
tensi rei confessione tormentorum
medio veritatem impedimenti diri-
mentis extrahere tentet. Tortura
278 namque est periculosum ac fragile
experimentum *Bertazzol. cons.* 116.
num. 34. *lib.* 1. quia *plerique pa-*
tientia sive tormentorum duritie
ita tormenta contemnunt ut ab
eis veritas exprimi nullo modo pos-
sit; aliique tanta sunt impatientia
ut in quovis mentiri quam pati
tormenta velint, ut expressum ha-
bemus *in L.* 1. *§ Quaestioni ff. de*
quaest., et advertunt *Jodoc. in prax.*
cap. 39. *num.* 4. *et seq.*, *Farinacc.*
quaest. 83. *num.* 68., *Bertazzol.*
cons. 29. *num.* 4., *et cons.* 162.
num. 9.; — unde pluries ex ea etiam
innocentes condemnati fuerunt, in-
279 ter quos quidam servus cujusdam
argentarii delatus de nece servi Titi
Fanii, fuit ea de causa tortus et
tamquam confessus ad ultimum sup-
plicium condemnatus, sed parvo
illinc tempore servus Titi domum
redivit, ut narrat *Valer. Max.*
lib. 3. *cap.* 4. — ad idem *Paris de*
Puteo de Syndic. cap. Et an si
280 *quis dixerit* recenset quamdam
mulierem graviter minatam fuisse
quemdam virum, non multo post
lethaliter ab alio suo inimico per-
cussum, quare, inculpata fuit ea
de re mulier, quae torta et fassa
delictum quod non commiserat,
innocens poenae succubuit — alium
281 casum refert *Farinacc. quaest.* 52.
num. 111. de famoso fure nuncu-
pato „ *il Pretino di Lucca* „ qui, pro
committendo furto in domo *Galeotti*
Geroni mercatoris, se absconderat in
quodam camino ignis existente in
cubiculo *Galeotti* et noctis tempore,
illo dormiente, egressus cum eo
expergefacto certavit, cultro eum-
dem occidit et deinde per ipsum ca-
minum aufugit. Accurrit interim
magister filiorum occisi, qui, solus a
familiaribus cum *Galeotto* mortuo
repertus ac de homicidio inculpa-
tus, fuit torturae subjectus et con-
fessus ad mortem damnatus, quam-
vis esset innocens, quemadmodum
post aliquod tempus ille fur carce-
ratus hoc etiam homicidium com-
misse deposuit. — Anno 1650. vir qui-
dam rapta Neapoli muliere cum ea
in cymba aufugit neque de illis 282
amplius notitia haberi potuit. Car-
cerati tamen fuerunt duo nautae,
qui eos transvexerant, cumque torti
fuissent, non solum eos transve-
xisse sed etiam interfecisse depo-
suerunt ut nummis eos expoliarent,
ex qua confessione fuerunt laqueo
suspensi, sed post annum raptorem
et raptam viventes multi viderunt. —
Suis diebus testatur *Clar. § fin.*
quaest. 64. *circ. fin.* duos carceratos 283
in tortura fassos esse se occidisse
nobilem quemdam eorum inimi-
cum, propter quam confessionem,
torturae tormento extortam, ultimo
supplicio fuerunt affecti, sed post
multos annos apparuit quod ille
non erat mortuus sed per quemdam
Magnum Dominum in quodam ca-
stro carceratus; ultra alios similes
casus, ab aliis auctoribus ad proban-
dam torturae fragilitatem relatos.

Digitized by Google

Nullo igitur pacto permitti debet quod a simili confessione in-
284 quisiti, quae potest esse falsa potius quam vera, desumi valeat probatio delicti a *Sac. Congregatione Concilii* requisita ad effectum declarandi procul ab omni dubio an matrimonium validum sit vel invalidum, ne ex illius declaratione, super dubia probatione fundata, vel fornicationes vel adulteria sequantur. Quapropter si sacerdos torqueatur et ob torturae dolorem fateatur delictum, quod non commisisse hucusque negavit et pro eo condemnetur, praelaudata *Sacra Congregatio* in hac ardua matrimoniali causa hanc probationem in tortura
285 extortam tamquam dubiam, fragilem, periculosam et incertam absque ulla haesitatione rejiceret accedentibus maxime tot indiciis, argumentis et probationibus concludenter, ut supra, in contrarium urgentibus, itaque oriretur sententia
286 contra sententiam, et quia etiam in dubio judicandum est pro validitate matrimonii *Cap. fin. de sent. et re judicat.*, *Cap. Videtur* 3. *in fin. Qui matrim. accus. poss.*, *Natt. cons.* 249. *num.* 7., tortura, ad effectum de quo agitur, cum indubitatam non praestet ex torturati confessione invaliditatis matrimonii
287 probationem, frustratoria remaneret, ideoque non inferenda *Hieronym. de Federic. resolut.* 21. *num.* 6. post *lib.* 2. *Consil. Farinacc.*

Praeterea, si ad probandum impedimentum dirimens matrimonium, prout in casu, admitteretur
288 tortura, illud tantummodo matrimonium a fraudibus tutum esset quod iniretur a muliere cum viro nullos fratres seu agnatos et cognatos habente; his enim existentibus uxor cum viro vel senescente, vel infirmo, vel alio amore capta diutius cohabitare pertaesa, cumulatis per testes domesticos aut viles, vel criminosos, nec omni exceptione majores, ut in hypothesi, recensitis levibus ac remotissimis non minus quam falsis indiciis et forsan urgentioribus, querelam de stupro ante matrimonium passo opera fratris sui viri, suive cognati deferret, suasa quidem quod, si cognatus in tortura crimen negaret, ipsa levem aut nullam poenam incurreret, si vero propter dolorem, aut virium imbecillitatem delictum, licet innocens, fateretur, ea a viro soluta ad alias optatas nuptias seu verius adulteria, convolare posset, itaque indissolubile matrimonii vinculum hisce fraudibus remaneret expositum, fragilisque torturae funibus alligatum.

Ad omnem ergo errorem et fraudem a praetensa matrimonii nullitate excludendum, numquam admittendum est fallax judicium
quaestionis, in quo mentitur qui 289
pati potest, mentitur et ille qui pati non potest; ille patientia aut obstinatione superat, hic infirmitate superatur, ut considerat etiam *D. Augustin. de Civit. Dei lib.* 19. *cap.* 6. — sed onus esse debet querelantis suam verificare querelam probationibus certis, concludentibus ac luce meridiana clarioribus, ut matrimonii vinculum, quod est
indissolubile, dissolvi possit, alias 290
subintrat ea juris notissima regula

Digitized by Google

quod accusatore non probante reus
291 est absolvendus *L. Qui accusare Cod. de edend., L. 1. ff. Ad Turpill., Can. Accusator 6. quaest. 5., Ludovic. conclus. 14. ampl. 4. n. 7., Roland. cons. 90. num. 2. 3. lib. 3., Mascard. de probat. conclus. 1224. num. 29. lib. 3., Farinacc. in fragment. par. 1. lit. A. verb. Accusatore num. 26.* = ibi = *Accusatore non probante reum absolvendum esse, etiam quod pro sua innocentia nihil deduxerit aut probaverit, jura sunt aperta* =, et est relin-
292 quendum intactum vinculum matrimoniale ex ea ratione quam affert *Gloss.* in praecit. *Cap. In literis* 24. *verb. Probatae essent vitae De testib.* = ibi = *In matrimonio*
293 *separando praecipue testes esse admittendos, qui sunt probatae vitae et opinionis etc., quia tolerabilius est aliquos contra statuta hominum dimittere copulatos, quam conjunctos legitime contra statuta Domini separare* =.

Hinc judices contrafacientes
294 acriter increpat BENEDICTUS XIV. in sua *Constit.* supra relata in *Cap.* 1. *lib.* 1. quae incipit = *Dei miseratione* = emanata *tertio nonas Novembr.* 1741. § *Siquidem* = ibi = *Quos sane improvidos judices humanae naturae conditione et voce ipsa quodammodo admoneri oportebat ne tam praecipiti audacia sanctum matrimonii nexum frangerent, quem perpetuum atque indissolubilem primus humani generis parens praemonuit inquiens „ hoc nunc os ex ossibus meis et caro de carne mea „ et illud additum est „ quamobrem relinquet homo patrem suum et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una* =.

Et tantum abest, ut voluerit quod per judices ad declarandum irritum matrimonium extorqueatur probatio dubia ipsius nullitatis a fragili experimento torturae, quin potius pro ejus sustinenda validitate de apostolicae potestatis plenitudine praecepit ut deputetur specialis defensor matrimoniorum, *qui*,
ut inquit in § *Postea quam*, = ibi = 295
voce et scripto matrimonii validitatem strenue ac pro viribus tuebitur = et si a judice primae instantiae pro matrimonii validitate judicetur et nullus sit, qui appellet, nec ipse defensor appellabit; — secus tamen si contra matrimonii validitatem sententia feratur nedum super dubiis et ambiguis probationibus, prout est confessio emissa in tortura, sed super probationibus claris, convincentibus et concludentibus fundata, cum enim in hisce causis, ut plurimum, calumnia lateat et fraus, tunc defensor matri-
moniorum etiam *ex officio*, seu 296
adhaerens parti, quae pro validitate agebat, appellare omnino debebit, nec prima sententia sine secunda conformi executionem habere
potest, ut mandat in § *Cum igitur* 297
et seq.

In hac itaque re tam clara a decreto torturae interposita fuit appellatio per fiscum acriter impugnata, sed perperam et cervellotice, cum enim tortura gravamen inferat irreparabile, ab illius decreto, quamvis interlocutorio, datur
sine dubio appellatio *l.* 2. ibique 298

Digitized by Google

DD. *ff. de appellat. recip.* = ibi =
Ante sententiam appellari potest,
si quaestionem in civili negotio
habendam judex interlocutus sit
vel in criminali, si contra leges
judex hoc faciat =, et tradunt
Clar. in § fin. quaest. 64. *vers. Si*
quid agendum num. 27., *Guazzin.*
ad defens. reor. defens. 30. *cap.* 1.
num. 2., *Conciol. resolut. crim.*
verb. Appellatio resolut. 1. *num.* 1.,
Farinacc. quaest. 38. *num.* 10.,
Marc. dec. 60. *num.* 5. *par.* 2., et
quidquid sit de contraria barbara
299 Urbis consuetudine, de qua testantur
Scacc. de judic. lib. 1. *cap.* 97.
num. 57., *Bajard. ad Clar. in § fin.*
d. quaest. 64. *num.* 84. *et seq.*,
Guazzin. ad defens. reor. loc. cit.
num. 8., quam jure merito reprobat
Conciol. resolut. crimin. verb. Appellatio d. resolut. 1. *num.* 2., *Amen.*
in prax. tit. 16., *Tortura* § 8., est
appellatio de jure admittenda *Scacc.*
de Judic. lib. 1. *d. cap.* 97. *num.* 57.,
non solum a decreto jam emanato,
sed etiam ab illius comminatione
300 *Clar. in § fin. d. quaest.* 64. *n.* 27.
vers. Sed quid agendum, Guid. Pap.
dec. 436. *num.* 15. *vers. Septimo,*
Farinacc. d. quaest. 38. *num.* 15.
et seq., ubi quod hoc non tantum
de jure civili, sed eo magis procedit
301 dit de jure canonico per *Text.* in
Cap. Significaverunt 36. *de testib.*,
Cap. Ut debitus 59., *Cap. Cum*
speciali 61. *De appellat.*, *Can. Ad*
Romanam 5. *caus.* 2. *quaest.* 6.,
quod, non obstante praedicta consuetudine
penitus abolenda, est maxime
in Urbe et in terris ecclesiastici
302 stici status omnino servandum, accedente
potissimum dispositione
Concil. Roman. in Appendic. ad 9.
Decret. Clement. VIII. pag. mihi 125.
juxta *Venet. impress.* confirmata a
BENEDICTO XIV. in *Constit.* incipien.
= *Ad militantis Ecclesiae* = expedita
tertio Kalend. April. 1742.
§ *Quod si appellans in fin.*, ubi
quoad appellationes a censuris et
a comminatione carcerationis, *torturae*,
aut censurarum dictum *Concilium Romanum*
servari demandat.

Et licet emanato decreto, secundum
aliquos, pendente termino
decendii ad appellandum, possit ju- 303
dex procedere ad torturam *Scacc.*
de judic. loc. pariter *citat. et de*
appellat. lib. 3. *cap.* 2. *quaest.* 17.
limit. 47. *membr.* 1. *num.* 149.,
quod tamen impugnat *Gomez. va-* 304
riar. resolut. tom. 3. *cap.* 13. *n.* 23.,
Lancellot. de attent. cap. 11. *n.* 33.
par. 2., *Farinacc. d. quaest.* 38.
num. 13., *Conciol. loc. cit. num.* 5.,
id ei certe non licet post interpo-
situm appellationem, etiamsi secuta 305
non fuerit inhibitio superioris *Lancellot.
de attentat. cap.* 12. *limit.* 1.
num. 93. *et seq. par.* 2., *Farinacc.*
d. quaest. 38. *num.* 11. *et seq.*, *Vermigliol.
cons.* 169. *n.* 9., *Conciol. loc.
cit. num.* 4., *Scacc. de appellat. lib.* 3.
cap. 2. *quaest.* 17. *limit.* 47. *membr.* 1.
num. 144., *Marc. d. dec.* 60. *n.* 5.

Merito ergo concessa fuit appellatio
ab Auditore SS.mi: et delata
causa ad Tribunal E.mi: Urbis Vicarii,
propositaque in ejus congregatione
criminali, *sub die* 24. *Aprilis* 1771.
per acta *Monti* Notarii A. C. fuit
resolutum fuisse bene appellatum
cum subsequenti rescripto = *Proviso,
ne oriantur scandala, esse dimittendum
cum praecepto de se re-*

Digitized by Google

306 *praesentando* =, cujus rescripti vigore habetur inquisitus pro absoluto a praetenso delicto, de quo fuit accusatus *Alex. cons.* 180. *num.* 9. *lib.* 2., *Farinacc. cons.* 59. *n.* 1. *et quaest.* 4. *num.* 25., quando tamen dimissus fuit cum plena causae cognitione,
307 ut in casu, quia tunc dimissio dicitur facta *ex justitia*, quemadmodum declarant *Vermigliol. cons.* 141. *sub n.* 1., *Farinacc. cons.* 59. *num.* 29., *Maceraten. variar. lib.* 1. *resolut.* 102. *num.* 1., *Brunor. a Sol. quaest.* 17. *num.* 10., et inquisitus dicitur dimissus tamquam innocens *Boss. in prax. tit. de sentent. num.* 60. *et seq.*

Quae resolutio nemini aequa nimis videri potest. Quinimo si in-
308 quisitus fuisset expresse *ex capite innocentiae* absolutus, nemo hujusmodi absolutionem, ut arbitror, de justitia redarguere auderet, attenta clara inquisiti innocentia *Boss. loc. citat. num.* 65. *et seqq.* Quandoquidem ultra maximum defectum probationis corporis delicti, qui solus inquisiti absolutionem exposcit, cum insuper non concurrant pro eodem asserto delicto nisi indicia remotissima et consequenter inepta ad illud probandum; indicia expiscata a testibus non modo singularibus, qui nihil probant, sed inquisiti inimicis, inter se contrariis, consanguineis querelantis, mendacibus, criminosis, ac mille praejudiciis obnoxiis, non autem omni exceptione majoribus, prout ad hanc faciendam probationem pernecesse requiruntur; inculpatio perversae foeminae, subornatae, variae, alias post matrimonium appetentis nuptias et affectantis fornicationis perhorrescentiam, quando est adeo inhonesta et inverecunda, ut non abhorreat ab adulteriis et meretricio, et proinde omni fide prorsus indigna: — pro excludendo autem delicto habeatur praesumptio favorabilis inquisito tam de jure naturae, quod vult quod quisque reputari debeat bonus donec probetur esse malus, quam propter characterem sacerdotalem, ejus optima fama, impossibilitas se introducendi in cubiculum, ubi *Francisca* dormiebat; aliaeque inverisimilitudines, indicia ac urgentes probationes omnem delicti umbram penitus removentes, in his utique circumstantiis secundum acta et probata, de ejus integritate et innocentia nequaquam est dubitandum.

Hanc praeterea formulam nimis frequenter in laicis tribunalibus introductam dimittendi „ *causa cognita* „ e carceribus inquisitos *cum praecepto de se repraesentando* (quidquid sit in casu, de quo agitur, ubi circumstantiae tales forsan concurrere potuerunt, ut non aliter opportunum esset resolvere), raro adhibendam esse puto in tribunalibus ecclesiasticis contra clericos. 309
— Omnes enim theologi, canonistae, sacrique canones exclamant clericorum delicta, quantum fieri potest, non esse in publicum deducenda, 310
sed celanda propter grave characteris detrimentum et malum laicorum exemplum et scandalum, ideoque si clericus a criminibus sibi impictis, et legitime non probatis, contrariis probationibus se expurgaverit, eum in pristinum existima-

tionis gradum et officium restituen-
311 dum esse mandant praecipue *Text.*
in *Can. In primis* 7. *circ. med.*, *et*
in Can. Notum 10. *caus.* 2. *quaest.*
1., *et in Cap. Si constiterit* 10. *De*
accusat. Neque ex hoc contristari
debet judex et superior ecclesiasti-
312 cus, sed potius gaudere si, adhi-
bitis ab eo necessariis diligentiis ad
eruendam veritatem, crimen tamen
non fuerit probatum, et si forte ve-
rum coram Deo et ab ipso longe
sapientiori judicio puniendum, adhuc
apud homines ex defectu probatio-
num occultum remanserit ad evi-
tanda scandala et dedecus sacer-
dotis; minusque est ab ipso cleri-
cus, ut supra, praeceptandus, ne
313 laici propter illud vel dubitent vel
etiam credant eumdem esse, vel
esse posse reum, quem proinde uti
de delicto suspectum irrideant, ejus
religiosa verba, monita, hortatio-
nes atque personam spernant cum
scandalo et jactura sui characteris,
ac murmuratione totius ordinis
clericalis.

Neque ab hac opinione me remo-
vet quaecumque non semel teme-
raria suspicio, seu dubium delicti
ab illo commissi, quod nonnumquam
emergat ex indiciis licet levibus
aut remotis et ex depositione te-
stium inhabilium et non idoneorum,
vel ex aliis conjecturis et praesum-
ptionibus insufficientibus quidem ad
condemnandum, sed aliquam tamen
suspicionem inducentibus; — tum
quia non juxta suspicionem, sed se-
314 cundum acta et probata est judican-
dum; — tum quia, deficiente conclu-
denti probatione delicti, secundum
315 jus naturale quicumque praesumen-
dus est bonus non vero malus;
— tum demum ne ecclesiasticorum
superiorum tot lacrymae, tot gemi-
tus, tot querelae, quia clericorum
crimina laicis etiam manifesta red-
duntur, affectatae potius declama-
tiones quam sinceri animi moero-
res videantur, si ipsimet ea, licet
non probata, saltem uti dubia cum
his praeceptis satagunt publicare
et in actis publicis reddere proba- 316
bilia; si haec, inquam, vulnera,
quatenus etiam vera, fascia tamen
obvoluta, similibus praeceptis eadem
probabiliter sub fascia tegi laicis 317
annunciant contra Costantini Impe-
ratoris responsum relatum in *Can.*
In scripturis dist. 96. = ibi =
Vere si propriis oculis vidissem
sacerdotem Dei, aut aliquem eo-
rum qui monachali habitu circu-
mamicti sunt, peccantem, clamy-
dem meam expoliarem et cooperi-
rem eum, ne ab aliquo videretur =.

Sed si quandoque nihilominus
alicui videatur judici expedire ut
cum hoc *praecepto de se reprae-*
sentando sacerdos e carceribus di-
mittatur, nisi aliud obstet canoni-
cum impedimentum, ei suspendi
nequit facultas celebrandi sacrosan-
ctum Missae sacrificium, quia cum 318
dimissus fuerit *causa cognita*, haec,
ut dixi, dimissio, rebus sic stanti- 319
bus, aequivalet absolutioni, saltem
donec supervenientibus novis, iisque
non levibus, sed gravissimis indi-
ciis ad carceres non est revocandus.
Si enim post aliquod tempus indi-
cia superveniant, cum intra ejusdem
temporis intervallum, ex iis, quae 320
habebantur in processu, tamquam
innocens fuerit absolutus, non est

Digitized by Google

cur, non obstante absolutione, eo
ipso tempore quo haberi debet pro
absoluto, celebrare nequeat, cum
usque tunc de nullo sit delicto con-
victus propter quod ab altari re-
pelli mereatur cum ejus dedeco-
re, quia penes publicum non pro
certo innocente haberetur; et hinc
est quod sacerdotem accusatum,
sed *non confessum neque convi-*
ctum, per sacros canones non ita
321 praeceptandum, sed in pristinum
decus et officium reponendum esse
statutum fuit, ut dixi in *Can. In*
primis 7. *d. Can. Notum* 10. *caus.* 2.
quaest. 1. *cap. Si constiterit* 10.
De accusat.

Est etiam animadvertendum
322 quod si hujusmodi sacerdos post
dimissionem a celebrando abstinere
deberet donec nova *quocumque tem-*
pore haberentur indicia, et haec
numquam interim supervenirent,
tale praeceptum de se repraesen-
tando vim haberet perpetuae su-
spensionis contra sacerdotem, licet,
ut innoxium, absolutum, et quidem
absque spe, quia si numquam in
posterum *quocumque tempore* nova
non haberentur indicia, non semel
ejus vita naturali durante num-
quam celebrare posset, unde, quam-
vis absolutus, esset nihilominus
deterioris conditionis alterius sacer-
dotis, qui pro eodem delicto fuisset
condemnatus; hic enim post lui-
323 tionem poenae et salutari poenitentia
peracta, dispensari solet, ut celebret.

Concludendum itaque quod,
non obstante tali praecepto, non est
324 a celebrando retardandus, seu po-
tius clericus etiam in dubio cum
eodem praecepto non est ad instar
laicorum e carceribus dimittendus.
Si enim in rei veritate delictum 325
non commiserit, sed accusator il-
lum calumniatus fuerit, injuste *in*
dubio cum eodem praecepto ma-
ximopere laeditur honos characteris
sacerdotalis, quia ex hoc oritur in 326
hominum mente suspicio seu falsa
et temeraria credulitas quod cri-
men, de quo imputabatur, vere
fuerit ab ipso patratum. Si vero co- 327
ram Deo sit reus, sed talem esse
minime probatum fuerit et nihilo-
minus praeceptetur, delictum, quod
est occultum et incertum, redditur
apud publicum saltem dubium et 328
probabile, maxime penes vulgum,
qui ad credendam reitatem potius
quam innocentiam semper inclinat,
itaque pariter deturpatur etiam in
dubio character, delicta clerico-
rum, licet tantummodo dubia, non
absconduntur sed publicantur, et
scandala ac murmurationes au-
gentur.

Quoties ergo delictum probatum
non fuerit, satius semper erit hoc
praeceptum omittere et inquisitum 329
tamquam innocentem absolvere,
nec interest in hoc casu, pro bono
ecclesiasticae hierarchiae et remo-
vendo scandalo, quod si vere apud
Deum sit reus sine poena rema-
neat, ex ea ratione, quam affert
Summus Pontifex ANACLETUS in
Epist. 1. relata in *Can. si omnia*
7. *caus.* 6. *quaest.* 1. = ibi = *Si*
omnia in hoc seculo vindicata es- 330
sent, locum Divina judicia non
haberent =.

Quod si licet impunitus, adhuc
ex praecedentibus passis gravissimis 331
processus incommodis satis edoctus

Digitized by Google

vitam ecclesiastico viro dignam deinde ducit, adeout si vere reus sit, specimen tamen suae emendationis praebere non negligat, multo minus dolendum erit quod non fuerit pro delicto *dubio* mulctatus, nec, ut supra, praeceptatus, cum judex nihilominus obtinuerit quod
332 ipse Deus est obtinere contentus, qui non vult mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat. Si vero iterum delinquendo in eodem genere mali se incorrigibilem ostenderit, tunc, attenta ejus mala qualitate, facilius novum crimen pro-
333 bari poterit et pro eo condigna poena mulctari.

Si denique objiciatur quod praedicto sacerdoti saltem ratione criminis incestus, de quo fuit imputatus, suspendenda sit celebrandi facultas donec non obtineat a Summo Pontifice dispensationem super impedimento irregularitatis, quam incurrere sacerdotem incestuosum propter infamiam nullatenus est haesitandum, — haec pariter difficultas facile diluitur. Siquidem non nego quod irregulares efficiantur enormiter criminosi, qui nempe enormia delicta, quae annexam habent infamiam,
334 commiserint, ut sunt incestus, sodomia, homicidium, raptus virginis, maleficium, veneficium, adulterium, simonia, sacrilegium, perjurium in judicio, crimen laesae majestatis et alia hujusmodi enumerata in *Can. Infames* 17. *caus.* 6. *quaest.* 1., excepto tamen stupro,
335 ut contra *Thesaurum*, *Majolum et Amenum*, cum *Garzia*, *Bonaccin. Nicol.*, et aliis sustinet *Monacell. in Supplement. ad tom.* 1. *Formular. num.* 161. *tom.* 4.: — verumtamen distinguendum venit inter homicidium ac alia praemissa delicta. Si enim agatur de crimine homicidii, sive sit certum sive dubium inducit irregularitatem
ad *Text.* expressum in *Cap. ult.* 336
De tempor. ordinat. Si vero agatur de incestu, aliisve desuper enumeratis criminibus, dummodo non sint notoria, nec probata, nec certa, nulla est opus dispensatione, quia ex iis impedimentum irregularitatis
numquam oritur nec infamia, ut 337
habetur in *Cap. Ex tenore* 4. ibique *Abb. num.* 4. et in praecit. *Cap. ult. De tempor. Ordinat.* = ibi = *Si proposita crimina ordine judiciario comprobata, vel alias notoria non fuerint, non debent hi* (*praeter reos homicidii*) *in jam susceptis, vel suscipiendis Ordinibus impediri* =; et notat *Gloss. in Cap. Inquisitionis* 21. *verb. Homicidium De accusat.*, ac unanimiter docent *Covarruv. lib.* 3. *variar. cap.* 3. *num.* 2. *vers. Scribit*, *Coninck. disput.* 18. *dub.* 7. *num.* 56., *Henriquez in Summ. lib.* 14. *cap.* 5. *num.* 1., *Giballin. de Irregularit. cap.* 4. *consect.* 3. *num.* 21. *in fin.*, *Diana resolut.* 72. *tract.* 5. *tom.* 2. *et in Summ. verb. Irregularitas in genere num.* 6., *Sanch. in Decal. lib.* 1. *cap.* 10. *num.* 48. *et seq.*, *Bonaccin. theol. moral. tom.* 1. *tit. de irregularit. quaest.* 1. *punct.* 5. *num.* 3., *Adden. ad Bibliothec. Ferrar. verb. Irregularitas* post *artic.* 1. *num.* 5. = ibi = *Ne autem in errorem incidamus, duo hic necessaria sunt monenda. Primum*

Digitized by Google

est, *quod solummodo* IN DUBIO *homicidii incurratur irregularitas, idque quia cum nulla contrahatur irregularitas* (*ut recte ait Giballin. de irregular. cap.* 4. *consect.* 3. *num.* 21. *in fin.*) *nisi in casibus in jure expressis, et nullibi jus dicat* IN DUBIO FACTI *incurri irregularitatem, praeterquam in casu homicidii modo hactenus explicato, certum esse debet nullam aliam irregularitatem, quam homicidii,* IN DUBIO *contrahi* =.

Notoria autem et certa et non dubia ea delicta dicuntur, de quorum commissione apertissime constat et probata sunt per sententiam,
338 seu per confessionem, aut per evidentiam, ut declarat *Text. in Cap. ult. De cohabit. Cleric. et Mulier.* = ibi = *Nisi peccatum hujusmodi sit notorium per sententiam, seu confessionem factam in jure, aut per evidentiam rei, quae tergiversatione aliqua celari non possit etc.* =, quae notorietas nullo modo intervenit in casu de quo agitur; — non per sententiam, quia licet sacerdos pro asserto crimine, de quo imputabatur, ab Ordinario in contumacia condemnatus fuerit in poenam ergastuli, haec tamen sententia contumacialis sublata remansit per contrariam sententiam, seu decretum, aut resolutionem a judice appellationis prolatam *Farinacc. cons.* 5. *num.* 94. *et* 105. a quo minime condemnatus fuit, sed *causa cognita* et diligenter discussa defensoribus utriusque partis acriter hinc inde scribentibus et informantibus e carceribus dimissus fuit cum prae-
339 cepto de se repraesentando *Farinacc. loc. cit. num.* 107.; — non per confessionem in jure (hoc est *judicialem* ut declarat *Dec. in Cap. Cum speciali* 61. § *Porro num.* 8. cum nec etiam ad hanc inducendam notorietatem confessio extrajudicialis sufficiat ut cum *D. Antonin. par.* 3. *tit.* 28. *cap.* 6. § 7. 340
firmat *Navarr. in Manual. cap.* 27. *num.* 248.), sacerdos enim nec judicialiter nec extrajudicialiter hujusmodi confessionem emisit et in omnibus suis constitutis semper fuit constantissime negativus; — non demum per evidentiam, quae superat quodcumque genus probationis (quia, ut inquit *Dec. loc. cit. n.* 7. et quidem recte, *nulla melior probatio videtur quam illa, quae oculata fide ex aspectu rei colligitur*); etenim versamur in casu, quo similis evidentia delicti et delinquentis dari non potest.

Nec refragatur quod sacerdos de incestu fuerit accusatus et pro eo inquisitus, processatus et carceratus, unde orta quoque sit fama 341
de illius sive vera sive falsa reitate, imo, quod illius reitas, supervenientibus indiciis, probari possit.—Fama siquidem innixa esse non debet delicto quod probari possit et probatione adhuc indigeat, alias detractio, murmuratio et vana vox populi inducere posset infamiam et irregularitatem etiam in innocente accusato, inquisito, processato et carcerato, sed fundata esse debet in crimine vere et concludenter probato, ut recte notat *Navarr. in* 342
Manual. cap. 27. *d. num.* 248. = ibi = *Dico primo esse irregularem eum qui notorio crimine*

Digitized by Google

enormi et digna depositione nota-
tur etc. Quibus est consequens non
sufficere quod probari possit, aut
sit fama de eo, aut sit confessum
extrajudicialiter ut S. Antonin.
dixit 3. *par. tit.* 28. *cap.* 6. § 7. =.

Minus obstat quod idem sacer-
dos non fuerit absolutus *ex capite*
innocentiae, sed dimissus *cum prae-*
cepto de se repraesentando. — Per
hanc enim dimissionem sive haberi
debeat, ut jam supra dixi, pro
absoluto, quia Fisco seu auctore
non probante accusatus de jure de-
343 finitive est absolvendus ad *Text.*
in L. Qui accusare 4. ibique DD.
Cod. de edend., *Felin. in Cap.*
Adversario 13. *num.* 5. *De except.*,
Abb. in Cap. 1. ibique, *Alciat. n.* 85.
De offic. Judic. Ordinar., *Bertaz-*
zol. cons. 171. *num.* 7., *Boss. in*
prax. tit. de sentent. num. 67., *Co-*
varruv. variar. lib. 1. *cap.* 1. *n.* 8.; —
344 sive haberi debeat pro innocente
Alex. cons. 180. *num.* 9. *lib.* 2.
= ibi = *Dictus Angelus fuit ali-*
qualiter tortus et superinde fuit
adhibita diligens causae cognitio,
et tamen fuit relaxatus, quae re-
laxatio etiam absque alia sententia
arguit innocentiam =, sed non pro
345 absoluto *Boss. in prax. tit. de sen-*
tent. num. 61.; — sive haberi debeat
pro absoluto ab observatione judi-
cii, prout ita absolutus dicitur,
qui, nec confessus nec convictus
346 fuit absolutus *tamquam non reper-*
347 *tus culpabilis*, vel *ex hactenus*
deductis, seu *rebus sic stantibus* ut
observat *Farinacc. quaest.* 4. *n.* 24.,
Raynald. observat. crimin. cap. 18.
§ 7. *sub num.* 119., aut relaxatus
348 *sub fidejussione* seu *praecepto de*
se repraesentando, ut docet idem
Farinacc. d. quaest. 4. *num.* 25.
= ibi = *Relaxatus sub fidejus-*
sione de se repraesentando, quae
quidem fidejussio cum habeat vim
absolutionis ab observatione judicii
seu potius illius loco successerit =
(quas formulas gravantes inquisiti
innocentiam, qui purgavit indicia, 349
et eximentes calumniosum accusa-
torem a refectione damnorum, expen-
sarum et interesse *subterfugia* et
cautelas appellat *Trivisan. de Ju-*
rament. reis non praestand. pag. 4.
num. 8.), semper verum est quod
in hisce casibus vel certa est inno-
centia inquisiti, vel incertum et
dubium est crimen impictum, ex
quo dubio nulla consurgit irregula- 350
ritas nec infamia ex juribus supra
num. 337. relatis, quibus addo
Text. in Cap. Significasti 2. *De*
homicid. Hostiens., et late *Abb. in*
Cap. Ad audientiam eod. tit., *Na-*
varr. in Manual. cap. 27. *num.* 193.,
et in praecisis ac durioribus ter-
minis de eo qui fuit de homicidio
inculpatus et absolutus ab obser-
vatione judicii cum ea formula
= *tamquam non repertus culpabi-*
lis = quod non esset irregularis 351
respondit *Sac. Congregat. Concil.*
8. *Julii* 1684. apud *Monacell. in*
formular. tom. 2. *tit.* 13. *annot. ad*
formul. 3. *num.* 37.

Cum ergo post debitas de de-
licto inquisitiones nec etiam in du-
bio inquisitus reputari debeat irre-
gularis *Bonaccin. theol. moral. tom.* 1.
tit. de irregular. quaest. 1. *punct.*
5. *num.* 3. = ibi = *Nullus cen-*
sendus est irregularis post adhi- 352
bitam sufficientem diligentiam ad

Digitized by Google

cognoscendam veritatem =; nec
poena imposita pro delicto certo
353 locum habeat pro casu dubio *Can.*
Poenae 18. *de poenitent. dist.* 1.;
Sanchez in Decalog. lib. 1. *cap.* 10.
num. 45.; *Abb. cons.* 91. *num.* 4.;
Rot. cor. Buratt. dec. 182. *num. ult.*;
nec irregularitas incurratur nisi in
casibus in jure expressis *Cap. Is*
qui 18. *De sentent. excommun. in* 6.;
Felin. in Cap. Ad audientiam in
fin. De homicid.; *Navarr. in ma-*
nual. d. cap. 27. *num.* 194.; si ni-
hilominus ei non concedatur cele-
354 brandi facultas, pernecesse sequitur
quod illam irregularitatem et infa-
miam, quam ratione delicti sive
falsi sive non probati sive etiam
dubii et incerti praedictus sacerdos
numquam contraxit, in eo reperiri
supponat cum ejus famae et chara-
cteris dedecore haec denegata cele-
brandi licentia, vel sine justa causa,
vel propter aliqua forte minus le-
gitima indicia penitus contemnenda,
quae de facto in resolutione causae
et in ipso dimittendo fuere contem-
pta, adeout pro delicto saltem in-
certo non ex propria culpa, sed
555 tantummodo ex denegatione prae-
dictae licentiae infamia certa nota-
tus remaneat, quod contra charita-
tem et justitiam esse videtur et
absurdissimum vocat *Calvin. de*
aequit. lib. 2. *cap.* 118. *num.* 41.
= ibi = *Esset absurdissimum*
quod super delicto incerto, et mi-
nime probato eo genere probationis
LUCE MERIDIANA CLARIORIS, *quod lex*
ipsa requirit, vellet irrogari infa-
mia certa, quae longe plus affli-
git homines recte sentientes quam
quodlibet damnum pecuniarium etc.
Ex quibus patet, ubi agitur de in-
famia irroganda, esse necessarium
ut fiat condemnatio ratione delicti
non ratione indiciorum =; necnon
contra sacrorum canonum disposi-
tionem, qui sacerdotem accusatum
sed non confessum neque convi-
ctum absque ulla dispensatione suo 356
pristino honori restituendum esse
statuerunt et signanter *in Can. in* 357
primis 7. *caus.* 2. *quaest.* 1. = ibi =
Quod si forte haec solemniter acta
non sunt neque causa probata est,
quae exilio vel depositione digna
sit, omnibus modis in ecclesiam
suam revocetur =; nec non *in Can.*
Notum 10. *caus.* 2. *quaest.* 1. = ibi =
Cum iste Presbyter de sua angu-
stia etc. sit conquestus dicens etc.
se ab ecclesia sua NON CONVICTUM
NEQUE CONFESSUM *irrationabiliter*
fuisse, ejectum etc., magnopere
monemus Rev. tuam ut quae te
forte ignorante etc. peracta esse
videntur etc. celeri emendatione
corrigautur, scilicet restituendo
ecclesiae propriae jam dictum sa-
cerdotem, atque ei REDDENDO *tua*
pietate PRISTINUM, QUEM PERDIDIT,
HONOREM =; et similiter, aliis omis-
sis, *in Cap. Si constiterit* 10. *De* 358
accusat. = ibi = *Caeterum si*
eidem fuerit ecclesia canonice con-
cessa et tradita, et postea de cri-
mine aliquo NON FUIT CONVICTUS,
propter quod de jure debeat spo-
liari etc. ecclesia illa fuerit spo-
liatus, ipsam ei faciatis restitui,
et in pace dimitti =.

Non est etiam omittendum
quod si sacerdos in prima instantia
vel ob defectum probationum, vel 359
ob ejus contumaciam, vel ob im-

peritiam et ignorantiam judicis fuerit pro asserto delicto in poenam condemnatus, in gradu vero appellationis sive ut supra, sive ex capite innocentiae absolutus, nulla tunc indiget testimoniali sui Ordinarii, quod nullum ei obstet canonicum impedimentum quin missam celebrare valeat, nec ei similis celebratio est ex hoc retardanda, si enim aliqua censura fuisset innodatus, tam in prima quam in secunda instantia ad probandam ejus malam qualitatem eam Fiscus saltem allegare non neglexisset. Quapropter cum Congregatio Criminalis A. C. *sub die* 18. *Martii* 1765. 360
circa impictum stupri delictum; pro quo Curia Episcopalis Parochum Jo. Baptistam Brunori appellantem injuste et acriter insectabatur, visis videndis rescripserit „ *non esse molestandum* „ statim deinde absque ulla testimoniali Episcopi a Secretaria Epi: Urbis Vicarii celebrandi facultatem obtinuit.

FINIS LIBRI II.

Digitized by Google

INDEX

RERUM NOTABILIUM

A

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

B

C

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

D

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

E

Digitized by Google

Digitized by Google

F

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

G

H

Digitized by Google

I

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

L

Digitized by Google

Digitized by Google

M

Digitized by Google

Digitized by Google

74

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

N

Digitized by Google

O

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Q

R

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

S

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

T

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

V

Digitized by Google


Digitized by Google

Digitized by Google

Z


Digitized by Google

FINIS.


2510797 D

Digitized by Google

BNC - FIRENZE
B.5.-.368
Digitized by Google


Digitized by Google